DEMOSTHENES

[opera]

EX RECENSIONE

GULIELMI DINDORFII.

VOLUMEN VI.

ANNOTATIONES INTERPRETUM
AD XX.—XXVI.

OXONII,
E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.
M.DCCC.XLIX.

XX.

ADVERSUS LEPTINEM.

FR. AUG. WOLFII PROLEGOMENA. 33*

Quas in hunc librum junximus Orationes Demosthenis et Aristidis duas, in eodem illae quidem argumento eademque caussa versantur, verum stilo scriptae sunt multum dissimili. Sed de argumento dicetur a nobis paullo post, quum prioris Orationis, quam proprie illustrandam sumsimus, occasio, propositum, et alia quaedam, quibus docta interpretatio nititur, attingenda erunt: nunc tamen, ne nihil lucis posterior habeat, paucis stilum ejus et quasi formam describamus.

Est igitur haec Oratio, quam, nuper admodum e situ et tenebris protractam[a], nulladum editio Aristidis habet, ex illo 34

* Numeri marginibus adscripti indicant paginas editionis Halensis.

[a] Eam una cum *Libanii Declamatione pro Socrate* et *Aristoxeni rhythmicorum Elementorum fragmentis* primus e Bibl. D. Marci Veneta protulit notisque nonnullis et Latina interpretatione instruxit Bibliothecae illius Custos, vir omni humanitate politissimus, *Jacobus Morellius*, Venetiis, 1785. 8. Tam diu opusculum Aristidis jacuerat, plane ignotum illud, praeterquam quod auctor ipse exercitationem ejusmodi ad Leptineae Demosthenis modum se scripsisse narrat in Orat. Platon. 3. vol. 2. p. 316. Jebb. Quem locum et Photius habet in Bibl. p. 1267. Roth., et nos partim dedimus in Comment. ad Demosth. Or. p. 488, 6. Codex autem Marcianus quum omni auctoris indicio et titulo Orationis careret, hanc eandem illam Aristidis esse, Morellius sagaciter reperit. In extrema ejus parte jacturam fecimus, si ex cetera loquacitate existimare licet, minimum trium quatuorve foliorum. Doleant jacturam, quibus res digna videbitur: nos puncta nostra libenter posuimus. Et sane ante hunc *τοιταγωνιστὴν* in ea caussa satis oratum erat. Duobus enim, Phormioni et Demostheni, qui legem Leptineam impugnarant, ille serum quasi subscriptorem se adjunxit, ut Declamatio *τριτολογίας* cujusdam loco haberi debeat. Eo ipso refer locum ante laudatum: *Ἔτυχε γάρ μοι λόγος τὶς πεποιημένος ἐκ τρίτων πρὸς Λεπτίνην ἐξ ἀρχῆς τοιᾶσδε· εἶχον ἐν χερσὶ τὸν λόγον τὸν τοῦ Δημοσθένους κ. τ. λ.* Aliter ibi memoria falsus diductiora duo verba explicat Reiskius in Animadv. ad gr. auctt. vol. 3. p. 517. [Aliam declamationem inscriptam *πρὸς Δημοσθένην περὶ ἀτελείας*, qua Leptines contra Demosthenem defenditur, ex codice Vaticano recenti chartaceo primum edidit A. Maius in Collectionis scriptorum veterum volumine primo, addita lectionis varietate ad Leptineam ex codice Veneto ab J. Morellio editam. In neutro codice orationibus his Aristidis nomen inscriptum est, nec videtur cognitum habuisse scriptor argumenti declamationis ab Maio editae, qui auctorem pronomine indefinito designet, "*ἀντιλέγει τις αὐτῷ* (Demostheni)." G. DINDORF.]

genere, quod Rhetores Graeci *μελέτας*, Latini declamationes vocant. Id genus fere triplex fuit. Nam alii se in fictis argumentis et quaestionibus infinitis exercebant, ita, ut quas res ingenio suo reperissent, eas vel laudando extollerent, vel affli-
35 gerent reprehendendo, vel alio quocunque modo tractarent. Alii veras sibi res et caussas sumebant, ex memoria antiquitatis plerumque petitas, in accusando, in defendendo, in bello aliquo aut foedere seu suadendo seu dissuadendo, in describendis moribus hominum, locis, regionibus, occupati. Sed talibus in rebus quum de suo quisque adderet, demeret, mutaret denique, partim scribendi ardore abreptus, partim metu, ne vetera et vulgata repetendi necessitas laudem ingenii auferret: saepe adeo sub illorum manibus veritas mutabatur, ut dissimilis fieret sui; quo de fonte hodieque splendida quaedam mendacia in historiis resident. Duo autem genera, quae dixi, tametsi tum maxime studiis hominum florebant, quum jam eloquentia, antiquae libertatis alumna, conticuisset ac foro cessisset, dominatu regum de principatu suo detrusa: tamen diu ante id tempus et fuerunt
36 illa, et honorem habuerunt[b]. Postea successit nova Rhetorum natio, quae non satis habens, discipulos ad universam imitationem veterum informare, auderet etiam ipsa argumenta, quae ab illis celebritatem accepissent, in certamen quoddam proponere. Confidentes homines dicas suique et temporum suorum oblitos, qui putarent, rem in fori luce vi capitalium ingeniorum Graecia florente illustratam inter tironum manus denuo in umbraculo scholae nitescere posse. Sed ipsi hic quoque magistri sese duces praebuerunt primi certamen artis ingressi; nec defuerunt clari Sophistae, qui animi caussa in Philippum Macedonem, in Midiam, in Catilinam intra parietes suos declamitarent. Ex eoque genere exemplum hoc est Aristidis, Rhetoris saeculo II. nobilissimi, quod tandem jam illustri, quem dudum affectabat, loco repositum Orationi Atticae, quam ille aemulari voluerat, comitem adjunxi[c].

[b] Mirum est, et verum tamen, quod jam antiqui Sophistae, Socratis aetate, etiam ludicris et frivolis argumentis ornandis artem ostentarunt. Nam de historico genere nulla dubitatio est. Sed jam tum ollae, sal, lapilli, bestiolae quaedam et similia, nec raro praeter communem sensum hominum, propriis scriptis laudabantur. Quid miramur ergo, in istiusmodi rebus Lucianum, Synesium, alios posteriorum, elaborasse? Testantur id, quod de prioribus scripsi, Plato Sympos. c. 5. Isocrat. Encom. Hel. p. 304. extr. Aristot. Rhet. 1, 9. princ. Alexand. Rhetor. in Aldi Rhet. p. 611.

[c] Celebre prae ceteris hoc ipsum argumentum in scholis Rhetorum fuisse putes. In eo enim ante Aristidem versatus est etiam Lollianus, imperante Hadriano clarus, id quod narrat Philostratus in Vit. Soph. 1. p. 527. Ponam hujus verba, quod fragmentum Declamationis habent, in quo quae fulgura inesse dicuntur, ea profecto talia non sunt, ut exstincta doleamus magnopere. Κατηγορῶν τοῦ Λεπτίνου διὰ *τὸν νόμον, ἐπεὶ μὴ ἐφοίτα τοῖς Ἀθηναίοις ἐκ τοῦ Πόντου σῖτος, ὧδε ἤκμασε· Κέκλεισται τὸ στόμα τοῦ Πόντου νόμῳ, καὶ τὰς Ἀθηναίων τροφὰς ὀλίγαι κωλύουσι συλλαβαί· καὶ ταυτὸν δύναται Λύσανδρος ναυμαχῶν, καὶ Λεπτίνης νομοθετῶν.* Argutiis his redditur illud, quod legimus apud Demosthenem p. 466, 12. seqq. Quem locum si contulisset Olearius, nihil de alio Leptine somniasset.

At qualem comitem! Nempe mihi quidem hanc Declama- 37
tionem cum exemplari suo comparanti ita interdum visum est, si quis eam talem Athenis olim in suggestum attulisset, futurum fuisse haud dubie, ut is sibilis explosus descendere multo citius cogeretur, quam nunc librario placuit scriptum abrumpere. Adeo nisi quis forte haereat in verbis loquendique formulis ex imitatione veterum Atticorum tractis, in ostentatione priscae historiae ac doctrinae, in aliquot sententiis passim extra ceterae orationis corpus eminentibus, aut nisi omnino, ut poëta ait, sepultis ingeniis faveat, adeo, inquam, illa jejuna est et frigida parumque ad id, quod vult, obtinendum accommodata. Nihil hoc judicio detractum volo de fama scriptoris, cujus alia extant plura copiose ornateque scripta neque
injucunda lectu. Immo mirandum putarem, si cuipiam unquam 38
ejusmodi labor melius successisset.

Illud enim primum hoc in loco nobis recte ponere videmur, rem veram, id est, eam quae toto tenore caussarum suarum et eventuum cum nostro tempore, loco, dignitate, omni vita, seu publica seu privata, cohaeret, a quolibet nostrum vel minus perito rectius tractari posse, quam eandem pluribus post saeculis ab homine artis peritissimo. Illi materia dicendi in expedito est, quam alter necesse habet ex antiqua memoria tenuibus plerumque vestigiis expromere. Ille in uno tanquam conspectu videt universam argumenti vim et complexum, quem vocant, circumstantiarum, qua re, quid locus, tempus, personae ferant aut postulent, sponte intelligit ac facillime reperit modos, quibus finem sibi propositum assequatur. Huic contra quoniam ista omnia obscuro labore indaganda sunt ac ne sic quidem ex omni parte satis patere queunt, prope necesse est id accidere, ut vel nimius fiat in dicendo, vel infra dignitatem rei subsistat, vel in locos communes lente exspatietur, ubi gravem argumentorum pondere orationem exspectes, denique ut
aliis modis multis labatur[d]. Adde, quod primarii operis arti- 39
fex raro imitatori aliud quam vilia quaedam ramenta materiae relinquit, et quo quisque sollertior est, eo melius ipse summas rerum occupasse reperitur. Ridebitur imitator, si easdem res sumserit, ut invenit: auxerit eas et novas addiderit, vix sibi ubique a mendacio cavebit: alias fecerit prorsusque mutarit, nimirum aut inscite fecit prior, aut secundarium opus exibit exempli dissimillimum. Quid misero reliquum erit praeter artem quandam callide furandi? Quapropter subit mirari, qua

[d] Haec et alia vitia singulis exemplis Declamationis nostrae declarari possent, si id opus esset. Facile enim animadvertet, qui leget. Attendat mihi pro se quisque, quam aspere in ea cum Leptine agatur, quem tam comiter habet Demosthenes; quantum incommoda legis ultra probabilitatem pinguiter augeantur; quam inepto loco vetusta et mythica exornentur, ut §. 40. 64. 92.; quam puerilis lusus sit in verbis iisdem repetendis, scilicet acuminis et gravitatis caussa, ut §. 2. 10. 11., ubi auctor etiam subtilitate videtur cum magistro contendere voluisse. Sed ea ars illi fere in spinas et araneam abit. A tali subtilitate profecto Leptinis legi nihil periculi metuendum fuit.

ratione apud tam multos per tot aetates hoc in eadem forma et argumento cum antiquis aemulandi studium viguerit. Siquidem ipsa necessitas eandem rem aliis atque aliis verbis et
40 sententiis explicandi non erigit illa animi vires, sed frangit et debilitat. Atque in artibus iis, quae praecipue sensu pulchritudinis reguntur, ita omnino natura videtur comparatum esse, ut qui primi ad eas ingenium applicarunt, si modo ab ipsis electio optimorum facta est, spem gloriae ex eodem genere petendae secuturis, quamvis aeque ingeniosis, facillime praecidant. Adeo illi classi antiquiorum suam placendi sortem suumque principatum obtigisse dicas non ex sola praestantia ingeniorum, sed ex quadam etiam fortuna temporum.

Haec mihi in mentem venerunt, quotiescunque Leptineam Aristidis relegens, quomodo ibi quaeque tractata essent, spectabam. Cujus Orationis jam in plurium manus venturae hanc utilitatem unam praecipuam judico, quod, quum istius declamatoriae scripturae perpauca ad nos specimina pervenerint, nec ullum hoc ipso exstet insignius, ejus cum Demosthene comparatio evidentissime docet, quam infelix ista imitatio sit, quibusque notis dictio fuco et pigmentis oblita discrepet a naturali et incorrupto colore veteris et verae eloquentiae. Etenim quam per omnia diversum ab illo declamatore de ludo sonat Orator Atticus! Est autem Leptinea hujus ex genere quietiore, tota in docendo magis quam in permovendo audi-
41 tore occupata, nec eam vim et granditatem habens verborum ac sententiarum, quam in Philippicis aliisque nonnullis admiramur; unde fere Demosthenicus character constitui solet[e]. Hic lenia, summissa, enucleata omnia, aequabili quodam tenore. Sed enim hoc vel summum est oratoriae facultatis, nosse, quomodo pro varietate rerum ad dicendum propositarum stilus variandus sit, ne, ubi vehementem et incitatum res poscat, summisso, neve contra elato utaris. Quam artem nemo unquam melius calluit Oratore nostro, quem quis recte hac una de caussa ceteris omnibus, quos et suppar et posterior aetas protulit, anteponendum putet. Ita ille in nonnullis Orationibus, quas in caussulis privatorum scripsit, pressus est et tenuis, ita in Philippicis copiosus, gravis et grandiloquus, vix ut in utrisque eandem manum agnoscas[f]. Sed his duobus generibus interjectum tertium est Orationum earum, quibus ab eo leges aut populiscita impugnantur, prae ceteris illud jam ab antiquis
42 magistris commendatum[g]. Excellit in eo inprimis nobilis illa de Corona, quanquam grandiori generi propior. Secundum

[e] Res nota ex Longino inprimisque Hermogene et Auctore libelli de Elocutione. Characterem vocarunt Graeci *μέγεθος* vel *δεινότητα*.

[f] Idem passim monuerunt nonnulli veterum, nemo diligentius quam Dionysius Halic. de vi dicendi in Demosth. p. 974. seqq. vol. 6. Reisk. edit.

[g] Theo Progymn. p. 5. Basil. edit. *Οἱ κάλλιστοι τῶν δημοσίων λόγων εἰσίν, ἐν οἷς περὶ νόμου τι ἢ ψηφίσματος ἀμφισβητεῖται, λέγω δὲ τόν τε περὶ στεφάνου κ. τ. λ.*

quam haud scio an Leptinea nostra proxima ponenda sit. Certe quae sunt ex eadem classe Orationes, contra Androtionem, Aristocratem, Timocratem, Aristogitonem, harum quatuor nulla est, quae nostrae anteferri debeat, una Androtiana, quae cum ea de loco contendere possit.

Non ego omnia, quae in ea placent, huc congeram, praemonebo tamen, quibus maxime rebus praestantia illius cernatur: in quo non tam meis utar quam veterum judiciis. Ac primum quidem ipsum genus dicendi tantam habet subtilitatem, vix ut majorem usquam, praeterquam in Lysia, qui totus subtilis est, invenias. Cujus virtutis qui vim et difficultatem cognovit, neque nescit, quanti eam veteres aestimarint, magnum sane putabit Ciceronis testimonium, nominatim hanc orationem ab hac parte laudantis[h]. Sed illa virtus non nisi ab eo ani-
madverti potest, qui tritas notando proprio cujusque generis 43
sono aures affert: at veritatem et pulchritudinem et nobilitatem sententiarum etiam indoctior sentiat oportet. Oriuntur autem haec ex communi fonte eorum, quae in eloquentia maxime eminent, animo erecto, liberali et ea, quae vulgus ampla ducit, contemnente: id quod inprimis ex iis locis intelligitur, ubi Orator sanctitatem fidei atque honorem reipubl. ceteris rationibus omnibus anteponendam esse docet. Hujus vero doctrinae omnia hic plena sunt, ad eamque, quidquid profertur, revolvitur. Quapropter non mirum est, quod orationem eximie placuisse legimus Panaetio, Stoico, scilicet quem ad honestatem ex praeceptis disciplinae suae omnia retulisse, illam in omni actione, etiam repugnante utilitate, sequendam putasse constat[i].

Jam vero quanta vis et gravitas inest argumentis, quibus a 44
Demosthene adversaria ratio refellitur! Commotum te sentires, si judices non secundum hunc decrevissent, praesertim quum gravitatem illam ubique magna in refellendo lenitate temperarit. Id quod mirabuntur fortasse ii, qui audierunt, rem rari apud hunc exempli esse. Sed oratorem, qui nihil indecorum, nihil alienum a tempore moliri consuerat, alia nunc fortasse ad moderationem et lenitatem flectere potuerunt[k], et vero de-

[h] Orat. ad M. Brut. c. 31. *Multae sunt Demosthenis totae Orationes subtiles, ut contra Leptinem: multae totae graves, ut quaedam Philippicae: multae variae, ut contra Aeschinem falsae legationis; ut contra eundem pro caussa Ctesiphontis.* De subtilitate orationis, quam Graeci dicunt λέξιν λιτήν, ἰσχνήν, ἀφελῆ, videndus a tirone inpr. Cicero Orat. c. 23. seqq. vel Ernest. Init. rhetor. §. 397. qui sua omnia a Cicerone sumsit. Fuerunt olim, qui in ea sola Atticum characterem ponerent. Tanti res videbatur.

[i] Plutarch. in Demosth. p. 852 A. Παναίτιος ὁ φιλόσοφος καὶ τῶν λόγων αὐτοῦ φησὶν οὕτω γεγράφθαι τοὺς πλείστους, ὡς μόνον τοῦ καλοῦ δι' αὐτὸ αἱρετοῦ ὄντος, τὸν περὶ τοῦ στεφάνου, τὸν κατὰ Ἀριστοκράτους, τὸν ὑπὲρ τῶν ἀτελειῶν, τοὺς Φιλιππικούς· ἐν οἷς πᾶσιν οὐ πρὸς τὸ ἥδιστον ἢ ῥᾷστον ἢ λυσιτελέστατον ἄγει τοὺς πολίτας, ἀλλὰ πολλαχοῦ τὴν ἀσφάλειαν καὶ τὴν σωτηρίαν οἴεται δεῖν ἐν δευτέρᾳ τάξει τοῦ καλοῦ ποιεῖσθαι καὶ τοῦ πρέποντος.

[k] Verbi caussa, quod Leptines reus non erat. Hoc quid sit, postea explicabo. [Conf. not. ad p. 479, 17. SCHAEFER.]

buit adversarii ipsius persona, et eorum, qui ad ejus caussam
defendendam delecti essent, aetas atque auctoritas[l]. Ipse qui-
45 dem Leptines quis fuerit, nescimus[m]: veri tamen persimile
puto, hominem in civitate potentem et gratiosum fuisse, ut
ejus dignitati parcere eumque humane et placide tractare De-
mostheni etiam necesse videri potuerit. Itaque sicubi in homi-
nem invehitur, molli brachio facit; nusquam, nisi me memoria
fallit, acerbis aut contumeliosis verbis. Quidquid enim nobis
asperius dictum videbitur, de eo ita judicandum est, longe al-
iter Graecis auditoribus visum esse, Atticis praesertim, qui
pro prisca sua simplicitate et licentia morum summos cives in
foro acerrimis sese conviciis proscindentes audire assuevissent[n].
46 Quod autem a talibus pura est oratio, tanto est aptior nostri
saeculi moribus et ingeniis, tantoque plus haec commendatio
ejus apud studiosos eloquentiae valere debet. Atque ego ne-
minem fore arbitror, qui non diligenter cognita venustate et
festivitate illius excussisque etiam iis artibus, quae primum
adspectum fugiunt, multum se hac una lectione non modo ad
judicandum, sed ad scribendum quoque adjutum sentiat[o]. Unum

[l] De Syndicis loquor, de quorum munere plura paullo mox et in Commentar. ad p. 501, 21. seqq. Simul magnitudinem caussae arguunt tales tamque clari viri a populo ad id munus delecti.

[m] An is sit Λεπτίνης ὁ ἐκ Κοίλης, quem commemorat Demosth. in Androt. p. 611, 22., aut ille, quem inimicum Aeschini inducit hunc auctorem mentiens Epist. 5. extr., nemo dixerit, nisi qui sit divinus. Videri autem potest idem esse, cujus dictum quoddam refert Aristoteles Rhetor. 3, 10. med. Quod pertinere conjicio ad tempora pugnam Leuctricam insecuta. Sed quod ille fortasse primus dixerat, Athenas et Lacedaemonem ocellos Graeciae esse, id deinde saepe ad alios transiit, unde nunc in vulgaribus libellis legitur. Ceterum ex modo, quo Dio Chrysost. vol. 1. p. 635. meminit Leptinis nostri, non efficitur, hominem suo tempore obscurum aut ignobilem fuisse. Verba Dionis infra dabimus.

[n] Sic p. 488, 8. nihil grave se dicere ait, quum dicit, leges Solonis a Leptine aut non lectas, aut certe non intellectas videri. Locus aliquid ridiculi habet, si eum e nostra verecundia et modestia judices. Omnino Orator versus finem exardescit aliquantum, non tamen eam, quam dixi, moderationem deponit.

[o] Pertinent huc verba Dionysii Halic. Epist. ad Amm. vol. 6. p. 724. Ὁ περὶ τῶν ἀτελειῶν λόγος, χαριέστατος ἁπάντων τῶν λόγων καὶ γραφικώτατος. In quibus duae virtutes hujus Orat. laudantur. Alteram, *χάριν τῆς λέξεως*, nemo, opinor, ignorat. De altera, quae designatur voce γραφικώτατος, Dionysius alias non loquitur. Sed aliunde nota est λέξις γραφική, quo spectat inprimis *laevitas verborum* et *bene vincta oratio.* Scriptor de Elocutione §. 193. Γραφικὴ δὲ λέξις ἡ εὐανάγνωστος· αὕτη δέ ἐστιν ἡ συνηρτημένη καὶ οἷον ἠσφαλισμένη τοῖς συνδέσμοις κ. τ. λ. Ex illo judicio Dionysii et loco Plutarchi antea laudato fluxit fabula Pauwii, viri eleganter literis tincti, in libro, quem inscripsit *Recherches philosophiques sur les Grecs* pars 3. p. 23. ita narrantis: *On disoit de Demosthene, qu'il ne fut éloquent que trois fois en sa vie.* Lepidissime! Sed aenigmatis explicandi caussa haec addit non minus nova, etsi ex iisdem fontibus hausta, quos dixi: *Le philosophe Panétius prétendoit qu'il n'y a de l'éloquence que dans trois harangues de Demosthene, dans celle pour la couronne, celle contre Aristocrate, et celle contre Leptine, que Denys d'Halicarnasse regardoit comme son chef d'oeuvre; mais l'opinion la plus générale a accordé cette prérogative à la harangue pour la couronne.* Immo haec Ciceronis (v. Orat. c. 38.) et aliorum opinio fuit eadem Dionysii. Nam est apud eum ita de comp. verb. vol. 5. p. 204. Λόγος ὑπὲρ Κτησιφῶντος, ὃν ἐγὼ κράτιστον ἀποφαίνομαι πάντων λόγων. Sed addere licet τῶν δικανικῶν ex ipso de Thucyd. judic. vol. 6. p. 949. Testes quidem istarum fabularum non citavit Pauwius;

addam, in quod praeterea lectoris animum intendi velim, uber- 47
tatem et copiam rerum, qua Demosthenes hoc argumentum suum dilatavit, in intimos quasi recessus materiae descendendo, nihil tamen, quod vel alienum esset, vel e longinquo petitum, sophistica arte inculcando, omnibus vero, quae rem clarissima luce circumfundere et judices in quam vellet partem movere possent, occupandis et in usum suum convertendis: ita, ut 48
mirum sit, quid de iisdem rebus Phormio attulerit, si ista omnia Demostheni reliquit dicenda, quum hic nemini post se dicturo quidquam reliquisse videatur.

Est enim haec Oratio ex genere *δευτερολογιῶν*, et is, quem modo nominavi, Phormio priore loco verba fecerat [p]. Illi generi, re ipsa jubente, summa brevitas proposita erat, et nonnunquam, si quis rem a decessore suo ab omni parte illustratam putaret, nudo epilogo defungebatur. Cujusmodi aliquot Oratiunculae apud Lysiam exstant [q]. Quanquam in gravioribus caussis etiam satis longae Orationes secundo et tertio loco afferebantur, qualis Nostri est contra Androtionem et haec Leptinea. At in talibus vix potuit fieri, quin saepe eadem, quae *πρωταγωνιστὴς* [r] dixisset, repeterentur, mutatis tantum verbis, ordine argumentorum, aliis id genus. Cujus rei culpa 49
aliqua, si haec culpa dicenda est, ne hanc quidem Orationem caruisse, ex Hermogene intelligi licet [s]. Quid? quod in ea,

cave tamen credas, alios fuisse, quam illos. Videlicet hoc est vetera novo modo narrare.

[p] Quater ille a Nostro commemoratur in Orat. p. 472, 12. 483, 16. 487, 23. 505, 28.

[q] Vid. Lysiae Orationes 18. 21. 27. 28. 29. ex ordine Taylori. Conf. Hermog. *περὶ τῶν στάσεων* c. 5. p. 30. et *περὶ μεθόδου δεινότ.* c. 27. p. 554. ed. Laurent. cum Gregor. Cor. Comment. p. 944. Ulpian. ad Orat. nostrae init.

[r] Scilicet nomina *πρωταγωνιστής, δευτεραγωνιστής, τριταγωνιστής*, usu a scena ducto, dicuntur de oratoribus seu caussidicis, qui se in eadem caussa dicendo excipiunt et adjuvant. Simili translatione Latini quoque interdum utuntur, quum dicunt *actores primarum, secundarum, tertiarum partium*.

[s] *Περὶ μεθ. δειν.* c. 24. p. 551. ubi ostenditur, quibus modis Orator ab aliis ante se dicta proferre possit sine offensione: *Ἐν τῇ δικανικῇ ἰδέᾳ καὶ ἡ τῆς τάξεως μεταβολὴ χώραν ἔχει, ὥσπερ Δημοσθένης ἐποίησεν ἐν τῷ περὶ τῆς ἀτελείας. Φορμίωνος γὰρ προκατηγορήσαντος τοῦ νόμου καὶ χρησαμένου τοῖς κεφαλαίοις τῆς διαιρέσεως, τῷ δικαίῳ, τῷ συμφέροντι, τῷ καλῷ, τῷ τῆς ἀξίας, ἀνέστρεψε τὴν τάξιν μεταβαλών. Πῶς δὲ τοῦτο ἐποίησεν, ἐν τοῖς περὶ τοῦ λόγου διεξήλθομεν.* Hinc obiter discimus, Rhetorem proprium quiddam in hanc Orationem, fortasse commentarium rhetoricum, scripsisse. Sed ad illa verba, *ἐν τῇ δικανικῇ ἰδέᾳ*, ita Gregor. Cor. in Explicatione Hermog. p. 938. *Ἀπορῆσαί μοι πρότερον ἔπεισι, πῶς προθέμενος ὁ τεχνικὸς διδάξαι, ὅτι ἐν τῷ δικανικῷ ἀλλάσσεται καὶ ἡ τάξις, παράδειγμα ἤγαγε τὸν περὶ ἀτελείας λόγον· εὔδηλον γὰρ, ὅτι ὑπὸ τὴν πραγματικὴν οὗτος ἀνάγεται· ἡ δὲ πραγματικὴ τοῖς τοῦ συμβουλευτικοῦ κεφαλαίοις τέμνεται καὶ ὑπὸ τὸ συμβουλευτικὸν εἶδος ἀνάγεται. μόνη τῶν ἄλλων στάσεων δικανικῶν οὐσῶν. Ἔστιν οὖν εἰπεῖν, ὅτι ἀπὸ τοῦ σκοποῦ λέγεται δικανικός· ἐπεὶ γὰρ σκοπὸν ἔχει κατηγορῆσαι τοῦ νόμου τοῦ ὑπὸ Λεπτίνου τεθέντος, ἡ δὲ κατηγορία μέρος ἐστὶ τοῦ δικανικοῦ, διὰ τοῦτο λέγεται καὶ δικανικὸς ὁ λόγος, εἰ καὶ ἡ κατηγορία τοῖς τοῦ συμβουλευτικοῦ κεφαλαίοις κατασκευάζεται· ὁ δὲ Φορμίων ῥήτωρ ἦν, καὶ κατηγόρησε καὶ οὗτος τοῦ νόμου τοῦ Λεπτίνου, συνηγορῶν τῷ Ἀφεψίωνι, υἱῷ Βαθίππου, τοῦ προκατηγορήσαντος τοῦ νόμου καὶ πρὸ τοῦ τέλους τῆς δίκης ἀποθανόντος. Κατηγόρησε δὲ καὶ Κτήσιππος, υἱὸς Χαβρίου, ᾧ συνηγόρει Δημοσθένης. Ἡ δὲ ζήτησίς ἐστι πραγματικὴ ἔγγραφος. Ὁ μὲν οὖν Φορμίων πρῶτον τῷ δικαίῳ ἐχρήσατο· ὁ δὲ Δημοσθένης*

quanquam rarius et multo crebrius in aliis hujus auctoris, eaedem subinde diversis in locis sententiae resumuntur: id
50 quod miretur aliquis qua ratione aures Atheniensium tulerint tam fastidiosae. Sed ego sic omnino statuo, aliter oratione attici legentem, aliter audientem. Nimirum alterum, cui vacat prima cum mediis, media cum extremis conferre, omniaque secum composite revolvere, talis res suboffendere potest; alterum, qui incitato cursum praeeuntis sequitur, non potest: sed
51 latet eum, aut, si minus latet, etiam juvat. Quin apud auditores, quales Athenis fere essent, in foro atque in judiciis, id est, homines mire inter se ingenio, moribus et peritia rerum dispares, saepe adeo opus esse potuit gravissima momenta rationum animis et memoriae impensius inculcare et hoc pacto negligentium quoque ac reluctantium assensum extorquere. Qui pro concione ibi voluisset Thucydidius esse, nae illi intempestivum studium magno stetisset[t]. Verum, ut dixi, hic haud facile ulla sententia iteratur, quam non alio atque alio colore inductam novitatis quaedam species commendet. Sed haec et his similia quilibet sine ulla doctrina invenire legendo et existimare poterit: nos agamus id, quod proprium est Grammatici, ut lectori viam aperiamus ad caussam, in qua oratio habita est, cognoscendam.

Is, quem noster in ea adversarium habet, Leptines legem
52 tulerat Athenis, ut quas immunitates honoris caussa adhuc bene meritis civibus concedi usitatum esset, eae pariter omnibus, qui eas accepissent, adimerentur et plane tollerentur in reliquum tempus. Jam quum in illa republ. cuique liceret perlatae ac publice fixae legis latorem reum agere, modo ut id intra eum annum fieret, quo rogatio esset promulgata; accusavit ita illum Bathippus quidam, subscriptoribus duobus[u]. Subscriptionis enim mos, quem constat Romae fuisse, idem in Attico foro viguit. Sed Bathippo mortuo ante, quam ea caussa in judicium deducta esset, quum reliqui (incertum, sponte an consilio Leptinis) ab accusatione destitissent, alii duo postea aliquanto, certe anno illo elapso, exorti sunt, qui legis tanquam vitiosae et perniciosae abrogationem commoverent. Illi duo fuerunt Aphepsio, filius Bathippi, et Ctesippus, Chabriae, clari

τῷ τῆς ἀξίας, εἶτα τῷ καλῷ, εἶτα τοῖς λοιποῖς κ. τ. λ. Locum huc transscripsi propter illa, quae habet de genere orationis nostrae. Haec autem eo pertinent, quod veteres magistri singulas orationes in aliquod horum trium generum, deliberativi, judicialis et epidictici, includere solebant. Quam id plerumque temere et parum utiliter factum sit, constat, etiam ex hoc loco. Nihil ergo ista quaestio ad nos.

[t] Conf. Ciceronis Brut. c. 83. et Orat. c. 9. At octies Thucydidem ipse Demosthenes descripserat, si vera narravit Lucian. adv. Indoct. vol. 3. p. 102. Conf. Agathiae Hist. 2. p. 48. Venet. Nimirum in magnis scriptoribus aliud legit homo ingeniosus, illorum similis, aliud serva natio imitatorum. Id docent rara in Demosthene vestigia imitationis Thucydidiae. [Conf. Valckenarii Diatr. Eurip. p. 217 B. et Phalarid. p. 18. SCHAEFER.]

[u] Vid. Orat. p. 501, 8 et seqq. et Argum. Graec. Sed nusquam illorum duorum nomina leguntur.

imperatoris[x]. Et huic quidem id negotium proprium fuisse propter immunitatem patri datam satis declarat is orationis 53
locus, qui est de laudibus Chabriae[y]: de Aphepsione nihil tale neque hic neque alibi proditur. Sed omnino hujus hominis non magis quam Bathippi ulla memoria exstat; alterum tanto novimus melius[z]. Major autem natu, Aphepsio, *συνήγορον* ha- 54
buit Phormionem, oratorem[a]: minor, Ctesippus, Demosthenem, qui caussam receperat vel propter rempubl., vel mercede, qui tum mos erat, vel vinculo nescio quo cum illo conjunctus[b]. In quo id mirabile accidit, quod in tam longa oratione ne semel

[x] Sane ex Demosthene de his duobus tantum constat. Auctor tamen brevioris Argumenti a nobis omissi, quem Libanium ferunt, sic scribit: *Φορμίων, καὶ Κτήσιππος, ὁ Χαβρίου παῖς, καὶ τινὲς μετ' αὐτῶν, οἷς συνήγορος Δημοσθένης γίνεται.* At homini hujus familiae parum fidei habuerim.

[y] Vid. p. 479, 17 seqq.

[z] Praecipue ex Plutarch. Phoc. p. 744 E. et ex Athenaeo 4. p. 165., apud quem Diphili, Timoclis et Menandri versus de Ctesippo proferuntur. Postremi poëtae fragmentum est ex fabula *Ὀργῇ*, quam omnium primam docuit Olymp. 114, 4. ut est apud Euseb. in Chron. Conf. Corsini Fastorum Att. vol. 4. p. 54 seq. Fragmentum intulit in Menandrea sua Clericus p. 136. Perditissimus nebulo fuit iste filius herois et omni generi luxuriae et nequitiae deditissimus. Eo denique processit improbitatis, ut, quum bona sua omnia prodegisset, etiam lapides divenderet de monumento, quod patri populus Athen. impensa 1000 drachmarum exstruxerat. Inde nomen ejus apud comicos, etsi tum modestos et minime maledicos, in proverbium cessit et quodammodo commune factum est asotorum. Neque vero Phocio, hominis corrigendi cura propter amorem patris suscepta, quidquam videtur valuisse ad ejus pervicaciam expugnandam. Sed haec omnia mea quidem sententia post tempus hujus orationis acciderunt, cujus tempore plane non dubito quin Ctesippus prima adhuc aetate fuerit et ambigui ingenii. Huc et alia me deducunt, et anni poetarum, quos citavi. Ceterum ipsum quoque patrem, Chabriam, nomine *ἀσελγείας* notavit Theopompus in Philippicis, teste Athen. 12. p. 532 B., quod, ut alia ejusdem Theopompi, in libellum suum transtulit Cornelius Nepos. [Conf. not. ad p. 479, 17. SCHAEFER.]

[a] Itaque propter ordinem aetatis in foro Attico observatum et ipsi Aphepsioni et actori ejus debebatur prior locus dicendi, *ἡ πρωτολογία*. Vid. Argum. nostrae Orat. et Androtianae et conf. Hotom. ad Cic. Div. in Caecil. c. 15. De Phormione dubito an ullus praeter nostrum vetus auctor mentionem habeat. Et quis miretur, in tanta turba oratorum, quam illa aetas tulit, plurium, neque tum obscurorum, nomina vel obscurata esse, vel prorsus intercidisse? praesertim si qui nihil scripto mandassent. At hoc posterius an ad Phormionem et hanc ejus orationem pertineat, ambigere licet propter Hermogenem tali modo loquentem l. c., ut ipsa illi prae manu fuisse videatur.

[b] Id vinculum olim nonnulli putarunt amorem matris Ctesippi fuisse. Rem narrat Plutarch. in Vita Demosth. p. 853 A. *Τὸν κατὰ Ἀριστογείτονος αὐτὸς ἠγωνίσατο, καὶ τὸν περὶ τῶν ἀτελειῶν διὰ τὸν Χαβρίου παῖδα Κτήσιππον, ὥς φησιν αὐτός· ὡς δ' ἔνιοι λέγουσι, τὴν μητέρα τοῦ νεανίσκου μνώμενος· οὐ μὴν ἔγημε ταύτην, ἀλλὰ Σαμίᾳ τινὶ κ.τ.λ.* Conf. Ulpian. ad Orat. p. 477, 12. [et Aristidis declamationem ab A. Maio editam p. 2. (vol. 2. p. 611. ed. meae.) G. DINDORF.] At nihil hujus rei habet Dinarchus Or. contra Demosth. p. 74., ubi orationes a nostro dicit mercede conscriptas esse *ὑπὲρ Κτησίππου καὶ Φορμίωνος καὶ ἑτέρων πολλῶν.* Quem locum huc potissimum refero nihil moratus Reiskii animadversionem, tametsi non negarim, forsan in aliis quoque caussis, quas ignoramus, Ctesippo eidem Demosthenem se *συνήγορον* praebuisse. Quid autem? Nihilne caussae fuit Dinarcho, cur duos istos ex tot aliis nominarit? Immo putem fuisse. Certe Phormionis, qui Pasionis fuit libertus et diversus haud dubie ab eo, qui in Or. *ὑπὲρ δανείου* compellatur, Phormionis igitur illius patrocinium dedecori fuisse nostro, patet ex Plut. l. c. p. 852 F., et probabile nobis fit ex ipsa Orat. pro Phormione p. 944. et duabus seqq. in Stephanum.

55 quidem clientis nomen legimus: sicubi nominandus erat, Cha-
briae filius vocatur[c]. Sed ejus rei, quae propter caussam hodie
prorsus ignotam fieri potuit, si modo ulla de caussa et non
fortuito potius facta est, ejus, inquam, rei rationes operose
56 exquirere velle alienum duco et prope ineptum[d]. Sufficit te-
nere, quod ex Ulpiano et aliunde cognoscimus, Ctesippi nomen
homini fuisse[e]. Et quidquid est, ab ipso auctore, Demosthene,
habitam orationem esse, non a filio Chabriae, sicut alteram a
Phormione, non ab Aphepsione, id ex iis, quae hactenus pas-
sim diximus, planissime apparet[f].

Sed ante omnia breviter docendum, quo tempore actio a duo-
bus illis instituta et haec oratio habita sit. Qua de re partim
apud ipsum, partim alibi indicia sunt ejusmodi, ut de ipso
57 quoque anno liqueat. Ac primum quidem ex eo loco, ubi
Lacedaemoniorum et Thebanorum meminit[g], facile intelligitur,
Athenienses tum hostili publice in hos animo, cum illis autem
junctos amicitia fuisse, sive ea vera fuerit, sive temporis caussa
simulata. Quippe ibi manifesto studio res et instituta Lace-
daemoniorum excusantur, omnique modo quasi colorantur, quum
Thebani, tanquam populus omnis humanitatis expers et im-
probitate infamis, notentur acerbissime. Quo modo populi judi-
cia prodi, non oratoris, quis dubitet? Itaque si trium illarum
civitatum de principatu inter se certantium vel civiles vel belli-
cas res et harum tempora attenderis, utrumque judicium repe-
rias optime ad id temporis congruere, quod Leuctricam pugnam
58 proximo intervallo secutum est[h]. Quoniam enim per hos annos

[c] Vid. p. 457, 2. 479, 17.

[d] Apud Athen. 4. p. 166 B. est suspicio, juvenis nomen ab oratore celatum de industria esse ob ejus publicam ex moribus infamiam. Non id equidem arroganter rejicio, sed admodum dubitare me fateor propter ea, quae paullo ante de temporibus scripsi. Penitus suspicionem rejicit Ulpian. ad p. 457, 2. Qui quam ipse affert rationem, ea satisfacere fortasse videbitur iis, qui rem forte fieri potuisse negarint. Nam et alibi legimus pueros et adolescentes, nullodum suo merito claros, vulgo non suis, sed patrum nominibus appellatos.

[e] Iis, quos testes dedi in antecedentibus notis, accedit Aristid. Declam. Lept. §. 107. Etsi ibi Καλλίππῳ est in Cod. Marc. Recte vidit Morellius, quid librario ante oculos fuerit. [Nomen Ctesippus ab avo materno habuit, si fides Zosimo Ascalonitae in Vita Demosth. p. 156. ed. Reisk, qui Chabriae uxorem Ctesippum patrem habuisse tradit. Inscriptio ab Wordswortho edita (*Athens and Attica*, p. 140.) Κεκ ροπὶς παῖδ[ων ἐνίκα, Κτή]σιππος Χαβρ[ίου ἐχο]ρήγει . . ., quum temporis notam additam non habeat, incertum est ad quem hujus familiae Ctesippum sit referenda. V. Rehdantz. Vit. Iphicr. p. 233. G. DINDORF.]

[f] Animadvertere id operae putavi propter Androtianam, Timocrateam, Aristocrateam, alias in privatis caussis a nostro scriptas, quas constat in suggestum attulisse eos, quibus scriptae essent. In tali genere cavendum, ne temere ea, quae sunt aliorum et diversorum hominum, ad Demosthenem ejusque res ac vitam referamus. Nonnunquam id a viris doctis factum vidimus.

[g] Vid. p. 489, 26 seqq. Conf. p. 506, 16.

[h] Summatim hic a studiosis repetenda sunt, quae hunc tractum temporis notabilem fecerunt. Primum est proelium apud Leuctra factum Olymp. 102, 2. Ea prima caussa fuit odii Atheniensium in Thebanos, inflammati deinde horum superbia et imperandi libidine. Vid. Demosth. de Cor. p. 231. Mox Megalopolis in Arcadia conditur et Messenii, auctoribus Thebanis, in Peloponnesum redeunt Olymp. 102, 3. Jam Thebani tum bellum in Thessalia gerentes de-

Lacedaemonii gravissima clade afflicti Atticae civitati aemuli
potentiae desierant esse, Thebani contra ad summum imperium
celeriter gradum facientes, omni Graeciae impotentem domina-
tum minabantur; horum odium et metus, ipsa vicinitate The-
barum auctus Athenienses callidos rerumque peritos facile eo 59
perduxit, ut ad illorum amicitiam se applicarent cumque iisque
societatem conjungerent. At haec nimirum nimis vaga sunt.
Neque etiam magis certa ratio iniri potest ex iis, quae orator
de publica inopia Athenarum et exhausto aerario queritur[1].
Opportune alia sunt in promtu, quae nos ad illud, quod quae- 60
rimus, propius ducant. Nam res memorantur Olympiadis 105,

seri coepti sunt a sociis gravate ferentibus illorum dominationem: Athenienses autem contra Thebanos cum Lacedaemoniis societatem et foedus faciunt, quo inprimis imperium maris recuperant Olymp. 102, 4. Dein Olymp. 103, 2. Thebani auxilium Persarum expetentes ad potentiam suam augendam ad Artaxerxem legatos mittunt, Pelopidam et Ismeniam. Olymp. 103, 3. occupatur a Thebanis Oropus, oppidum in confinio Atticae et Boeotiae situm. Olymp. 104, 2. pugna fit ad Mantineam, qua penitus concidunt Spartanae vires, nec ipsi tamen multum juvantur Thebani, praesertim orbati consiliorum suorum omnium principibus, Pelopida et Epaminonda. Ex adversa fortuna utriusque populi jam vires colligit resp. Attica, validior etiam novis copiis navalibus receptaque multitudine sociorum tributa pendentium. Ac sane resp. ad pristinam magnitudinem rediisset magnorum quorundam civium adjuta consiliis, si non duos insidiatores peraeque infestos aluisset, morum publicam pravitatem et Philippum Macedonem. Hic, regno Olymp. 104, 4. occupato primum artes suas callide tegere, amicitiam quoque cum Atheniensibus pangere. Olymp. 105, 2. Idem tamen paullo post amicis Pydnam et Potidaeam eripit Olymp. 105, 3., aliaque mox in Graecorum libertatem machinatur, quae non sunt hujus loci. Interea socii novo jugo Atheniensium nimium pressi, Chii, Rhodii, Coi et Byzantii, bellum movent (τὸν πόλεμον συμμαχικόν*), quod grave inprimis exstitit vectigalibus reipubl. Ducitur illud per tres fere annos, neque pax insecuta Ol. 106, 1. opes statim reddidit. Hinc proximis annis querelae de afflicta conditione rerum Atticarum. Et tantum quod profligatum bellum sociale erat, quum aliud exarsit, quod sacrum vocant, omni Graeciae funestissimum. Quanquam ejus calamitates Attica minus sensit. Sub hujus belli initia Demosthenem ad rempubl. accessisse, a Dionysio et aliis memoriae proditum est. Sed hactenus haec.

[1] Orat. p. 464, 15. 492, 3. Continuo tamen haec faciunt, ut versari tibi videaris in tempore belli socialis vel proxime insecuto. Sic vero mireris oratorem, si de classibus (περὶ συμμοριῶν) oravit Olymp. 106, 3., quae Dionysii Halic. sententia est, qua tandem ratione ibi p. 185. Atticas opes ceteris civitatibus prope omnibus aequiparare potuerit. Sed ita saepe oratores temporis caussa de republ. sua elatius dicunt, quam pro vera conditione rerum. Quanquam ne illud quidem omnino falso dictum videtur. Illo autem tempore quam summam quotannis in rep. Attica reditus publici confecerint, neque ex oratoribus nec, quod sciam, aliunde liquet. Certe locus in Philipp. 4. p. 141, 9., ubi vectigalia civitatis summam 130 talentum non superare dicuntur, ad superiora tempora pertinet, si qua omnino fides est orationi illi, quam orationem Valckenarius, plane me probante, suspectam habet in Not ad Orat. suam de Philippo Maced. p. 251. Multo potius fidem habendam putem auctori inter Plutarchea de Vitis 10 Orr. vol. 2. p. 842 E., qui narrat, reditus a Lycurgo auctos esse ad 1200 talentum, quum prius fuissent 60. Nam conjecturae Meursii de Fort. Att. c. 7. non multum tribuo. Id vero mihi non dubium est, Lycurgi, qui orator per 12 annos aerario praefuit, administrationem hanc tempori assignandam esse oratione nostra posteriori, ita ut bona vota Demosthenis eventum suum potissimum per hunc virum habuisse videantur. De ejus cura vectigalium reipubl. fructuosissima vide quamvis diverse narrata apud Plutarch. l. c. p. 841 B. et 852 B. coll. Taylori Praef. ad Lycurgi Orat. et Wesseling. ad Diod. Sic. 16, 88.

* Immo τὸν συμμαχικὸν πόλεμον. SCHAEFER.

Pydna videlicet et Potidaea a Philippo occupatae et interitus
61 Chabriae, qui in primum annum belli socialis incidit[k]. Tum alia proximae Olympiadis succurrunt. Dionysius filius e regno expulsus a Dione et Leuco tyrannus Bospori ut quum maxime opibus florens atque imperio[l]. Atqui hunc principem Olymp. 106. 3. mortem obiisse apud Diodorum perspicue traditum est. Jam in cumulum accedit locus Dionysii Halicarnassei[m] hanc de
62 immunitatibus orationem testantis habitam esse Callistrato Archonte, h. e. Olymp. 106, 2. ab U. C. 399. a. Chr. 355. Adeo
63 nihil dubitationis relictum videas, quin actionis tempus atque ipsum etiam annum teneamus[n].

Atque hac eadem opera hoc quoque liqueret, quo anno lex esset a Leptine lata, si, quam pridem ea tum obtinuisset, quum hac oratione impugnaretur, a nostro aut alio scriptore proditum exstaret. Verum nulla adest talis significatio, id quod conjecturae locum aperit. At Athenis cuique idem jus fuit, legem perlatam et brevissimo intervallo et decem vel viginti annis post ad novum judicium devocare. Fuit utique id liberum cuique facere, quocunque tempore vellet. In hac autem lege, quam

k Vid. p. 475, 15. et p. 481, 13. et ibi Comment.

l Vid. p. 506, 22. et p. 466, 12 seqq. Ibi in Commentario legantur, quae de hoc Leucone cognita habemus. Ἄρχοντα cum Demosthenes appellat, non *τύραννον*, quippe hominem gratiosum et eum, cujus in rempubl. merita extollere studet, gratiore Atticis auribus et liberae conditionis nomine commendans. Ita saepius faciunt oratores.

m Locum, quo et superius utebamur, nunc totum damus ex Epist. ad Ammaeum p. 724. *Οὗτος ἐγεννήθη μὲν ἐνιαυτῷ πρότερον τῆς ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος· ἄρχοντος δὲ Τιμοκράτους εἰς ἔτος ἦν ἐμβεβηκὼς ἑπτακαιδέκατον· δημοσίους τε λόγους ἤρξατο γράφειν ἐπὶ Καλλιστράτου ἄρχοντος, εἰκοστὸν καὶ πέμπτον ἔχων ἔτος. Καὶ ἔστιν αὐτοῦ πρῶτος τῶν ἐν δικαστηρίῳ κατασκευασθέντων ἀγώνων ὁ κατὰ Ἀνδροτίωνος, ὃν γέγραφε Διοδώρῳ τῷ κρίνοντι τὸ ψήφισμα παρανόμων· καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἕτερος ἐπὶ Καλλιστράτου ἄρχοντος, ὁ περὶ τῶν ἀτελειῶν, ὃν αὐτὸς διέθετο, χαριέστατος ἁπάντων τῶν λόγων καὶ γραφικώτατος.* Postremus in hoc loco numerus tum aliis vitiatus videtur, tum Tayloro ad Or. in Androt. p. 659. Omnes pro anno 25. rescribi jubent 27., advocato etiam Gellio 15, 28. Itaque simul praecedens numerus 17. corrigendus erat. Falluntur viri optimi. Ex computatione Dionysii Demosthenes natus est Olymp. 99, 4. Demophilo Arch. Ergo quum extremo anno, non ineunte, in lucem editus sit, idem Timocrate Arch. (Olymp. 104, 1.) dici debebat *agere* annum 17., et Callistrato Arch. (Olymp. 106, 2.) *complesse* annum 25., id est, *agere* a. 26. Interest nimirum aliquid inter verba *ἦν ἐμβεβηκὼς ἔτος* et *ἔτος ἔχων*, quod posterius idem est ac *γεγονώς*. Attamen Dionysii ipsa sententia de natali anno oratoris vera non est, quamvis eam et Plutarchus sequatur in Vit. Demosth. p. 848 A. et hodie doctorum plerique omnes. Ostenderunt id S. Petitus de Legibus Atticis p. 267. et Corsin. Fast. Att. vol. 2. p. 139., et nos idem agemus alibi tollendis variis in ea re dubitationibus. Interim cum illis sequimur scriptorem de Vit. 10. Orr. p. 845 D., qui natalis anni Archontem Dexitheum prodit, summum magistratum Olymp. 98, 4. a. Ch. 385. Proinde Demosthenes quum Leptineam Or. habebat, annum agebat 30. [De anno natali Demosthenis v. Proleg. ad orationem Midianam. G. D.]

n Eandem rationem, h. e. ipsum Dionysium Halicarnasseum, sequitur Anonymus, quem vocant, in *Ὀλυμπιάδων ἀναγραφῇ* p. 326. [Anonymum illum hodie satis constat Scaligerum esse. G. DINDORF.] Ab ea longius abit Photius in loco, quem exscripsi in Comment. ad p. 457, 1. Nihil tamen ibi corrigendum, nisi forsan *πέντε καὶ εἴκοσι γεγονότα ἔτη*, vel ne hoc quidem. Erroris caussa manifesta est ex iis, quae modo de computatione Dionysii monui.

non paucis damni plurimum dedisse necesse est, numne credi-
bile fit, rem ab illis post mortem primi accusatoris esse dilatam
aut segniter actam? Etiam hoc amplius. In tota oratione 64
nullus locus est, qui nos cogat ademtionem immunitatum e
Leptinis lege jam tum perfectam, aut quenquam praemio suo
jam tum spoliatum putare. Immo nonnullis in locis Demosthe-
nes ita loquitur, ut solemus, quum imminentis, nondum factae,
rei malis proponendis homines ab ea facienda avertimus; nec
usquam, quod solet in hoc genere, legis incommoda ullo argu-
mento ab experientia ducto demonstrat. His igitur de caussis
veri mihi videtur simile, legem Elpine Archonte, h. e. Olymp.
106, 1. latam esse, statimque insequenti anno hac actione
petitam[o].

Ipsum argumentum et capita legis ex nullo veterum, prae-
terquam ex hoc nostro, cognita habemus; etsi ne ipse quidem
totam sententiam ejus uno tenore retulit. Opus est ergo coag- 65
mentari ea, quae pluribus in locis sparsa leguntur, tanquam
verba Leptinis. Unde efficitur, si modo ab oratore nihil omis-
sum est, conceptam legem fuisse hisce verbis[p]:

Λεπτίνης εἶπεν· ὅπως ἂν οἱ πλουσιώτατοι λειτουργῶσι, μηδένα ἀτελῆ εἶναι, μήτε τῶν πολιτῶν, μήτε τῶν ἰσοτελῶν, μήτε τῶν ξένων, ἁπλῶς μηδένα, πλὴν τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος· μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι τῷ δήμῳ αἰτηθέντι τὴν ἀτέλειαν δοῦναι. Ὃς δ' ἂν αἰτήσῃ, ἄτιμος ἔστω, καὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ δημοσία, ἔστωσαν δὲ καὶ ἐνδείξεις καὶ ἀπαγωγαί· ἐὰν δὲ ἁλῷ, ἔνοχος ἔστω τῷ νόμῳ, ὃς κεῖται, ἐάν τις ὀφείλων ἄρχῃ τῷ δημοσίῳ.

Patet, per hanc legem immunitate fraudari, quoscunque ea
unquam populus Athen. donasset, excepto nemine praeter po-
steros Harmodii et Aristogitonis. His duobus enim honores
sui integri a Leptine relinquuntur, prudenti illud consilio. Ita
celebrata et sancta etiam tum erat tyrannicidarum illorum me- 66
moria apud bonum quemque et patriae amantem, ut verendum
esset, si quis vel ipsos, vel aliquem ex posteris eorum ullo genere
injuriae afficere voluisset, ne eum omnes malum hominem, ne
dicam proditorem libertatis, judicarent. Meruerant autem illi
plurima et amplissima praemia, statuas aeneas, honoratiorem in
publicis consessibus locum, victum Prytanei, immunitatem, alia,
partim novo exemplo, ex quibus pleraque etiam posteris propria

[o] Pro Elpine plerique male scribunt Elpinicen. Ipsa opinio mea de anno latae legis non est nova, ut nunc video Petitum tractans LL. AA. p. 381. Sed is non habet, quo eam confirmet, nisi verba Argum. Graeci p. 453, 13. *μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἐπέστη κατήγορος* Ἀφεψίων, *υἱὸς* Βαθίππου *κ. τ. λ.* Quodsi quis illa, *μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν*, aliter accipi non posse putat, omninoque Anonymo isti aliquid in hoc auctoritatis tribuit, certam rem esse sibi persuadeat. Ego probabilem opinionem attulisse satis habeo.

[p] Vid. p. 457. 466. 495. 504. Ex iisdem locis, non ex alio fonte, sua hausit auctor Argum. Graeci, sed minus fideliter in nonnullis; ita, ut ex eo legem augeri nolim. Sed nihil est in oratore de Archontibus lege solutis; etsi hoc non est improbabile. Alia passim habet Aristides in Declamatione, quae Morellius ad legem referenda putat, velut §. 23. Sed ne hoc quidem ausim.

manebant[q]. Sed ceteros omnes, ut dixi, lex Leptinea alligat plane rigideque vetans immunem esse quempiam *μήτε τῶν πολιτῶν, μήτε τῶν ἰσοτελῶν, μήτε τῶν ξένων.* Quibus vocabulis tribus comprehenduntur, quotquot liberos incolas habuit regio Attica. Primum *πολῖται* sunt illi, qui, vere et optima conditione cives, omnibus juribus et commodis reipubl. fruebantur. Vulgo iidem vocantur *ἀστοί.* Contra *ξένοι* vel ii sunt, quos proprie dixerunt, peregrini, Athenis commorantes aliquamdiu, vel qui alias nominantur *μέτοικοι*, Latine hodie vertunt *inquilinos* seu *municipes*,
67 utrumque minus congruenter, ut fit in his rebus. At quaeri potest de voce *ξένος*, utro sensu in lege dicatur. De quo vix nostrum esset judicare, si Leptines, quod in oratione innuitur, ex ambiguo fallaciam quaesivisset. Verum non nimis tamen dubitem, quin vocem praecipue ad *μετοίκους* referri voluerit[r]. Fuerunt autem *μέτοικοι* illi vel ipsi, vel illorum progenies, qui,
68 relicto patrio solo, in Atticam migraverant, non ad tempus illi quidem, sed ita, ut fide publica domicilium ibi ac sedem fortunarum constituerent; fuitque haec turba utilissima civitati. Nam exercebat praecipue praeter ceteros opificia, artes et mercaturam, sequebatur militiam, inprimis navalem, reipubl. quotannis pendebat decem vel, quod probabilius est, duodecim drachmas *μετοικίου* nomine, et quasdam praeterea operas praestabat[s]. Atque erant in hoc numero, quem constat saepe magnum fuisse, familiae ditissimae et honestissimae[t]: nihilo

q Statuae H. et A. in foro positae ad sera tempora manserunt. Nam quum ablatae essent a Xerxe, instauratae postea sunt Olymp. 75, 4. Vid. Meursii Pisistr. c. 14. et Corsini Fast. Att. vol. 3. p. 171.

r Haud scio an nulli antea hoc observatum sit, simplici nomine *ξένων* vocari *μετοίκους*. Scripsi id autem Aristophanis auctoritate Equit. v. 347., ubi est *κατὰ ξένου μετοίκου*, et ipsius Demosthenis, cujus locum notavi in Comment. ad p. 463, 8. At distinguuntur alibi ab Atticis diserte *ξένοι* et *μέτοικοι*, ut a Xenoph. Hellen. 5, 1, 12. Nimirum alia potestas nominis *ξένου* latior est, alia angustior. Hanc vulgo sequitur usus loquendi: illa et locis, quos indicavi, confirmatur et ratione. Res quodammodo illustrari potest collato Latino nomine *peregrini*. Et hactenus non male Diodorus Sic. 13, 97. videri debet scripsisse: *τοὺς μετοίκους καὶ τῶν ἄλλων ξένων τοὺς βουλομένους συναγωνίσασθαι.* Etiam *ξενίας γραφὴ* in jure Attico potissimum ad *μετοίκους* pertinet. Similiter *μέτοικοι* duplicis generis sunt, alii, quos dixerunt proprie, alii *ἰσοτελεῖς μέτοικοι*. Nam sic plene dicuntur peregrini, qui populi beneficio ornati sunt *ἰσοτελείᾳ*. De qua continuo exponam.

s Drachmas 12 posui tum aliis de caussis, tum propter notam auctoritatem Isaei, quae difficilius corrumpi potuit, quam loci Ammonii et Hesychii. Quod propter Valckenarium monebam. Et idem, Ammonium explicans, non meminerat fortasse loci Xenoph. de Vectig. 2, 2., unde clare apparet, et terra et mari *μετοίκους* stipendia fecisse. Sed sananda sunt Xenophontis verba Wesselingii ad Petitum LL. AA. p. 654. emendatione, *μέγας μὲν γὰρ ὁ κίνδυνος αὐτῶν*, pro eo, quod vulgatur, *ἀπών*. Alia nunc omitto de conditione *μετοίκων*, etiam locum Demosth. in Androt. p. 612, 4. a nemine notatum, notabilem tamen. Ceterum de operis eorum, ex quibus *σκαφηφόροι* vocantur et rel., nota sunt omnia.

t In recensu incolarum Atticae, quem Demetrius Phalereus egit, inventi sunt *μέτοικοι* 10000, cives 21000, servi 400000. Ctesicles in illustri loco Athenaei 6. p. 272 C. Ergo non mirum est, Xenophontem eos majore cura dignos censuisse l. c. Cephalus, vir bonus et locuples, idem quem Plato in sermone de Republica induxit, Athenis vixit *μέτοικος*, ejusque filius, Lysias, *ἰσοτελής*. Vid. Lysiae Orat. 12. et Plut. Vit. 10. Orat. p. 836 A.

tamen secius illi plane exclusi erant a republ. administranda. 69 atque adeo civium, quorum quisque, ut in libero populo, videbatur sibi rex esse, indignis vexationibus obnoxii. Media inter hos utrosque et eximia conditione fuerunt ἰσοτελεῖς. Nec raro μέτοικοι, qui genere, opibus, bona fama eminerent, vel facto aliquo gratiam apud populum iniissent, ἰσοτελείας honore dignabantur[u]. Id praemium solvebat eos operis omnibus, quas in μετοικίᾳ praestiterant, neque jam μετοίκιον pendebant, at tanto plus tributi, utpote hac in re prope aequati civibus optima lege; ut honorem illi suum magno pretio emisse videantur. Tametsi nihil caussae reperio, cur iis ipsa vi hujus praemii 70
suffragium impertitum esse, aut omnino ad curam reipubl. accedere licuisse neges, si modo a magistratibus et similibus honoribus discesseris[x].

Fuit harum trium classium civitati munera quaedam praebere, idque privato sumtu, quas Attici λειτουργίας[y] vocabant, de quarum ratione postea pluribus exponemus. Nunc unum 71
illud explicandae legi animadverti debet, vacationem horum munerum nonnunquam populiscito vel lege datam esse iis, qui nimium eo onere premi, aut beneficii in populum collati pretium meruisse viderentur. Haec ferme illa est *immunitas*, ἀτέλεια, in qua defendenda orator laborat[z]. Minimum id vulgo

[u] Fuit, quum omnes simul μέτοικοι civitate donarentur, quod Olymp. 94, 3. factum narrat Diod. Sic. l. c. Idem antea fecerat Clisthenes, qui μετὰ τὴν τῶν τυράννων ἐκβολὴν πολλοὺς ἐφυλέτευσε ξένους καὶ δούλους μετοίκους. Aristot. Polit. 3, 1. p. 141. Conring. Sed ibi, nisi quod gravius vitium subest, cum Lambino scribendum censeo, inserta copula, δούλους καὶ μετοίκους. [ξένους μετοίκους καὶ δούλους correxit Niebuhr. Hist. Rom. vol. 2. p. 346., partim praeeunte Valck. ad Herodot. 5, 66. qui δούλους καὶ ξένους μετοίκους voluerat. Goettlingio in annot. ad Aristot. δούλους aut delendum aut in πολλοὺς mutandum videtur. Vulgatum defendit Meier. de gentil. Att. p. 6. non *servos* intelligens, sed *libertinos*: nam etiam ἀπελευθέρους nonnunquam δούλους vocari, ut ostendit Schoemann. ad Isaeum, p. 345. G. DINDORF.]

[x] Immo rem ita fuisse docerem, si alienis proposito tractandis lectorem ducere vellem*. Miror enim, cur Valckenarius cum reliquis, qui haec tractarunt, plane neglexerit Ammonii sui verba, hausta e perito auctore, in v. ἰσοτελής. Πάντα ἔχων τὰ αὐτὰ τοῖς πολίταις πλὴν τοῦ ἄρχειν. Ne τὸ δικάζειν quidem Grammaticus excepit. Quam vere, nescio. Nec tamen id nescio, ex hac classe ab ipsis civibus διαιτητὰς sumtos esse, qualem Theodotum ἰσοτελῆ apud Demosthenem legimus in Phorm. p. 912, 28. Ceterum conf. ad haec Pollux 3, 56. et 8, 155. Harpocrationem vv. μετοίκιον, προστάτης, ἰσοτελής. Petit. LL. AA. p. 246. seqq. Valckenar. Anim. ad Ammonium p. 112. Ruhnken. ad Timaeum p. 110. Zeunii Not. ad Xenoph. l. c. Quanquam post haec omnia vis et ratio ἰσοτελείας non satis clara est, partim veterum ipsorum culpa. At prorsus diversam eam fuisse ab ἀτελείᾳ apertum est. Confudit has res Potterus Archaeol. Gr. lib. 1. c. 10., qui plura ibi falsa docet, aut e Petito suo trahit.

[y] Vocabulum interdum Latinis literis scriptum servavi exemplo Latinorum, qui nomina *Archon*, *strategus*, *ephebus* etc. servarunt; alias dixi *munera solennia*, et contra *extraordinaria*. Nam duplex eorum genus fuit, ut postea videbimus.

[z] Etiam ἀτελείας duo inprimis genera sunt, alterum, de quo nunc diximus, quod vacationem dabat a choragia, gymnasiarchia et ἑστιάσει; alterum, ad quod pertinebant immunitates portorii, reli-

* Conf. Boeckhius de Oecon. Atheniens. vol. 2. p. 78. Adde Schoemann. Antiq. publ. p. 191. G. DINDORF.

72 habitum inter praemia solennia[a], quae Athenis ex vetere con-
suetudine et sapienti consilio constituta erant. Etenim am-
pliora et illustriora erant *εἰκών, προεδρία, σίτησις, στέφανος.* Sed
haec omnia, dici vix potest, quam rara fuerint prioribus aetati-
73 bus, quum populus, de sua libertate et majestate tuenda unice
sollicitus et nimium suspiciosus, omnem gloriam rerum publice
gestarum sibi vindicaret, civibus, qui res gesserant, maligne
detraheret[b]. Itaque statuae honor, quantum accepimus, ante
tyrannicidas nemini contigit praeter Solonem[c], neque eo proxi-
mis temporibus dignati sunt Miltiades, Themistocles, alii, quam-
vis maxima fama meritorum inter suos conspicui. Aeque raro
προεδρία, id est honoratior locus sedendi in ecclesia, theatris
aliisque popularibus consessibus, illa aetate dabatur: nam ad
hunc quoque honorem decreto populi opus erat[d]. Verum Peri-
clis saeculo, si Comico credimus, invasit omnes vanae gloriolae
amor et alios praecedendi primamque sedem occupandi cupiditas,
praemia autem obsolescere coeperunt; quum, quae antea essent
summis meritis negata, saepe indignissimus quisque auferret.
Dein populi impotens levitas amplissima quaeque et ipsam civi-
74 tatem[e] effudit in primum quemque, civem, peregrinum, Graecum,

quorumque vectigalium, aliae. Bene haec et similia docent Intpp. ad Pollucem 8, 140. et Vandal. Dissertat. Antiq. et Marmor. illustr. p. 781. Unum tamen ab his omissum est, *ἀτέλεια ἱερῶν,* quam Noster tangit p. 495., brevius, quam velles in re, quam nullus veterum nobis exposuit. Conjectura ergo quum utendum sit, nisi me mea fallit, oratoris sententiam presse sequens, pertinuit *immunitas sacrorum* eo, quod cives debuerunt victimas et alias res, fortasse pecuniam quoque erogare in templa, sacrificia et alia ejusdem generis: ac de his ipsis vel parte eorum accipiam etiam *τὰ γέρα* Aeschini memorata in loco insigni Orat. in Ctesiph. p. 430 C. [V. ad p. 495, 12. G. DINDORF.] Confirmatur hoc quodammodo ab Aristotele, qui de magnificentia loquens in Ethica Nicom. 4, 5. sumtus in templa, anathemata et sacrificia conjungit cum choragia, trierarchia et *ἑστιάσει.* Sed alterum illorum generum, quae superius posui, vel utrumque Graeci dicunt, quum simpliciter dicunt *ἀτέλειαν.* Et hinc quoque intelliges *ἀτέλειαν ἁπάντων* apud Atticos. Nam nihil ad nos Herodian. 2, 4. Itaque si vectigalium immunitas continetur nomine *ἀτελείας*, vere Leptines illa ratione potuit uti, quam Noster carpit, ne dicam calumniatur p. 464. Jam ex iis, quae disputavi, varie explicari debent immunitates, quas legimus seu civitati a civitate, seu privato concessas, ut in Inscriptt. ap. Chandlerum. p. 20. Herodot. 1, 54. Xenoph. Hellen. 1, 2, 7. Psephism. Byzant. in Demosth. Or. de Cor. p. 256, 10., ubi *ἀλειτούργητοι* dicuntur, qui Atticis sunt *ἀτελεῖς*. Adde Diodorum Sic. 11, 43. Nondum enim video, cur *ἀτελεῖς* docto interpreti ibi scriptum videatur pro *ἰσοτελεῖς*: nisi forte in animo habuit locum Xenoph. de Vectig. 4, 12.

a Colligere id mihi recte videor ex iis, quae orator habet p. 493. Apud alios rem non memini me legere.

b Conf. scriptores, quos laudavi in Commentar. ad p. 477, 26. et 491, 1. Sed illi rem paullo aliter interpretantur. His addat tiro Nepotem suum Miltiad. c. 6.

c Vid. Meursium de Ceramico gemino c. 16.

d De jure *προεδρίας* conf. Casaub. ad Theophrast. Charact. 5. et Hemsterhus. ad Pollucem 8, 133.

e Quantum pretium olim, florente disciplina, Athenienses juri civitatis suae statuerint, notum est in vulgus et docent exempla negati vel potentibus regibus, qualia libelli Antiquitatum suggerunt. Sed eximendum iis exemplis est illud, quod Potterus aliique inde a Sigonio repetunt, de Menone, Pharsalio, et Perdicca, Macedonum rege, tractum ex Demosth. de republica ordin. p. 173, 6. Qui ambo enim hoc in loco sola immunitate ornati esse dicuntur, eosdem Orator alio loco, ubi illa eadem et iisdem verbis recurrunt, sola civitate ornatos dicit, nec ibi de immunitate ne γρὺ quidem. Quod utrum ad exempla fidei oratoriae referamus, quae passim

barbarum; qua de re oratores passim graviter conqueruntur[f]. Tum inprimis frequentata σίτησις seu σίτησις ἐν Πρυτανείῳ, id est, 75
victus quotidianus in Prytaneo, quae res nemini ignota est per historiam Socratis; et coronae, non insignia regiae dignitatis apud veteres quidem, sed ornamenta ejusmodi, quibus civitates vel se invicem, vel cives suos afficerent[g]. Plura autem ex his ea lege dari solebant, ut ad filios et posteros tanquam hereditatis jure cederent[h]. Certe immunitatis dandae, quod donum pervulgatius a bello Peloponnesiaco factum videtur, vix fuit alia conditio. Itaque quum plures nunc superstites essent posteri eorum, qui immunitatem olim meruissent, plures deinceps eam facili populo consequerentur; nonnulli etiam, in his improbi homines nulloque suo merito noti, dolo et fraude usurparent[i], publice vero summa esset inopia: Leptines videri potuit e republ. facere, quod pravam consuetudinem lege ferenda abo- 76
leret.

Sed age, quo melius statim totius caussae constitutio pateat, inseramus huic loco argumentum orationis. In quo sic versabimur, ut primum eas rationes, quas Leptines ipse, vel ii, qui ejus partes sequerentur, videantur attulisse, deinde adversarias oratoris nostri brevi in conspectu ponamus. Non omnia enim persequemur, sed libabimus res summas, quae maxime caussam faciunt, nec plane eo ordine, quo apud Demosthenem leguntur, sed saepe ad arbitrium nostrum mutato. Ceterum operae pretium faciet, qui, quo loco quaeque ab illo prolata sint, diligenter spectarit, qua in re artis plurimum reperiet. Sed jam prodeat (nam obliqua narratione non utemur perspicuitatis caussa) prodeat, inquam, ipsum celebre par, contra positis argumentis certans. Primum Leptines:

"Videntur brevi tempore defuturi esse, qui liturgiis fungantur, quandoquidem nimis multi, immunitate ornati, ab hac functione et cura se subtrahunt.

"Jam munera fere ad inopes reciderunt, ditissimo quoque ea defugiente. Quare lege opus est, quae inopi multitudini onus levet, divites cogat opes suas in usum reipubl. conferre.

leguntur? an ipsum dicamus, meliora edoctum, in altera oratione se revocasse? Mihi neutro inclinat animus. Nam si quid video, oratio, quae inscribitur περὶ συντάξεως seu de republ. ordinanda, Demosthenis non est, sed ex aliis ejus, maxime Olynth. III. et Aristocratea ab aliquo declamatore consutis pannis confecta. Ceterum plures posteriore tractu temporum immunitatem habuerunt principes, ut praeter Leuconem Dionysius cum filiis, Sitalces, rex Thracum, Evagoras, Cyprius, alii; ac plures item privati, alibi habitantes. Conf. Cic. pro Corn. Balbo c. 12.

[f] Ut Demosth. in Aristocrat. p. 687. Sed vide, quam huic ipsi, qui alios accusat talium decretorum auctores, dicam impingat Dinarchus in Orat. contra eum habita p. 33 seq.

[g] Vid. Petitum LL. AA. p. 377. Quanquam, perlectis Aeschinis et Nostri contrariis Oratt. de Corona, illum auctorem parum desiderabis.

[h] Inprimis σίτησις, interdum et προεδρία. Eadem ratio fuit προξενίας et εὐεργεσίας, de quibus v. Comment. ad p. 475, 10. et 497, 8.

[i] Vid. p. 496. Et alios ejusdem notae homines fortasse addidit Leptines aut syndici.

77 "Neque enim decet privatos ex immunitatibus divitias quaerere, quum respubl. in summa difficultate numaria sit.

"Sunt inter eos, quibus populus hoc praemium impertiit, multi parum eo digni, sive quod illud omnino praeter meritum acceperunt, sive quod acceptum vita et moribus dedecorant.

"Quod quoniam saepe nobis extortum est fraude malisque artibus, quo res certius caveatur in posterum, ita sanciri legem oportet, ut sibi ipse populus in perpetuum interdicat immunitatum dationem, ac poenae proponantur, si qui petat.

"Ignotum est hoc praemii genus Lacedaemoniis et Thebanis, nec apud hos tamen non boni viri exstiterunt, deque patria praeclare merentes. Neque opus omnino hac invitatione ad bene de republ. merendum esse, maximo est argumento, quod ne ipse quidem populus Athen. ejus olim usum habuit. Immo tum, quum respubl. maxime florebat civium studiis, praemia erant tenuissima.

"Cetera, quae apud nos usitata sunt, statuas, victum Prytanei, alia, integra et intacta reliqui rogatione mea; unum et minus illis sustuli, immunitatem: ne quis mercedem virtuti a me detractam calumnietur.

78 "Denique liturgiae illae, quarum immunitas esse solet, spectant quodammodo ad sacra. Sacris autem muneribus quenquam vacare nefas est."

Plura ex his sane speciosa sunt et apta ad persuadendum. Sed Demosthenes opponit ea, quae vel nuda omnique oratorio ornatu detracto hodie legentem sollicitare possint, ornata autem *populum nullius rei praeter laudem avarum* plane in contrariam sententiam deflectere debuerint. Sunt enim haec fere:

"Turpe est fidem violare, praesertim publice datam, et in ea republ., qua illustrior nulla unquam fuit exemplis liberalitatis et cujusque generosae virtutis, quae civitas gloriae caussa nullo tempore nec sumtibus pepercit, neque ad atrocissima pericula expavit. Violamus autem fidem gravissime, si revocamus praemia, quae olim dedimus, populiscitis sanximus, insculpenda columnis curavimus. Itaque si vel maxime immunitas sublata reipubl. opes augeret, tamen ne sic quidem Leptinis lex tenenda esset. Omni enim compendio majus detrimentum infligit ea nomini Attico, notasque infamiae inurit nobis, tam singulis, quam universis. Ac monumenta illa, quibus fides nostra inscripta est, si auctoritas iis integra manebit, monumenta nobis erunt praeclari moris publici: sin autem—eadem illiberalita-
79 tem, invidiam et improbitatem nostram apud omnes homines testabuntur.

"Sed leve compendium est, quod tanta fraude commutare sustinemus. Multo sunt pauciores, quam Leptines putat, quos, praemio illo adhuc usos, in posterum ad munera obeunda adigere liceat. Ditissimus quisque enim trierarchia et tributis bellicis faciendis distinetur: at hi de vetere more solennibus muneribus vacant. Inopes vero inopiam suam habent ultimum et acerri-

mum telum, quo se a nova lege defendant. Sic relicti nobis sunt mediae sortis homines, qui numero pauci sunt. Atque omnino qui ex civibus immunitate fruuntur, ii sunt vix quinque vel sex; et ex inquilinis ad summum decem j. Sed sumite, ex utraque classe confici posse triginta. Quid lucri erit? aut quantulum levamenti tantulus numerus multitudini praestare poterit? praesertim quum illos ne in singulos quidem annos lucremur, sed universe.

"Respubl. nihilo fit opulentior immunitatibus tollendis. Non 80
enim aerarium attinent impensae, quae in solennia munera fieri solent. Quid? quod, si qui ex immunitate sibi divitias pararunt, ea res etiam in commodum cedit reipubl., quoniam, quidquid lucri fecerunt, ad rei bellicae necessitates conferre queunt. Adeo ex hoc dono respubl. nihil damni contrahit, ut ipsa inde magnum fructum percipere videri debeat.

"At multi sunt indigni. Audio. Sed primum dignus aliquis sit dono nostro, an minus, nunc sero quaeritur; quaerendum id fuit tum, quum quisque donabatur. Nam prudentis est nihil omnino dare, quod olim poenitere possit; inconsiderati ac maligni ea, quae semel dederit, sine magna caussa repetere. Deinde ipsum hoc, an quis dignus praemio sit, publice secus judicandum quam privatim in communi vita solet. Si quis enim civitati sua opera utilitatem vel salutem attulit, sit ille ignobilis, sit cetera vitiosus, tamen publice ipsi honor et remuneratio debetur. Facto hominis merces redditur, non vitae, non moribus. Praeterea per se injustum est propter malos quosdam aut indignos, quibuscum judicio experiri licet, praemia omnibus auferre, et iis quoque, quos omni ex parte dignissimos esse nemo negarit. Tales autem inter eos, qui immunitate a Leptine fraudantur, 81
plures sunt, seu olim de republ. praeclare meriti, seu etiam nunc merentes. Nam quod nonnulli ex numero illorum jam non vivunt, nihil id nostram fidem mutare potest. Vivunt eorum liberi aut posteri, quibus quae a nobis injuria imponitur, ea non ad hos minus, quam ad ipsos parentes, pervenire putanda est. Ita ista lege injuria afficiuntur viri summa gloria meritorum clari, a quibus restitutum et auctum insigniter hoc imperium est: in his Conon, haud minor ipso Themistocle, et Chabrias, tot tropaeorum de hostibus nostris auctor, dux felicissimus, et alienae vitae in periculis providus, idem suae prodigus gloriose. Tum etiam non desunt, quibus nuper demum immunitas coepit fructuosa fieri, quando donum patribus olim honoris ergo datum, sorte mutata, ad vitam tolerandam factum est necessarium. Denique est, qui vivit adhuc et prope videt ea, quae agimus, Leuco, Bospori rex, cujus in rempubl. nostram maxima merita exstant et augentur in dies. Quid, si ille, quum fractam a nobis

j Dubites, an haec computatio a Demosthene bona fide facta sit, maxime de civibus. Nam si ipsam orationem sequamur in iis, quae de immunibus civibus habet, horum major numerus colligetur. At esset mirum tamen in tali re fallere velle populum.

fidem audierit. ipse suam quoque liberam putabit? Quid, si immunitatem. si alia, quorum usus nobis necessarius est, revocabit?

"Populus hujus doni tribuendi jus sibi interdicere nullo pacto potest, nisi forte simul alia omnia, quorum potestatem
82 habet. sibi erepta vult. Nam per eandem speciem. qua Leptines ad illud utitur. nulla reipubl. pars est. quae non populo prima quaque die eripi possit cum summo detrimento libertatis.

"Nihil efficitur exemplis aliarum civitatum. nedum talium, quarum instituta a libertate abhorrent. Nec plus valet ipsorum majorum nostrorum consuetudo. Nam quum eos satis constet adversus suorum merita non ingratos fuisse, si alia ac nos, si etiam minora dederunt, fecerunt illi ex ea, quae tum erat, institutorum et morum ratione; neque omnino verum est nihil illos nisi parva dedisse. Unum eorum hoc est dignum imitatione nostra, quod honorem nullum revocarunt, quem semel dederant.

"Quod Leptines praemium immunitatis tenue dicit esse, vere dicit. Perexiguum quiddam est immunitas; sed propter hanc ipsam caussam revocanda non est. Praeterea quod obvertit, cetera praemia a se relinqui. unum tolli: primum nihil id juvat eos. qui forte hoc uno affecti sunt. Deinde non minus laborabit fides publica. si unum genus tollatur. quam si omnia. Denique reipubl. id ipsum expedit. alia aliis praemia proposita esse, ut virtutibus et beneficiis civium minus splendidis. qualia vel optatissima nobis esse debent, sua merces ne desit.

83 "Captiosum atque sophista dignum est argumentum. quo liturgiae solennes cum muneribus sacris confunduntur. Nam harum rerum diversam esse rationem palam est: immo ex universo tenore legis ad liquidum confessumque perduci potest, Leptinem hoc proferre. non quia id verum putet, sed ad tempus et ut nomine religionis praetexendo judicium fallet."

His quidem, quae ita a me collocata sunt, ut facilius cum rationibus adversarii, quibus quidque respondet. comparari possint, his igitur Demosthenes plura et ad persuadendum potentia momenta interponit, ex jure Attico fere petita, ut haec:

"Vitiosa est Leptinea lex primum ideo, quod auctor in ea roganda legum novarum ad populum ferendarum formulas legitimas et praescriptum jus migravit:

"Secundo, quod vel manifesto repugnat receptis legibus, vel certe sententiae earum et consilio. Hujusmodi v. c. sunt, quae sanciuntur de poena irroganda ei, qui sibi praemium petat.

"Etiam ex alia parte lex vitiosa est in hoc, quod Harmodii et Aristogitonis progeniem excipit. Oportet enim legem, praesertim latam in libera civitate, aequa conditione de omni cive statuere, nec secus vetera aut praeterita atque nova aut futura
84 judicare. Et quis hanc reipublicae nostrae fortunam adeo stabilem propriamque praestet futuram, ut nunquam quisquam eadem sibi deposcere queat, quae duobus illis olim data sunt?

"Sed nimirum habebat factio adversaria, cur talem legem ferret. Exercet ea simultates cum pluribus ex numero immunium, hisque praemia sua ereptum ibat. At turpe est, ut privatas injurias persequare, auctoritate publica abuti, et inimico tuo lege eripere, quod accusatione et judicio conflato eripere non audeas.

"Syndici, quos populus delegit legi Leptineae defensores, partim suspecti sunt, partim rejiciendi propterea, quod idem ministerium illi jam ante in aliis caussis fecerunt.

"Antiquanda igitur lex Leptinis et in ejus locum substituenda talis, quae tum receptis legibus non repugnet, tum bonae famae civitatis nostrae consulat, tum incommodis, si qua ex immunitatibus orta sunt, medeatur[k]" etc.

Satis diximus de argumento orationis et statu caussae: ita- 85
que videmur nobis eos quoque adjuvasse, qui forte a Graecae linguae cognitione imparatiores ad hanc lectionem accesserint. Patet jam, quo in orbe rerum et sententiarum versetur oratio: in quo multum adjumenti est ad melius intelligendum. Attamen ut ea a nobis, qui legimus, quoad ejus fieri possit, eodem modo intelligatur, quo intellecta quondam est ab iis, qui oratorem coram audierunt: inprimis cognoscenda est ratio, quae Athenis obtinuit, publicorum munerum curandorum, nec non legum ad populum ferendarum abrogandarumque. Quibus de rebus, nondum ab omni parte aliorum cura illustratis, longa esset disputatio nostra, si eas propter jus Atticum tractaremus: nunc satis erit persequi ea, quae hujus scriptionis institutum poscere videbitur[l].

Jam primum illud constat, libertatem suam, tantopere jactatam celebratamque, olim civem Atticum, ut Romanum, et ut
quisque in simillima republ. vixerit, haud parvo redemtam ha- 86
buisse. Nam uti is, qui civitate Attica fruebatur, summi erat consilii publici particeps atque summorum honorum aditum patentem habebat aequato omnium jure et potestate imperandi; ita eundem praeter ipsius publicae curae molestias multa et magna negotia, impensae et ministeria onerabant in commune facienda. In quo genere sunt, ut alia praeteream minus cum hoc loco conjuncta, *αἱ λειτουργίαι ἐγκύκλιοι*[m], quarum crebra hic

[k] Demosthenicae legis, quae Leptineae opponitur, nec verba tenemus, nec totam sententiam. Petitus quidem in LL. AA. p. 382. haec verba posuit, quae in Argumento Graeco Anonymi leguntur p. 455, 16. *Τὰς δωρεὰς, ὅσας ὁ δῆμος ἔδωκε, κυρίας εἶναι κ. τ. λ.* At auctor indicat ipse, verba legis a se non dari. Quippe sic praefatur: *τί γὰρ ὁ Δημοσθένους βούλεται νόμος;*

[l] Tractarunt priorem partem de muneribus Sigonius in libro de Republ. Athen. 4. 4. et Petitus LL. AA. 3, 4. p. 349 seqq. aliique plures: et difficillimum locum de trierarchia etiam G. Budaeus de Asse et partibus ejus lib. 5. p. m. 531 seqq. Scheffer. de Milit. nav. 2. 4. et Tourrellius in Notis ad Demosth. Or. de Corona Gallice a se versam in Oeuvres de M. Tourreil, Paris, 1721, 8vo. vol. 4. p. 501 seqq. Qui, quae virtus est Gallorum paene propria, dilucide multoque quam Petitus et alii aptius ad communem intelligentiam de ea re scripsit. Sed nos passim ea afferemus, quae ostendant, libros istos lectos a nobis esse, non exscriptos.

[m] Corr. *αἱ ἐγκύκλιοι λειτουργίαι.* Pas-

mentio fit apud oratorem nostrum. Latine non incommode interpreteris *munera solennia, stata, ordinaria*[n]. Haec enim
87 in urbe nullo tempore intermittebantur, curatione per tribus eunte in orbem. Cujusmodi sunt *χορηγία, γυμνασιαρχία, ἑστίασις*. Et belli tempore duo accedebant nova, *εἰσφορὰ* et *τριηραρχία*[o].
88 Sed ad horum duorum posterius, quod sumtus erat plurimi, non fere nisi opulentissimus quisque adigebatur, ceteri perpetua ejus muneris immunitate fruebantur: itemque vicissim, quod damno levando esset, trierarchis licebat immunibus esse a priori genere statarum functionum. *Εἰσφορὰ* autem erat omnium, nisi qui in nota testataque inopia vitam degerent[p]. Jam explicate dicendum de singulis.

89 Ac primum nomen *χορηγοῦ* et inde ducta solenni Atticis sensu propia sunt de eo, qui a tribu sua editus sumtum praebebat choris instruendis et adornandis[q]. Res in speciem levis est, at magna, si eam ex institutis Graecorum spectes. Notum est enim Athenienses, quibus nulla unqam gens gratius feliciusque virilem

sim Wolfius huic syntaxis Graecae scopulo impegit. V. supra p. 59. SCHAEFER.

[n] Ulpian. ad Orat. p. 494, 26. *Λεῖτον ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὸ δημόσιον, ὅθεν λειτουργεῖν τὸ εἰς τὸ δημόσιον ἐργάζεσθαι ἔλεγον.* Ad hoc conf. Herodot. 7, 197. Etymol. M. Ammon. et Moerid. in v. *λειτουργὸς* vel *λειτουργεῖν*, et ibi Valcken. et Pierson. Scilicet voces sunt sola forma diversae, utpote a *λαὸς* et *λεὼς* ductae, *λάϊτος, λέϊτος, λεῖτος, λήϊτος, λῇτος*, *popularis, publicus*. E postrema formatum *ληιτουργεῖν* recte Piersonus veteribus Atticis vindicat, simul in Plutarchi Romulo p. 34 B. scite reponens *λήϊτον γὰρ τὸ δημόσιον.* Altera et generalis notio, qua *λειτουργία* dicitur de quaecunque opera publicis usibus praestata, minus frequentatur apud Atticos. Brevem historiam verbi, Theologo praeter ceteros legendam, dedit Casaub. Exercitt. in Baron. Annal. p. 470 seqq. Ceterum quod Latine verti *munera*, cogitandum est de Romanorum muneribus aediliciis et aliis ejusmodi. Minime vero *λειτουργίαι* miscendae sunt cum *ἀρχαῖς* h. *magistratibus*, quod a nonnullis factum vidi. Temere id collegerunt ex Demosth. de Cor. p. 312.

[o] Demosth. ipse p. 463, 12. *Οἱ κατ' ἐνιαυτὸν τὰς ἐγκυκλίους λειτουργίας* (conf. p. 496, 16.) *λειτουργοῦντες ἡμῖν, χορηγοὶ καὶ γυμνασίαρχοι καὶ ἑστιάτορες.* Idem adv. Boeot. 1. p. 996, 21. *Οὐκοῦν Μαντίθεον Μαντίου Θορίκιον οἴσουσί με, ἂν χορηγὸν ἢ γυμνασίαρχον ἢ ἑστιάτορα ἢ ἄλλο τι τῶν ἄλλων φέρωσι.* (Scil. *οἱ φυλέται* seu *ἡ φυλή.* Nam tribuum erat eos, qui munera praeberent, nominare sive edere, quod est *φέρειν, ἐνεγκεῖν.* Conf. Comment. ad p. 496, 20. Xenoph. Oecon. 2, 6. *Ἔτι δὲ καὶ τὴν πόλιν αἰσθάνομαι τὰ μὲν ἤδη σοι προστάττουσαν μεγάλα τελεῖν, ἱπποτροφίας τε καὶ χορηγίας καὶ γυμνασιαρχίας καὶ προστατείας· ἢν δὲ δὴ πόλεμος γένηται, οἶδ' ὅτι καὶ τριηραρχίας μισθοὺς καὶ εἰσφορὰς τοσαύτας σοι προστάξουσιν, ὅσας σὺ οὐ ῥᾳδίως ὑποίσεις· ὅπου δ' ἂν ἐνδεῶς δόξῃς τὶ τούτων ποιεῖν, οἶδ' ὅτι σὲ τιμωρήσονται Ἀθηναῖοι οὐδὲν ἧττον ἢ εἰ τὰ αὐτῶν λάβοιεν κλέπτοντα.* Aristot. Ethic. Nicom. 4, 5. *Ἔστι δὲ τῶν δαπανημάτων, οἷα λέγομεν τὰ τίμια· οἷον τὰ περὶ τοὺς θεοὺς ἀναθήματα καὶ κατασκευαὶ καὶ θυσίαι· ὁμοίως δὲ καὶ ὅσα περὶ πᾶν τὸ δαιμόνιον· καὶ ὅσα πρὸς τὸ κοινὸν εὐφιλοτίμητά ἐστιν, οἷον εἴ που χορηγεῖν οἴονται δεῖν λαμπρῶς, ἢ τριηραρχεῖν, ἢ καὶ ἑστιᾶν τὴν πόλιν.* Idem philosophus, vel potius ignotus scriptor, in Oeconom. 2. p. 502 C de Hippiae tyranni temporibus: *Ὅσοι τριηραρχεῖν, ἢ φυλαρχεῖν, ἢ χορηγεῖν, ἤ τινα εἰς ἑτέραν λειτουργίαν τοιαύτην ἤμελλον δαπανᾶν, τίμημα τάξας μέτριον κ. τ. λ.* Ubi sine dubio verbum *φυλαρχεῖν* inprimis ad *ἑστίασιν* pertinet.

[p] Vid. Orat. p. 465.

[q] Usitatissima haec notio est verborum *χορηγὸς, χορηγία, χορηγεῖν* in Atticis. Apud alias gentes sumebantur potius de eo, qui choream ducit. Vid. Athen. 14. p. 633 B. et Pollucem 9, 41. Hic notes simul, verba illa proprie unum excellentius genus notantia dici etiam de reliquis duobus statis muneribus. Conf. notam ad p. 462, 20. Similiter ipsum *λειτουργεῖν* nunc de solis ministeriis pacis ponitur, nunc ita, ut bellica complectatur. Hoc inprimis notandum.

gravitatem cum ludorum juvenilium hilaritate conjunxit, per omne florentis reipubl. tempus scenae spectaculis et magnificentiae fuisse deditos, ac tantas in haec impensas fecisse, quae saepe etiam aerarium et privatorum facultates exhaurirent [r]. Sed res, ex primis aetatibus populi ducta, servata eo constantius et studiosius est, quod partem religionum continere putabatur. 90
Fuerunt autem chori varii generis. Agebantur alii in theatro, conjuncte cum fabulis scenicis, quo in genere frequenter legitur *χορηγεῖν τραγῳδοῖς* vel *κωμῳδοῖς* [s]. Alii ad ejusmodi spectacula pertinebant et ad eos dies festos, in quibus fabulae non darentur, quum choris certaretur *ἀνδρικοῖς, παιδικοῖς, πυρριχιστῶν*, reliquis [t]. Jam vero in his omnibus eum, qui partes choragi receperat, primo loco oportebat deligere, quos producere in scenam vellet, et eos per artificem, quem *χοροδιδάσκαλον* voca- 91
bant, erudiendos et exercendos curare in iis artibus, in quibus sibi certatio esset futura, tum chorum vestibus ac coronis ad solennitatem ludorum aptis ornare, et omne choragium, id est instrumenta, quaecunque seu fabulae docendae seu alii spectaculo necessaria essent, privato sumtu praebere. Nihil enim dubitandum, quin ejusdem, qui choris scenicis sumtum suggereret, commissio totius ludi esset. Nam omnino chorum, tanquam fabulae primariam partem et eam, unde antiquitus omnis ratio scenae effloruit, ita Graeci usurpare consueverunt, ut verbi vis ad universam fabulam spectet. Sed satis de choragia [u].

Alterum, *γυμνασιαρχία*, pertinet ad ludos gymnicos, in quibus 92
juventus exercebatur, et similiter publice in Panathenaeis, Hephaesteis, Prometheis et aliis solennibus commissiones fiebant. Praeerant his *γυμνασίαρχοι*, eodem fere, quo choragi,

[r] Vid. Xenoph. de Mag. equit. off. c. 1. extr. Demosth. Philipp. I. p. 50. Plutarch. Bellone an pace cl. f. Ath. p. 349 A. alios.

[s] Dicuntur in hac locutione actores pro fabulis, plane ut in illa celebri, *Διονυσίοις, τραγῳδοῖς καινοῖς*, de qua multa notavit Hemsterhus. ad Lucian. vol. 1. p. 166.

[t] Huc pertinet munus in pompis sacris et munus *ἀρχιθεωρίας*, cujus mentionem habent Lysias Orat. 21. p. 700. Andocid. de Myster. p. 65. Aristot. Ethic. Nicom. 4, 4. et auctt. ap. Vandal. Dissertatt. laudd. 6, 4. Valcken. ad Ammon. p. 94. et Ernest. ad Xenoph. M. S. 3, 3, 12. Fabulae autem, sive tragicae, sive comicae, sive satyricae, tribus tantum festis Bacchicis dabantur, Dionysiis urbanis magnificentissime, et illo tempore plures quam alias, interdum ad sedecim. De qua tota re vid. egregiam Diss. Barthelemii in Mem. d. l'Ac. d. Incr. et d. B. L. vol. 39. Itaque ubi commemorantur choragi in Panathenaeis utrisque, in Thargeliis, in aliis solennibus, ibi de altero genere chororum, non de scenico, cogitandum est.

[u] Accuratior tractatio rei hujus loci non est. Nihil igitur dixi de certatione choragorum, nihil de *ἀντιχορηγοῖς* (h. e. iis, a quibus certamen fiebat, cuique pro tribu sua), quod verbum rari usus legimus apud Andocid. in Alcib. p. 121. et Nostrum in Midiam p. 533, 14. 534, 25., nihil denique de praemiis, quorum honor ad ipsas tribus pertinebat, de tripodibus a victore cum magna caerimonia consecratis etc. Tamen conferre operae pretium erit Aristoph. Ran. v. 94. ejusque Schol. ad v. 406. Antiphont. Orat. ult. *περὶ τοῦ χορευτοῦ*, Demosth. Midianam passim cum Argumm. Gr., adv. Phaenipp. p. 1045. Isaei Or. de Dicaeog. hered. p. 113. De Apollod. hered. p. 187. et ex recentioribus praeter libros notos Vandal. l. c. p. 675 seqq.

modo a tribubus delecti in certum tempus, modo longius illud, modo brevius, nonnunquam in unum mensem. Mandata iis erat gymnasii alicujus aut ephebei cura summa et potestas, ipsique exercere se volentibus oleum, pulverem palaestricum atque alia, quae usus posceret, suppeditabant, omninoque ludos apparabant[x]. Tertium munus, paullo rarius a veteribus commemoratum, ejus est, qui *ἑστιάτωρ* appellatur. Talem oportebat in sacris festorumque dierum laetitia tribulibus suis epulum dare; quod in illa vilitate rerum venalium, quam Athenis fuisse scimus, nisi forte mensa lautitiis opipare exstruenda erat, haud
93 magnae impensae esse potuit. Id munus qui faceret, ex sua tribu sorte ducebatur, nisi si quis sponte se facturum ostendisset[y]. Jam quaerere libeat, quae fuerit ratio sumtus in unamquamque harum rerum necessario faciendi. Sed equidem nihil usquam legi relatum nisi hoc, choragi fuisse munus sumtuosissimum, praesertim in tragoedia et Dionysiis magnis, sumtuosius etiam in certamine tibicinum, quam in aliis[z]. Et narrat nescio quis apud Lysiam, triginta minas se choragum tragoedis, comoedis sedecim, Prometheis porro gymnasiarchum duodecim, rursus choro pyrrhichistarum Panathenaeis magnis octo, parvis
94 in eodem certamine septem et cyclio choro tres impendisse[a]. Ex quo intelligitur, tantum uni tragico muneri potuisse impendi, quantum quatuor aliis honeste sufficeret.

Pergamus ad alterum genus munerum, temporarium et extraordinarium, *εἰσφορὰν* et *τριηραρχίαν*. Quorum nominum prius significat pecuniam ad necessitates belli conferendam, unde praecipue stipendium militi persolveretur[b]. Collationis hujus descriptio fiebat ex censu, varie pro usu rerum ac temporum. Strategorum cura erat hoc et alterum munus bellicum ordinare, ad eaque vocare cives, ac lites et caussas forte de iis ortas

[x] De discrimine *γυμνασιάρχου* et *γυμναστοῦ* nota est admonitio Perizonii ad Aelian. V. H. 2, 6. Ad reliqua conf. Schol. ad Orat. p. 465. extr. Vandal. p. 584 seqq. et Corsin. Fast. Att. 2. p. 133. Ex conjectura oleo adjeci pulverem, de cujus genere vide loca, quae designat Casaub. ad Theophr. Char. 5.

[y] Conf. Pollux 3, 67. Harpocrat. v. *ἑστιάτωρ*. Salmas. Observatt. ad Jus Att. et Rom. p. 72. Hinc *ἑστιᾶν τὴν φυλὴν* apud Demosth. in Midiam p. 565, 20. et alibi.

[z] Demosth. in Midiam l. c. *Τραγῳδοῖς κεχορήγηκέ ποτε οὗτος; ἐγὼ δ' αὐληταῖς ἀνδράσι· καὶ ὅτι τοῦτο τὸ ἀνάλωμα ἐκείνης τῆς δαπάνης πολλῷ πλεῖόν ἐστιν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ δήπου.* Mirum est, quid intenderit pretium posterioris certaminis. Possunt fuisse rei aliae caussae, quas ignoramus. Unam conjecerim fuisse hanc, quod, quum fabulis agendis cives gratuitam operam darent *, ad illud peregrini artifices conducendi essent. Et omnino apud veteres parva mercede contenti non erant tales artifices.

[a] Lysias Orat. 21. princ. Locus est classicus ac varii usus. Quare posthac eum apponemus *αὐτολεξεί*.

[b] Solennia hic sunt *εἰσφέρειν χρήματα, εἰσφέρειν εἰς τὸν πόλεμον, εἰς τὴν σωτηρίαν τῆς πόλεως, εἰσφορὰς εἰσφέρειν*, et de hominibus, qui id munus faciunt, *οἱ εἰσφέροντες*. Vide, ut unum ex numero antiquiorum citem, Lysiae Orat. 12. p. 396. ibique Markl.

* [Hoc non recte sumi ab Wolfio censet Boeckh. Oecon. Athen. vol. 1. p. 489. G. DINDORF.]

judicare[c]. Qua in re non raro haec fraus versata est, ut qui cui- 95
piam incommodare vellet, eum suffragiis suis in numerum ditissimorum aut superiorem classem adscriberet. Id quod ex Cleonis comminatione quadam apud Aristophanem apparet[d]. Mox, Oratorum nostrorum saeculo, hoc omne onus legimus solis mille ac ducentis civibus impositum tali ordine[e]. Singulae tribus
(decem autem tribus erant Athenis) centenos vicenos, qui di- 96
tissimi essent, de suo corpore prodebant. Hi omnes in partes binas dispertiti efficiebant viginti classes, *συμμορίας*, sexagenorum capitum singulas, et in singulis tribubus binas. Ita collecti mille ducenti rursus in duas partes dividebantur, sexcentorum hominum utramque; eaeque rursus in binas, ut essent quatuor, unaquaeque trecentorum. Isti vero trecenti, divitiis ceteram turbam anteeuntes, principes erant in conferendo, et urgente bello pecuniam repraesentabant, quam deinde minus iniquo tempore a tenuioribus redigerent: quare eos dicto audientes
habebant in rebus omnibus[f]. Ex quo factum erat, ut omnes in 97
duas partes divisi essent: siquidem qui ab utraque erant parte,

[c] Vid. Orat. adv. Phaenipp. passim et adv. Boeot. 1. p. 997, 1., ubi Mantitheus actor ita ait: *Τίνα οἱ στρατηγοὶ τρόπον ἐγγράψουσιν, ἐὰν εἰς συμμορίαν ἐγγράφωσιν; ἢ ἐὰν τριήραρχον καθιστῶσιν; ἤ, ἄν στρατεία τὶς ᾖ, τῷ δῆλον ἔσται, πότερος ἔσθ' ὁ κατειλεγμένος;* Formulae hujus, *εἰς συμμορίαν ἐγγράφειν*, gemina illa est apud Aristophanem, *εἰς τοὺς πλουσίους ἐγγράφειν*, versibus mox ponendis. Omnino potestas Strategorum nota est, etiam hoc, quod illis idem jus fuit, ac Prytanibus, in urbe conciones et ecclesias habendi.

[d] Equit. v. 923.

Δώσεις ἐμοὶ καλὴν δίκην
ἰπούμενος ταῖς εἰσφοραῖς·
ἐγὼ γὰρ εἰς τοὺς πλουσίους
σπεύσω σ' ὅπως ἂν ἐγγραφῇς.

[e] Unus nobis hic sequendus est Ulpianus in his verbis (primam enim partem Scholii omitto, alienae manus laciniam, et minus antiquam, ut opinor) ad Demosth. Or. Olynth. II. p. 26, 25. *Δέκα οὐσῶν φυλῶν καὶ ἑκάστης προβαλλομένης ἀπὸ ἑκατὸν εἴκοσι, συνέβη τοὺς πάντας εἶναι λειτουργοὺς χιλίους διακοσίους. Ἐμέριζον οὖν αὐτοὺς ἀπὸ ἑξακοσίων ἀνδρῶν, ὅ ἐστιν, ἀπὸ δέκα συμμοριῶν· πάλιν δὲ ἑκατέραν τῶν δύο μερίδων τούτων ἔτεμνον εἰς δύο, ὅ ἐστιν, εἰς τριακοσίους μὲν ἄνδρας, κατὰ πέντε δὲ συμμορίας. Οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ τριακόσιοι οἱ πάνυ πλούσιοι, οἱ πρῶτοι· οἵτινες προεισέφερον τῶν ἄλλων τε καὶ εἶχον αὐτοὺς ὑπακούοντας εἰς πάντα, ὥστε συμβαίνειν εἰς δύο μερίδας εἶναι τοὺς πάντας· εἴγε οἱ τῶν ἑκατέρωθεν ἦσαν ὥσπερ ἡνωμένοι τοῖς ἑκατέρωθεν τριακοσίοις, τοῖς πλουσιωτέροις. Εἶχε δὲ ἑκάστη μερὶς τῶν τεσσάρων ἴδιον στρατηγὸν καὶ ἴδιον ῥήτορα· ὅμως δὲ πάλιν τῶν δευτέρων καὶ οἱ ῥήτορες καὶ οἱ στρατηγοὶ ὑπεῖκον τοῖς προτέροις.* Quod h. l. est *προτελεῖν* vel *προεισφέρειν τῶν ἄλλων*, id habes etiam in Midiana p. 564, 8. adv. Phaenipp. p. 1046, 24. adv. Polycl. p. 1208, 25. Et inde *προεισφοραί*. Plane autem sentio cum Valesio ad Harpocrat. p. 73., ultima ista de Strategis et Oratoribus utrorumque falsa esse et exsculpta ex verbis auctoris male intellectis. De toto Scholio intelligi non vult Valesius. [De symmoriis v. Parreidtii Prolegomena ad orationem *περὶ συμμοριῶν*. G. DINDORF.]

[f] Horum trecentorum in republ. Demosthenes Olynth. II. p. 26, 25. ubi Scholion illud legitur, clare meminit: *Πρότερον μὲν γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰσεφέρετε κατὰ συμμορίας· νυνὶ δὲ πολιτεύεσθε κατὰ συμμορίας. Ῥήτωρ ἡγεμὼν ἑκατέρων, καὶ στρατηγὸς ὑπὸ τούτῳ, καὶ οἱ βοηθησόμενοι οἱ τριακόσιοι· οἱ δὲ ἄλλοι προσνενέμησθε, οἱ μὲν ὡς τούτους, οἱ δὲ ὡς ἐκείνους.* Quae ad verbum repetuntur ab auctore Orat. *περὶ συντάξεως* p. 172, 1. Meminit eorundem etiam Isaeus, qui aetate paullo antecedit Nostrum, atque ille primus, ni fallor, in Orat. de Philoctem. hered. p. 154. Ubi quod est *ἐν τοῖς τριακοσίοις εἰσφέρειν*, ab eodem alibi dicitur *ἐν πρώτοις*, de Apollod. hered. p. 187. Lysias, quamvis saepe de omni genere munerum loquatur, nusquam nec trecentorum nec symmoriarum mentionem intulit.

quodammodo trecentis ditissimis, qui utrinque erant, adhaerebant. Ceterum istae classes habebant singulae suos principes, *ἡγεμόνας συμμοριῶν*, itemque curatores, *ἐπιμελητὰς συμμοριῶν*[g].
98 Horum alteri, copia divitiarum ceteris omnibus praestantes, videntur *συμμορίτας* suos ad muneris partes vocasse et, si quis inter illos minus valeret, ejus ipsi partes sustinuisse: curatores autem in classibus eodem ministerio videntur functi esse, quo aliud notum genus curatorum in tribubus, *ἐπιμεληταὶ τῶν φυλῶν*, videlicet ut classes ad conventus convocarent atque ad eas de communibus rebus referrent.

Haec tota descriptio civium talis, qualem nunc retuli, quo tempore primum in *εἰσφοραῖς* sit inducta, nullus Oratorum nos docet. At vero Philochori fragmentum servatum est ex Atthide[h], quod docet simpliciter, populum in symmorias divisum esse
99 Nausinico Arch. Olymp. 100, 3. Quae res licet illum unum auctorem habeat, tantumque universe prodita sit et eo modo, quo Grammatici abuti solent, id est, non disertis verbis auctoris, sed per compendium; veri tamen per est simile Philochori narrationem ad *εἰσφορὰς* pertinere, praesertim quum in iis novum ordinem quendam illo Archonte inductum ipse Orator noster non obscure significet[i]. Adde praeterea, quod ante Olymp. 100, 3. apud nullum veterum, qui supersunt, ne nomen quidem symmoriae in neutro genere bellici muneris occurrit[k]. Ceterum vehementer cives pressit hoc onus. Nam quodam tempore reperimus eos quintam partem annuorum redituum contulisse; quin etiam, si quis plures domos fundosve possidebat, eum probabile est totidem nominibus in classem esse adscriptum[l].

[g] Vid. Harpocr. v. *ἡγεμὼν συμμορίας* et Pollux 3, 53. Decem annos eum locum tenuit Demosthenes, quem vid. de Cor. 260, 21. 329, 17. in Mid. p. 565, 12. in Aphob. 2. p. 836 extr. alibi. Rarius alterum vocabulum occurrit, *ἐπιμελητὴς συμμορίας*, ut in Euerg. et Mnesib. p. 1145, 15. et in sola trierarchia.

[h] Apud Harpocr. et alios in v. *συμμορία*. Petitus et ejus asseclae hoc fragmentum ad solam trierarchiam trahunt, neque omnino quidquam de symmoriis dicunt in *εἰσφοραῖς*, velut in illis talis descriptio nulla fuerit. Inde plura turbata sunt in hac disputatione. Ego accuratius distinctis locis, quae alterius utrius generis symmoriarum mentionem habent, non dubitavi, quin ratio initio usitata in *εἰσφοραῖς* serius demum migrarit in trierarchiam. Putes etiam, rem deinde obsolevisse in *εἰσφοραῖς*, quum Orator dicat in Olynth. II. l. c. *Πρότερον εἰσεφέρετε κατὰ συμμορίας· νυνὶ δὲ κ. τ. λ.* Oratio autem haec habita est Olymp. 107, 4.

[i] In Androt. p. 606, 28. Ubi in transcursu attinguntur *εἰσφοραὶ αἱ ἀπὸ Ναυσινίκου*. Quas propter Philochori locum potius intellexerim esse *collationes Nausinico Archonte institutas*, quam Nausinicum quaestorem quendam, ut apud Reiskium est in Ind. Demosth. histor. Conf. Taylorum in Not. p. 679. et Corsini F. A. vol. 3. p. 301.

[k] Unus locus est, qui huic sententiae obstare videatur, apud Isaeum. Vid. infra p. 109. [=622. hujus edit.]

[l] Propter posterius vid. Orat. adv. Polycl. p. 1209. Prius illud factum est certe circ. Olymp. 103., teste Orat. 1. in Aphob. p. 815. cujus loci caussa orationem eam laudat Harpocr. l. c. Discimus inde et ex 2. in Aphob. p. 837. collatas tum Demosthenis nomine a tutoribus ejus esse de minis vicenis quinis drachmas quingenas, quae est, ut dixi, quinta pars. Apponitur non plus dedisse Timotheum Cononis et ditissimos. Orationes illae omnium primae fuerunt Nostro, habitae Olymp. 104, 1. Utile erit in his rebus, quoad poterit, ubique auctoritatum tempora annotare.

Sequitur trierarchia, onus olim molestius et sumtuosius ceteris 100
omnibus, etiam hodie, quanquam sine sumtu, molestissimum, si
quis rationem ejus penitus cognoscere cupiat. Quippe quae
passim veteres de ea dixerunt, diligenter in unum conducta cae-
cam faciunt molem rerum, cui lucis aliquid afferre difficillimum
est. Nam quum aliam aliis temporibus trierarchiae rationem
fuisse totumque ordinem identidem immutatum esse constet,
harum immutationum vel nulla vel tenuissima nobis in libris
veterum vestigia relicta sunt. In his autem rebus nemo ignorat
quam parum sciatur, nisi quis tempora sciat et ad annum suum
quodque redegerit. Quod ni fiat, ne id quidem bene explicari
poterit, quid sit trierarchus. Nihil enim nos juvat, si quis eum
vulgo narrat, civem esse, qui navem bellicam, armamenta na- 101
valia, remiges, alia ejus generis praebuerit. Nos igitur dispu-
tationem nostram ita instituemus, ut primum paucis quaeramus
de antiquiore aetate, tum ordine enarremus, quae nostri Ora-
toris saeculo mutata esse videantur.

Jam quadringentos olim ad functionem trierarchiae esse de-
lectos apud unum Xenophontem legimus[m]. Sed nihil hic de
ratione deligendi, nihil, quantae illis curae classis fuerit. Itaque
advocandi sunt supparis aetatis testes, Aristophanes et Thucy-
dides[n]. Quorum fide hoc ponere certum licet, belli Peloponne-
siaci tempore trierarchos naves accepisse de publico aedificatas,
nihilque aliud ab ipsis exactum esse, nisi ut naves remigio et
armamentis instruerent tuerenturque. Ne victum quidem aut
stipendium classiariis dare videtur trierarchus debuisse: si quis
haec vel etiam alia plura ex privato addebat, liberalitas ea erat, 102
non munus lege impositum. Verum hic quoque interdum factum
est, ut cives cogerentur plus, quam praescriptum et imperatum
esset, impendere. Scilicet Strategi, qui malevoli essent in ali-
quem, navem ei attribuere solebant vitiosam et mutilatam, quae
quamprimum refici ac tantum non de integro fabricari deberet.
Omnino putes, jam tum trierarchiam magni sumtus fuisse[o].

Demosthenis autem aetate res plures commutationes habuit,
variis legibus alio atque alio modo comparata[p]. Inprimis saepe
numerus hominum uni navi attributorum variavit, pro eo ut
temporis difficultas ferebat, quum pauciores in dies fierent, qui
opibus valerent et tantos sumtus tolerare possent. Primum bini
tantum una navi adornanda occupabantur, quo modo rem apud

[m] De republ. Athen. 3, 4. Τριήραρχοι καθίστανται τετρακόσιοι ἑκάστου ἐνιαυτοῦ, καὶ τούτων τοῖς βουλομένοις διαδικάσαι ὅσα ἔτη.

[n] Alter in Equit. v. 913. ibique Schol. et Ran. v. 1096. Thucyd. 6, 31. Conf. Isocrat. adv. Callim. p. 565 A. Ad idem tempus aut antiquius etiam spectant fortasse quae Pollux 8, 108. et Hesych. v. ναύκλαροι habent de naucrariis. Ibi vid. Intpp. Sed de hac tota re parum habemus explorati.

[o] Is certe, qui munera magnificentissime a se obita jactat apud Lysiam l. c., septem annis narrat sex talenta a se in hoc munere effusa.

[p] Demosth. de Cor. p. 262, 20. Καίτοι κατὰ τοὺς προτέρους νόμους κ. τ. λ. Ita is et alibi loquitur de pluribus legibus propter rem trierarchicam latis. Nulla harum superest.

Oratorem reperimus constitutam Olymp. 104, 1. et 4.[q] Neque
103 tamen intra hunc numerum substitit, sed nonnunquam advocati
ad unam navem sunt terni, quini, seni, deni, etiam quinideni[r].
Coibant tales societates permixti opulentiores cum minus opu-
104 lentis, ea conditione, ut omnes aequaliter conferrent, ne nimium
premerentur ii, qui singuli per se parandae navi impares essent,
aut videri vellent. Omnino videtur trierarchia ab opulentioribus
saepius ad suum compendium ordinata esse, et eo quidem tem-
pore, in quo nunc versamur, prope liberum cuique arbitrium
permissum, in quam portionem impensae venire vellet. Itaque
factum est aliquando, ut plane viderentur defore, qui munus ex
ordine obirent. Id quod colligi puto posse ex eo, quod Olymp.
105. 3. exstitisse primum traduntur voluntarii trierarchi[s]. Sed
horum quae ratio fuerit ac descriptio, non traditur, immo ne id
quidem constat, an forte illi operam suam duntaxat ad unius
belli Euboici necessitatem obtulerint.

Utut est, proximo statim intervallo mutatio placuit. Con-
105 stituti sunt ad trierarchiam, quod jam prius in *εἰσφοραῖς* factum
erat, mille ac ducenti cives ex numero eorum, qui domos, fun-
dos, alia quae moveri non possent, numosque, seu fenore seu
apud mensam publicam occupatos, possidebant[t]. Id corpus

[q] Orat. in Midiam p. 564, 21. *Κἀγὼ κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς ἐτριηράρχουν, εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθών, ὅτε σύνδυο ἦμεν οἱ τριήραρχοι.* Atqui Demosthenes in album civium relatus est Olymp. 103, 3. anno aetatis 19. Ergo illud, *εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθὼν*, pertinet ad Olymp. 103. exeuntem vel ineuntem 104. Praetuli autem Olymp. 104, 1. propter ea, quae narrantur in Or. 2. adv. Aphob. p. 841. De altero numero conf. Orat. adv. Polyclem p. 1219. et ad hunc locum Petit. LL. AA. p. 359.

[r] Ulpian. ad Orat. Mid. p. 681 G. *Πολλαὶ περὶ τὰς τριηραρχίας ἐγίγνοντο μεταβολαὶ διὰ τὸ μέγεθος τοῦ ἀναλώματος. Καὶ ὅτὲ μὲν σύνδυο ἦσαν· ὅτὲ δὲ σύντρεις· καὶ ὅτὲ δὲ καὶ δέκα τριήραρχοι· ὅτὲ δὲ χίλιοι. Ὁ γοῦν Δημοσθένης ὕστερον δυοῖν τριήρων ἕνα τριήραρχον ἐποίησε. Καὶ ὅτὲ μὲν ἡ πόλις τὴν κατασκευὴν καὶ τοὺς ναύτας ἐδίδου, καὶ μόνον τὴν ναῦν ὁ τριήραρχος παρεῖχε· ὅτὲ δὲ σύμπαντα οἴκοθεν οἱ τριήραρχοι παρεῖχον.* De trinis etiam sequens Scholion loquitur, cetera ineptum: *Τὴν τριήρη ἐπλήρουν ἢ σύντρεις, ἢ ὅσοι δήποτε.* In prioribus Petitus rejicit verba *ὅτὲ δὲ χίλιοι*, omnino me probante, saltem in illo contextu. At quod idem in iis, quae proxime praecedunt, emendat *ὅτὲ δ' ἑκκαίδεκα*, illud non imiter.* Plura huc spectantia vetus scriptor scire potuit, quorum auctores hodie deficiunt. Ceterum cum Ulpiani auctoritate conjunxi verba Hyperidis ap. Harpocr. v. *συμμορία*. Nam ibi quoque de conjecturis Petiti, pessimi conjectoris, consentio cum Wesselingio. Temerarium est in dubiis et incertis testimonia refingere. Id qui facit, ipse quasi regulam, qua utendum est, incurvat.

[s] Tribus verbis rem, tanquam notam auditoribus, tangit Demosth. de Cor. p. 259. Nobis adeo de tempore dubitare liceret, absque Diodoro Siculo si essemus 16, 7. Conf. A. Schotti Vit. Demosth. ad Olymp. 105, 3.

[t] Haud scio, an constitutio facta sit *νόμῳ τῷ τοῦ Περιάνδρου, καθ' ὃν αἱ συμμορίαι συνετάχθησαν*, cujus obiter his verbis meminit Noster adv. Euerg. et Mnesib. p. 1145, 16. Sed desero conjecturam, dum cogito, plures leges de trierarchia affuisse. Id vero non video, quare nonnulli Periandri legem, non aliunde notam, ad illam descriptionem symmoriarum, quam Nausinico Arch. factam vidimus, referre, vel ipsum Periandrum descriptionis illius auctorem facere voluerint. Scilicet putarunt, symmorias pertinere ad solam trierarchiam. Quod, nisi me omnia fallunt, falsissimum est.

* Conf. Boeckhius de Oecon. polit. Atheniens. vol. 2. p. 98. In Ulpiano dele copulam post *σύντρεις*. SCHAEFER.

autem non puto omnino ex iisdem compositum fuisse, qui essent
in classibus *εἰσφερόντων*: videntur potius ex iis, quibus modicae
divitiae essent, plures in solis *εἰσφοραῖς* contulisse, vacasse con-
tra a trierarchia[u]. Constitutae igitur ad hanc quoque viginti
symmoriae, sexagenorum hominum singulae, ex quibus etiam 106
plures, quam ante, unius navis caussa jungebantur; dubium
tamen an manente illo delecto ordine trecentorum[x]. Atque
haec ratio trierarchiae faciendae vocata est *συντέλεια*, id est *con-
tributio*, et *συντελεῖς*, ex quibus societates istae fiebant[y]. Cujus
rationis, etsi quasi praetereundo, ita tamen orator in hoc libro[z] 107
mentionem facit, ut eam Olymp. 106, 2. plane receptam putari
oporteat. Quod quidem eo facere licebit confidentius, quia in
alia oratione, quam insequenti anno de ordinandis symmoriis
habuit, ejusdem contributionis in trierarchia receptae et viginti
symmoriarum nominatim meminit[a]. Accedit etiam oratio Mi-
diana, in qua tale est indicium rei, ut ea haud multo ante, quam
ista caussa ageretur, instituta videri debeat[b]. Pertinet vero
caussa Midiana ad Olymp. 106, 4[c]. Jam annum si quaeras, quo 108

[u] Non videor mihi abuti verbis Orat. nostrae p. 465. *Οὐκοῦν οἱ μὲν ἐλάττω κεκτημένοι τοῦ τριηραρχίας ἄξια ἔχειν ἐν ταῖς εἰσφοραῖς συντελοῦσιν εἰς τὸν πόλεμον· οἱ δ' ἐφικνούμενοι τοῦ τριηραρχεῖν εἰς ἀμφότερα ὑμῖν ὑπάρξουσι χρήσιμοι, καὶ τριηραρχεῖν καὶ εἰσφέρειν.*

[x] Dubitatio mea tum alias caussas habet, tum hanc, quod in Orat. *περὶ συμμοριῶν* nihil legitur de trecentis. Quanquam silentii hujus vim haud magnam puto, quum nihil in eo insit, unde illos non fuisse intelligatur. At meminit trecentorum Oratio in Phaenippum. Meminit sane; nusquam tamen certum indicium habet, utro de munere agatur, de trierarchia, an de *εἰσφοραῖς*. Legimus quidem ibi in Argum. Graeco haec: *Ἦν σύνταγμα παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις τριακοσίων ἀνδρῶν κατὰ τὸν πλοῦτον ἐξειλεγμένων, οἷς ἀνέκειντο τῶν λειτουργιῶν αἱ μείζονες*, h. e. *liturgiae extraordinariae*. Sed quis nos doceat, de quo tempore hic scriptor loquatur, quum orationis ipsius tempus incertum sit?

[y] Etymol. M. et eodem fere modo Harpocr. v. *συντελεῖς*. *Οἱ τριηραρχοῦντες νεὼς μιᾶς ἅμα ἐπεμελοῦντο, συντελεῖς ἐλέγοντο. Τὸ δὲ πρᾶγμα συντέλεια καλεῖται.* Quodsi Antiphontis auctoritas, quam Harpocr. addit, loco suo posita est, pertinuit ea ad aliud genus *συντελείας*. Idque ipsa inscriptio orationis probabile facit.

[z] Vid. p. 463.

[a] Animadvertenda ibi inprimis sunt haec p. 182, 18. *Οἶμαι δεῖν ποιῆσαι συμμορίας εἴκοσιν, ὥσπερ νῦν εἰσιν, ἑξήκοντα σώματα ἔχουσαν ἑκάστην.* Quod orationem refero ad Olymp. 106, 3., in eo sequor Dionysium Halic. Ep. ad Ammaeum §. 4., ubi primam illam ponit publicarum Orationum et habitam Diotimo Arch.

[b] Orat. in Mid. p. 564, 16. *Οὗτος (ὁ Μειδίας) γεγονὼς ἔτη περὶ πεντήκοντα ἴσως ἢ μικρὸν ἐλάττω οὐδὲν ἐμοῦ πλείους λειτουργίας ὑμῖν λελειτούργηκεν, ὃς δύο καὶ τριάκοντα ἔτη γέγονα. Κἀγὼ μὲν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐτριηράρχουν, εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθών, ὅτε σύνδυο ἦμεν οἱ τριήραρχοι, καὶ τὰ ἀναλώματα πάντα ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων, καὶ τὰς ναῦς ἐπληροῦμεν αὐτοί· οὗτος δέ, ὅτε μὲν κατὰ ταύτην τὴν ἡλικίαν ἦν, καθ' ἣν ἐγὼ νῦν, οὐδέπω λειτουργεῖν ἤρχετο, τηνικαῦτα δὲ τοῦ πράγματος ἧπται, ὅτε πρῶτον μὲν διακοσίους καὶ χιλίους πεποιήκατε συντελεῖς ὑμεῖς.*

[c] Sic scribendo effugimus necessitatem quaerendi de anno orationis, sive scriptae modo, sive etiam habitae. Namque id ipsum dubitatur, an habita sit; et merito. Caussa autem assignari debet Olymp. 106, 4., si Demosthenes recte locutus est, quum dixit l. c., annum aetatis se agere XXXIII. At Dionys. Halic. Ep. ad Ammaeum l. c. Orationem refert scriptam esse Callimacho Arch. Olymp. 107, 4. Quae diversitas nihil nos moveret propter illud, quod supra de calculis Dionysii dixi in nota ad p. 62., nisi orator ibi res gestas commemoraret, quas demum post Olymp. 106. gestas historia ponit. Sed hoc in loco nihil interest nosse, quo anno scripta sit oratio: id interest, quo anno ejus caussa sit ponenda. Scilicet haec duo diversa sunt non parum. [Fal-

contributio trierarchica fieri coeperit, nihil diserte de eo relatum invenias; tamen quum id institutum primis annis Olympiadis 106. valuisse ea, quae modo scripsi, luculenter monstrent, oratio autem adversus Polyclem fidem faciat, Olymp. 104, 4. id nondum in usu fuisse: relinquitur una Olymp. 105., in qua initia latere videantur. Atque huic computationi forsan etiam aliunde probabilitas addi possit [d].

109 Hac igitur ratione ac descriptione pro fundamento usus est Demosthenes in novis consiliis, quae in ea oratione, quam vulgo
110 περὶ συμμοριῶν inscribunt, proposuit tum, quum Artaxerxes Ochus expeditionem in Athenienses facturus dicebatur. Quando enim populus ad istum rumorem tumultuari coeperat, quasique ducem quaerere, qui instructo exercitu Persis ultro obviam procederet, orator temerarium id esse videns, nec tamen aperte dissuadere aut damnare ausus, prius censuit de bellico apparatu cogitandum, et quonam modo copiae suppetere propulsando tanto bello possent [e]. Itaque de classe et trierarchia quaerit potissimum. Sed nihil fere aliud agit, nisi ut rationem, quam descripsimus, corrigat, turbatam restituat, restitutam novo modo ordinet. Nam quum nimis multi ex illis mille ac ducentis excu-
111 sationes obeundi muneris haberent [f], postulare coepit, ut legerentur omnino duo millia. Ex his, demta multitudine excusan-

litur de tempore orationis Midianae, quam ad Olymp. 107, 4. referendam esse hodie extra dubitationem positum est. V. Prolegomena ad eam. G. DINDORF.]

[d] Tentavit hoc facere ex orat. adv. Euergum et Mnesibulum Petitus p. 366. Isti tamen argumento non confiderem, nisi alia essent et majora. Sed locus est apud Isaeum de Apollod. hered. p. 184., qui locus acutiori lectori nostram rationem nonnihil turbare possit videri. Ὁ μὲν γὰρ πατὴρ αὐτοῦ τάς τε ἄλλας ἁπάσας λειτουργίας λελειτούργηκε, καὶ τριηραρχῶν τὸν πάντα χρόνον διετέλεσεν· οὐκ ἐκ συμμορίας τὴν ναῦν ποιησάμενος, ὥσπερ οἱ νῦν, ἀλλ' ἐκ τῶν αὑτοῦ δαπανῶν· οὐδὲ δεύτερος αὐτὸς ὤν, ἀλλὰ καταμόνας· οὐδὲ δύο ἔτη διαλιπών, ἀλλὰ συνεχῶς κ. τ. λ. Ita h. l. symmoriarum ordo memoratur, tanquam nuper institutus. Isaei autem aetas paullo superior est, quippe quem Demosthenis magistrum fuisse tradunt. Universe aliquis respondeat, et illius orationis et aliarum plurimarum ejusdem auctoris dubia et incerta tempora esse. Sed melior responsio parata est ex eo, quod plura fidem faciunt, Isaeum adhuc primis annis Philippi regnantis, id est Olymp. 105., non modo superstitem fuisse, sed et caussis scribendis operam dedisse. Vid. Jonesii Not. ad Isaeum Anglice translatum p. 162. seq. Alter locus ex Demosth. adv. Boeotum in mentem recurrit, ante prolatus ille supra p. 94. [=617.] qui et ipse offensione non caret. Nam si quis premat particulam disjunctivam ἤ, *aut*, facile inde extricet, tum temporis nihildum symmoriis commune fuisse cum trierarchia. Atqui licet nec hujus orationis annum exploratum habeamus, tamen probabile est, eum incidere in Olymp. 108. Vid. Dionys. Hal. de Dinarcho vol. 5. p. 665. bene correctum a Corsino F. A. vol. 4. p. 30. Quid ergo? Aut illo anno symmoriarum descriptio prorsus a trierarchis neglecta est, aut, aliter accepto loco, vis particulae minus est premenda. Omnino hoc praeceptum teneamus in historia, ut testimonia scriptorum obscuriora ex iis, quae clara et perspicua sunt, explicemus. [De tempore orationis adversus Boeotum de nomine ab Corsino in errorem est inductus, de quo v. quae in Proleg. ad orationem illam dicentur. G. DINDORF.]

[e] Conf. Dionys. Halic. Art. Rhet. §. 7. et 10.

[f] Variae fuerunt illae. Partem profert orator p. 182. Quare non est mirum, si vulgaris usus loquendi pro mille ducentis olim usurpavit mille. Quod ex deperditis orationibus notavit Harpocr. v. χίλιοι διακόσιοι *.

* Conf. Boeckhius de Oecon. polit. Atheniens. vol. 2. p. 64. SCHAEF.

dorum, vix plures quam pristinum numerum mille ac ducentorum superfore, at certum illum paratumque. Eos porro describendos esse in viginti symmorias, sexagenorum capitum singulas, hasque rursus in quinas decurias, unamquamque duodenorum. In eas decurias pro modo census ita cives referendos esse, ut ditissimo cuique tenuissimi subjungerentur. Ab his centum decuriis comparari facile posse classem trecentarum triremium, si ternas singulae decuriae darent, singulae symmoriae quinasdenas. Sed reliqua melius apud ipsum auctorem legi poterunt [g].

Quae vero ibi leguntur omnia, non eo disputata sunt modo, quo solet id, quod in formulam legis redigi debet. Neque latam legem in illam sententiam reperiri arbitror. Immo res trierarchica paullo post Olymp. 106. rursus coepta est perturbari [h].
Inprimis invalescit legibusque adeo firmatur consuetudo, ut se- 112
deni ad unam navem conferant, sine ullo discrimine census, et ut omnes cives ab anno aetatis vicesimo quinto in quadragesimum ad partes veniant decimam sextam sumtuum praebendo [i]. Qua ratione συντελείας nihil iniquius fuit, nihil publice incommodius. Primum pauper jure queri poterat, sese ditissimis exaequari, velut ii, quibus hodie a principibus tributum in capita aequaliter imperatur. Tum divites simul illud detrectare, quod pro habitu opum sustinere debuissent, saepeque adeo hanc tantulam partem impendere gravari, et onus variis artibus omnino
a se in tenuiores transferre [k]. Ita res, divitibus utilissima, in- 113
utilis civitati exstitit et perniciosa. Etenim si quod subito bellum ineundum aut periculum propulsandum erat, vel prorsus deficiebant, qui naves instruerent, vel classis male ac post tempus comparata exibat; unde factum, ut respubl. occasiones gerendarum rerum praetermittere deberet et detrimenta acciperet. Adeo laborare pessimo publico rem navalem, Demosthenes non amplius ferendum ratus, novam descriptionem excogitavit, per quam contributio sedenorum sublata, itemque nomen συντελῶν, quo se trierarchi adhuc vocabant, usurpari desitum est. Factum id est lege, quam, licet acriter obnisis divitibus et principibus symmoriarum, pertulit tamen ille Olymp., ut videtur, 109, 3 [l]. Ea ex lege, qui divites adhuc exiguum decimae sextae

[g] Orat. περὶ συμμοριῶν p. 182. Potiora ex ea excerpsit G. Budaeus l. c. p. 532. seqq.

[h] Juvabit comparare Demosth. Philipp. I. p. 50. cum eo loco, quem mox laudabo ex Orat. de Cor. Nempe Philippica illa habita est Olymp. 107.

[i] Loco classico uti coepimus ex Oratione de Corona, et nunc quidem lege seu catalogo p. 261. Quae verba utinam ab omni parte clara essent! Nunc laboramus maxime in his, ἐκ τῶν ἐν τοῖς λόχοις συντελειῶν, in quibus vellem minus muti essent Intpp. Neque iis difficultas tollitur, quae habet auctor Miscell. Defenss. ad Jus Att. et Rom. p. 135. seq. Nihil tamen illa res ad nos et nostrum institutum. Magis attinet, legis illius, a Demosthene abrogatae, tempus scire. Sed ne hoc quidem, nisi conjecturis incertis, assequi licet. Vid. Petitum p. 360.

[k] Vid. Orat. de Cor. p. 260. seq. et in Midiam p. 565.

[l] Dubitanter locutus sum. Nam qui Archon a Demosthene p. 261, 12. ponitur, Polycles, nullus apparet in fastis. Pessime illum Meursius de Archont. 4, 14. eundem habuit ac Philoclem, qui magistratum gessit Olymp. 114, 3., quo anno mortuus est orator. Istius rationem re-

114 partis sumtum aut ne hunc quidem toleraverant. non raro singuli coacti sunt unam navem soli vel etiam plus una instruere [m]. Namque ad censum nunc perducta res, aetatis nulla ratio habita. Videlicet opibus civium tanquam in unum collatis, decem cuique triremi talenta assignabantur, ita, ut qui decem talentis census esset, eum solum oporteret triremem suam apparare: qui viginti talentis, duas; quibus vero major erat census, eorum nemini, quantumvis opulento, plus quam tres triremes et una scapha imperaretur. Contra illorum, quorum minor census erat decem talentis, modo bini, modo terni, modo plures in unum corpus jungebantur, usque dum decem talentum summa confieret ex pecunia, quam quisque pro rata portione numeraret. At vero quam multi ex hac lege ad trierarchiam vocari potuerunt? Tacet Demosthenes, ut est omnino paullo brevior, ubi de hoc merito suo loquitur, in iis praesertim, quae ad declarandum novum
115 ordinem pertinent. Sed Hyperides apud Harpocrationem et Pollux [n] testantur, ab oratore nostro trecentos lege lata ad trierarchiam vocatos. Saepe multumque dubitavi, quaenam ista esset lex, eademne nostrae, an alia. Nihil enim in eo loco Demosthenis, quo nunc utimur, de trecentis. Ne quem tamen hoc postea fallat, uti me diu fefellit: primum nihil legimus in eo loco, quod adversetur Hyperidis auctoritati: immo divites isti, quos gravatos dicit lege sua, quod defunctis antea exiguo sumtu in posterum onus pro censu subeundum esset, isti, inquam, facile pro trecentis illis haberi possunt. Deinde quum nusquam ullius legis praeter illam a se de re trierarchica latae meminerit, nostri loci ea est ratio, ut, si quam alias tulisset, id non videatur sane silentio transiturus fuisse. Ita sponte eo nos conjectura fert, ut Hyperidem de ipsa hac lege, Olymp. 109, 3. lata, non de alia
116 loqui dicamus [o]. De illa autem παρανόμων accusatus Demosthenes est a Patrocle quodam [p]. Verum is caussa cecidit, narrante auctore in eadem oratione de corona, quam Olymp. 112, 3.

fellens Petitus p. 362. Polyclem pseudeponymum Archontem facit Olymp. 110, 2. rationibus non plane futilibus. Corsinum tamen potius sequor, qui pseudeponymum Arch. ponit Olymp. 109, 3. anno, quo verus Archon fuit Sosigenes. Vid. Corsini F. A. vol. 1. p. 351. vol. 4. p. 36.*

[m] Huc pertinent verba Scholii ad Orat. in Midiam supra prolati: ὁ γοῦν Δημοσθένης ὕστερον δυοῖν τριήρων ἕνα τριήραρχον ἐποίησε.

[n] Harpocr. v. συμμορία et Pollux 8, 100. Ibi quid sibi Kuhnius velit, non in omnibus assequor.

[o] Addi ad haec potest Dinarchus Orat. in Demosth. p. 33., adversario probri loco objiciens legem, quam nemo dubitet eandem esse, qua ipse de Cor. gloriatur †. Εἰσί τινες, inquit, ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῶν ἐν τοῖς τριακοσίοις γεγενημένων, ὅθ' οὗτος ἐτίθει τὸν περὶ τριηράρχων νόμον. Οὐ φράσετε τοῖς πλησίον, ὅτι τρία τάλαντα λαβὼν μετέγραφε καὶ μετεσκεύαζε τὸν νόμον καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν; Vix Dinarchus sic meminisset *trecentorum*, nisi lex ad illos onus transtulisset.

[p] Etiam Aeschinem, perpetuum suum in republ. adversarium, narrat Demosth. ibid. p. 329, 16. subornatum fuisse a principibus symmoriarum, ut legem dissolveret. Fortasse ergo is in subscriptoribus Patroclis fuit. Nam de eadem lege ibi Demosthenem intelligendum arbitror.

* Conf. Boeckhius de Oecon. polit. Atheniens. vol. 2. p. 116. SCHAEF.
† Conf. Boeckhius l. c. p. 115. SCHAEF.

habitam constat, ubi tota legis commemoratio talis est, qualem quisque intelligat nonnisi de recepta et valente esse potuisse. Jam ab hoc inde tempore quid factum sit de trierarchia, nos fugit destitutos omnibus testimoniis auctorum.

Non minus autem variatum est in parte impensarum, quam trierarchi ferre debebant. Primo tempore quum quadringenti essent, vidimus triremes publico sumtu aedificatas, illos nihil addidisse de suo praeter *πληρώματα* et *σκεύη*. Tum vero illorum quisque fere navem praefectus conscendebat et militiam ipse sequebatur. Posthac quando duo vel tres ad unius navis societatem coibant, sumtum inter se ita partiebantur, ut nihil respubl. erogasse videatur[q]. Mox mille ducenti successere, ex 117
quo societas quaeque solam navem praebebat aedificatam, publice addebantur armamenta, nautae et *σκεύη τριηραρχικά*: quas res, exacto munere, quisque vel ei, qui successurus erat, vel reipubl. reddere debebat[r]. Sed trierarchi vocabulum antiquam et propriam potestatem, qua praefectum triremis signarat, jam tum exuisse putandum est. Nam qui contribuerant, saepe domi residebant, alio quopiam ad navem amandato. Scilicet in morem 118
venerat locatio trierarchiae, haudquaquam utilis civitati res. Unus *συντελῶν*, otiosus forte aut aliqua de caussa expeditionem quaestui habiturus, pecuniam a sociis exigebat, eaque collecta solus militabat. Ita vero de iis, quae male facta aut curata in munere essent, non redemtori erat ratio reddenda, sed illis, qui locaverant[s].

Ex his, quae disputavi, facilis est existimatio, quam onerosa munera fuerint, quantumque tum periculi habuerit divitem esse. Et postulabat civitas quasi jure suo, uti facultates quisque suas in publica commoda et ornamenta profunderet, non laborans illa, quin quis choragiis aut trierarchiis ad egestatem redigeretur[t]. Itaque apud oratores legimus accidisse non raro, ut qui 119

q Vid. Orat. in Midiam p. 564, 22. et ibi Schol. p. 682 A. et paullo ante eundem Schol. p. 660 F.

r Vid. ibid. p. 565. et Orat. in Euerg. et Mnesib. passim. Interdum factum est, ut ultra praescriptum conferrent, qui studium suum in rempubl. vellent ostentare, ut Apollodorus se fecisse narrat apud Demosthenem de Cor. trierarch. p. 1229, 14. *τὰ σκεύη, ὅσα δεῖ παρέχειν τὴν πόλιν τοῖς τριηράρχοις, ἐγὼ μὲν ἐκ τῶν ἰδίων ἀνήλωσα, καὶ τῶν δημοσίων ἔλαβον οὐδέν· οὗτοι δ' ὑμετέροις κέχρηνται, καὶ τῶν σφετέρων οὐδὲν εἰς ταῦτα προεῖνται.* Omnino insignis materia fuit laudis et gratiae apud multitudinem, si quis munera liberaliter et magnifice fecerat; contra magnum probrum, si quis ea defugerat aut fecerat sordide. Vid. Lysiae Or. 7. p. 285. 18. p. 603. Isaei Or. de Dicaeog. hered. p. 109. de Philoctem. hered. p. 154. Demosth. in Cherson. p. 103. et passim alibi.

s Vid. Or. Mid. l. c. et p. 540. cum Schol. et Or. adv. Polycl. seu *περὶ τοῦ ἐπιτριηραρχήματος* p. 1223. de Cor. trierarch. l. c. etc. Talento fere locabatur trierarchia in annum. Unde magnitudo muneris cognosci potest.

t Vid. Xenoph. de Rep. Athen. 1, 13. Saepe igitur cives querebantur in judiciis, se bona sua *καταλειτουργῆσαι, καταχορηγῆσαι* et rel. Conf. facetos versus Antiphanis ap. Athen. 3. p. 103 F. Sed ne quaeras, a quo censu aliquis in numerum *τῶν λειτουργούντων* receptus sit, et quinam sint in Orat. p. 462. *οἱ ἐλάττω τῶν ἱκανῶν κεκτημένοι*: unus huc spectat locus ex Orat. I. in Aphob. p. 833, 25. Unde saltem hoc intelligitur, non temere quenquam, cujus census non excederet summam 2 talentum, ad munera ency-

opibus valeret, opes, quacunque arte posset, dissimularet. Contra non deerant florente republ., qui, popularis aurae captandae quam opum cupidiores, munera libenter reciperent, et vel multo plus insumendo, vel saepius repetendo, quam opus esset, suum
120 in cives studium jactarent[u]. Neque vero occasiones omnes enumeravimus, ubi numi in rempubl. eroganli erant. Nam, ne alias memorem, factum est interdum difficilibus temporibus, ut, senatu concionem habente de inopia aerarii, voluntaria collatio fieret, quum boni cives certatim modo pecuniam, modo naves,
121 modo alia, quae usui fore putarent, pollicerentur[x]. In his dubitatio superest, utrum ad solos cives, et quidem habitatores Atticae, an ad alios quoque homines iste liturgiarum orbis pertinuerit. Paucis defungar. Nam prius illud de civibus plane compertum habendum puto ex loco quodam Antiphontis[y], etiam eos, qui alibi habitarent quam in Attica, quoad cives essent, ad solennia illa munera perinde esse adactos, ac si domicilium Athenis haberent. Quod nisi ita fuisset, sane, quicunque vellet, peregrinando potuisset effugere. Deinde illud quoque, quin et *μετοίκοις* et *ἰσοτελέσι* suae munerum partes fuerint, nullo modo dubium esse potest propter ipsam legem Leptinis et alia indicia

clia seu solennia adigi potuisse. De hisce muneribus solis ibi capienda vox *λειτουργεῖν*.

u Nam nemo nisi annis alternis ad liturgiam adigi poterat *ἐκ νόμων πάλαι κυρίων*. Vid. Orat. p. 459. et Isaei locum appositum supra p. 109. Notabile hic inprimis est exemplum ejus, qui a Lysia defenditur in *ἀπολογίᾳ δωροδοκίας* Orat. 21. Is paucis annis enormem summam variis muneribus obeundis impenderat, tantam, ut ne quartam quidem partem legibus se debuisse dicat. Verba, unde jam ante profecimus, ipsa huc transscribam, additis rationibus pecuniae nostrae 'Εγὼ γὰρ, inquit, *ἐδοκιμάσθην μὲν ἐπὶ Θεοπόμπου ἄρχοντος, καταστὰς δὲ χορηγὸς τραγῳδοῖς ἀνήλωσα τριάκοντα μνᾶς·* (637 imperial. 12 gr. convent.) *καὶ τρίτῳ μηνὶ Θαργηλίοις νικήσας ἀνδρικῷ χορῷ δισχιλίας δραχμάς·* (425 imp.) *ἐπὶ δὲ Γλαυκίππου ἄρχοντος εἰς πυρριχιστὰς Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ὀκτακοσίας·* (170 imp.) *ἔτι δ' ἀνδράσι χορηγῶν εἰς Διονύσια ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἄρχοντος ἐνίκησα καὶ ἀνήλωσα σὺν τῇ τοῦ τρίποδος ἀναθέσει πεντακισχιλίας δραχμάς·* (1062 imp. 12 gr.) *καὶ ἐπὶ Διοκλέους Παναθηναίοις τοῖς μικροῖς κυκλίῳ χορῷ τριακοσίας.* (63 imp. 18 gr.) Τὸν *δὲ μεταξὺ χρόνον ἐτριηράρχουν ἑπτὰ ἔτη καὶ ἓξ τάλαντα ἀνήλωσα.* (7650 imp.) Καὶ *τοσαύτας δαπάνας δαπανώμενος, καὶ καθ' ἡμέραν ὑπὲρ ὑμῶν κινδυνεύων καὶ ἀποδημῶν, ὅμως εἰσφορὰν, τὴν μὲν τριάκοντα μνᾶς,* (637 imp. 12 gr.) *τὴν δὲ τετρακισχιλίας δραχμὰς,* (850 imp) *εἰσενήνοχα.* 'Επειδὴ *δὲ κατέπλευσα ἐπὶ* 'Αλεξίου *ἄρχοντος, εὐθὺς ἐγυμνασιάρχουν εἰς* Προμήθεια *καὶ ἐνίκων ἀναλώσας δώδεκα μνᾶς.* (255 imp.) Καὶ *ὕστερον κατέστην χορηγὸς παιδικῷ χορῷ καὶ ἀνήλωσα πλέον ἢ πεντεκαίδεκα μνᾶς·* (318 imp. 18 gr.) *ἐπὶ δὲ* Εὐ*κλείδου ἄρχοντος κωμῳδοῖς χορηγῶν* Κηφισοδότῳ *ἐνίκων καὶ ἀνήλωσα σὺν τῇ τῆς σκευῆς ἀναθέσει ἑκκαίδεκα μνᾶς,* (340 imp.) *καὶ* Παναθηναίοις *τοῖς μικροῖς ἐχορήγουν πυρριχισταῖς ἀγενείοις καὶ ἀνήλωσα ἑπτὰ μνᾶς.* (148 imp. 18 gr.) Νενίκηκα *δὲ τριήρει μὲν ἁμιλλώμενος ἐπὶ* Σουνίῳ *ἀναλώσας πεντεκαίδεκα μνᾶς·* (318 imp. 18 gr.) *χωρὶς δὲ ἀρχιθεωρίας καὶ ἀρρηφορίας καὶ ἄλλα τοιαῦτα, εἰς ἃ ἐμοὶ δεδαπάνηται πλέον ἢ τριάκοντα μναῖ.* (637 imp. 12 gr.) Καὶ *τούτων, ὧν κατέλεξα, εἰ ἐβουλόμην κατὰ τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ νόμῳ λειτουργεῖν, οὐδ' ἂν τὸ τέταρτον μέρος ἀνήλωσα.* Summa summarum est 13515 imp.

x Est hoc *ἐπιδιδόναι, ἐπίδοσις*, de qua saepe Attici, ut Noster in Midiam p. 566. seq., quem locum diligentius expenderem, si vacaret; ut adv. Phorm. p. 919, 2. Plut. in Alcib. p. 195 E. Conf. Casaub. ad Theophr. Char. 22.

y In Orat. de caede Herod. p. 744., ubi verum vidit Reisk. Antiphonti adjungo Demosth. Leptin. p. 466. et 469. Hic quae dicuntur Leuconi *χρήματα* esse Athenis, vel pecunia est ad mensam trapezitae data, vel rex in urbe domum habuit aut aliud quidpiam.

per orationem nostram sparsa [z]. Quanquam a nemine, quod 122
sciam, disertius proditur, quo modo utraque classis hominum in eo negotio versata sit, et qua tandem re illorum functiones discreparint a civium. Illud traditum vidi a Grammatico quodam, unis Lenaeis *μετοίκους* choragia functos esse, nec minus actores ex corpore peregrinorum in illa solennitate scenam adiisse [a], quod alias, nominatim Dionysiis urbanis, non licuisse scimus. Sed 123
haec sufficiant in rebus, de quibus non omnia, quae exquirere libeat, certa auctoritate veterum explorari possunt [b].

Et addendum est aliquid de antidosi [c]. Ne quis enim excusatione tenuitatis onus suum defugere posset, neve id accideret, ut, qui cuipiam ex tribulibus negotium facessere eumque ad 124
paupertatem redigere vellet, minus opulentum suffragio suo ad choragiam, trierarchiam aut aliud quid [d] designaret; prospectum erat veteri lege *περὶ τῶν ἀντιδόσεων*, cujus auctoritatem ad Solonem referunt. Res ridicula et, ut verum dicamus, subabsurda. Nam is, qui designatus erat, si quem praeteritum esse opulentiorem putabat, poterat, quemcunque vellet, nominare, ab eoque petere, ut aut ipse munus reciperet, aut secum facultates permutaret. Ita nominatus alterutrum facere cogebatur. Si detrectabat munus, pernegans se ditiorem esse, aedibus et omnibus rebus ejus sigillum imponebatur, ne quid inde alio exportare posset. Tum ambo litigantes, interposito jurejurando, bona sua omnia, praeterquam ea, quae in argentifo-

z Vide mihi modo diserta verba: *εἰσὶ γὰρ δήπου παρ' ἡμῖν αἵ τε τῶν μετοίκων καὶ λειτουργίαι αἱ πολιτικαί* p. 462. cum seq. et p. 475. In prioribus vero putandum est nomen *μετοίκων* pertinere etiam ad *ἰσοτελεῖς*. Praeterea huc refer praeclarum locum Lysiae Or. in Eratosth. p. 396., quam ille orationem habuit, uti mea fert conjectura, paullo post, quam *ἰσοτελὴς* factus erat. In eo igitur loco se *μέτοικον* gloriatur omnibus choragiis functum et saepe *εἰσφορὰς* contulisse. Minus certum est illud Isaei de Cleonymo, Cretensi, in Or. de Dicaeog. hered. p. 111. Non longe tamen abest, quin priori parti Reiskianae notae subscribam.

a Vid. Schol. ad Aristoph. Plut. v. 954. et ibi Hemsterhus. in Notis p. 334. Etsi non videtur mihi vir magnus tum recens fuisse ab oratorum Graecorum lectione, quum ista scriberet. Scholio fides accedit ex eo, quod in nostra oratione legitur de muneribus et immunitatibus *μετοίκων*. Ac si populus Athen. illos homines, quibus alias parum honoris tribuebat, quadam in re ita honoravit, ut eorum crumenam sibi faceret tributariam, nihil profecto alienum ab ingenio suo fecisse videri debet.

b Ex hoc genere et illud est, quod Demosth. p. 463. dixit de 60 hominibus, quibus opus esset quotannis ad encyclia munera. Quidni tamen ipsi vel uni in eo fidem habeamus? Putida est et nimium quam inepta Petiti emendatio LL. AA. p. 372. in illis, *ἑξήκοντα ἴσως ἢ μικρῷ πλείους σύμπαντες οὗτοι*. Occurri praecipuo errori hominis in nota ad p. 463, 16., ipsam conjecturam non dignam memoratu duxi, ut similes alias aliorum.

c Duae exstant Oratt. *περὶ ἀντιδόσεως* inscriptae, una Isocratis, composita, ut opinor, Olymp. 106., quum a Lysimacho quodam ad antidosin vocatus erat. Sed in hac *μελέτῃ* plura reperias de oratoris vita et studiis, quam de instituto illo. Altera inter Demosthenicas legitur, adversus Phaenippum habita, quae tota versatur in eo instituto et jucunda lectu est. Verbum proprii usus hic notabis, *ἀντιδοῦναι ἀλλήλοις*. [V. not. ad p. 469, 5. SCHAEFER. De antidosi v. Boeckh. Oecon. Athen. vol. 2. p. 122—126.]

d Videtur antidosis locum habuisse in omnibus muneribus sumtuosis, non in sola trierarchia; quanquam in hac crebrius, quam alibi. De choragia testes sunt Xenoph. Oecon. 7, 3. Lysias Or. 24. p. 745. Demosth. Leptin. p. 496.

dinis erant, commentario[e] consignata edere debebant; caussa in judicium deducebatur. Mirum est, quod per hanc antidosin etiam civiles actiones ejus, unde petebatur, ad alterum transire
125 consuerant[f]. Sed plura iste mos incommoda habere debuit, in his illud non minimum, quod per eum interdum rebus gerendis moram objici necesse esset[g]. Mitto privata incommoda. Quis illa non pervideat? Sane omnino si haec et alia, quae hactenus scripsimus, cognita haberent ii, qui hodie saepe bellis declamationibus beatam libertatem antiquarum civitatum desiderant, nae illi, puto, tali votorum temeritate abstinerent.

Alterum, de quo explicandum nobis esse diximus, est de modo legum ferendarum, qualis apud Athenienses in usu fuit oratoris saeculo. Qua in re, si plane rudibus haec scriberemus, id esset praemonendum, sciscendae vel jubendae legis auctoritatem penes populum fuisse, latoris nullas fuisse partes, nisi ut scriberet et rogaret. Nemo vero est tam imperitus, quin sciat, hoc uno maxime differre liberas civitates ab unius aut paucorum imperio, quod, quum apud illas imperium sit legum, non hominum, legibus ipsae sese adstringant atque ejus rei jus ad omnes cives ex aequo pertineat[h].

126 Itaque post Solonem, quum, sublato dominatu Pisistratidarum, libertas in pristinum restituta et insigniter aucta vigeret, licuit civium cuique, qui opera sua rempubl. juvari posse putabat, legem a se excogitatam rogare, antiquam abrogare. Non tam multis difficultatibus, quam Romae, septa erat facultas cum populo agendi, ut in civitate multo magis ad popularem formam composita. Sed de tali rogatione populus in ecclesiis judicabat, utrum ea accipienda esset, an rejicienda, vel id judicium publica auctoritate agendum mandabat cognitoribus quibusdam, quos Nomothetas dixerunt[i]. Sed ante tempora belli Peloponnesiaci

[e] Ἀπόφανσιν dixerunt, nos vulgo *inventarium*.

[f] Conf. Boeckhius de Oecon. polit. Atheniens. vol. 2. p. 125. SCHAEFER.

[g] Vid. Xenoph. de Rep. Athen. 3, 4. Demosth. Philipp. I. p. 50, 20.

[h] Ad sequentia conf. prae ceteris Petitum 2, 1. p. 171. et Potterum 1, 26. Petitum legenti si cui caput dolebit, me sibi socium mali esse sciat. Incondite ille omnia ordinat. Sed laudanda doctrina ejus in multis rebus. Omnino ea recte refert, quae claris testimoniis scriptorum constant; non aeque id, quod ex locis reconditioris intellectus subtilitate comparandi erui potest, aut diligenti temporum distinctione eget.

[i] Hinc pendet usus loquendi in voce νομοθετεῖν. Ea adhibetur 1. de cive, qui ad populum fert legem, i. e. rogationem, formulam, etiamsi non perferat. Ita saepe jungitur γράφειν καὶ νομοθετεῖν. 2. De Nomothetis, qui populi mandato et nomine de rogatione judicant; 3. de ipso populo, κυρίῳ ἁπάντων, cujus auctoritate et nutu in republ. omnia geruntur, et a quo ea quoque dicuntur fieri, quae ab aliis fiunt jussu ejus, ut a magistratibus, judicibus etc. Quod ultimum tenendum est inprimis. Sed θεῖναι νόμον Attici prope de eo solo dicunt, qui νόμον ἔγραψε, medium, θέσθαι νόμον, de populo rogatam legem jubente. Moschopulus περὶ σχεδῶν p. 10. Θεῖναι λέγουσι τὸν νομοθέτην τὸν νόμον· θέσθαι δὲ τὸν δῆμον, ἤγουν δέξασθαι καὶ κυρῶσαι. Sic in Or. adv. Timocrat. p. 732, 17. activum est de ipso Solone, qui eodem modo dicitur ὁ νομοθέτης, sed cum emphasi, ut Homerus ὁ ποιητής. Medium ubique habes eo sensu, quem posui, in Atticis certe. Quare mireris glossam Harpocrationis et aliorum hanc: Θέσθαι ἀντὶ τοῦ προ-

paullo rarius a disciplina Solonis et institutis Clisthenis desci- 127
tum minusque in legibus novatum est. Belli autem illius occa-
sione constat labefactatam variis modis liberam conditionem 128
civitatis cessisse denique in tyrannidem Trigintavirorum, a qui-
bus prisca paene omnia dissoluta sunt Olymp. 94, 1. a. Chr. 404.
'Αναρχίαν[j] eum annum vocant Attici; quanquam non integrum
annum valuit illorum dominatio. Insequens statim annus, Eu-
clide Archonte, recreatam vidit rempubl., et ex integro multis
novis legibus praeclare salubriterque fundatam[k]. Ex quo tem-
pore, quum res mutatas leges poscerent, neque omnia potuissent 129
uno anno provideri, plus paullatim novatum est, subindeque ex-
stiterunt multi, qui leges cupide convellerent et abrogarent, ac
novis super novas acervandis rem eo deducerent, ut, si quis
per aliquod tempus a civitate abfuisset, redux eam tantum non
aliam factam videre sibi videretur[l]. In illa scena inprimis se
extulit mobile ingenium Atheniensium: porrexerunt manus, et 130
lex nata est[m]. Non deerant tamen de jure ac tempore rogandae
legis sanctiones, eaeque severae et rigidae, quae tantam libi-

*έσθαι** καὶ κυρῶσαι· Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτελειῶν.* Puto, notatu dignum duxerunt grammatici, quod formula in Leptinea occurrit de judicibus, quos orator alloquitur. Uti p. 485. *Οὐδὲ γὰρ ἂν ὑμεῖς ποτε ἐπείσθητε θέσθαι τὸν νόμον.* Quem locum fortasse spectarunt illi. Sed primum jam vidimus, *θέσθαι νόμον* pro *κυροῦν* solenne esse de judicibus: deinde licet nescias, quos auditores ibi alloquatur, de quo postea quaeremus, licet putes etiam, alios fuisse hos, alios illos, qui legem Leptinis probassent; tamen ne sic quidem usus verbi insolens videatur. Omnes judices quasi personam civitatis sustinent: hactenus quod alteri fecerunt, alteris tribui potest. Ita ubique loquuntur oratores.

[j] Conf. Wesseling. ad Petiti LL. AA. p. 193. et ad Diod. Sic. 14, 33.

[k] Insignem hunc annum Olymp. 94, 2. fecerunt plura, quae recensere longum est. Nec ignorat, qui ad lectionem Demosthenis accedit, scitum eo anno esse, *τοῖς νόμοις χρῆσθαι ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος*, et *ἄκυρα τὰ ἐπὶ τῶν Τριάκοντα καὶ τὰ πρὸ Εὐκλείδου*, quod multarum litium occasiones praecidit, et amnestiam, quam attigi in Comment. ad p. 460, 11. Sed propter lationem legum, quam nunc tractamus, vid. inpr. Andocid. de Myster. p. 39. et ibi psephisma, quo negotii totius ordo describitur, factum in sententiam Tisameni cujusdam, illius, ni fallor, cujus Lysias non sine contemtu meminit Or. 30. p. 864. Eo autem psephismate mihi abuti videntur, qui ad explicandum modum legum ferendarum, qualis postmodum fuit, adhibent. Pertinet illud potius ad civitatem a tyrannide modo liberatam, quum 30 virorum acta rescinderentur, ac Solonis leges vel revocare denuoque ratas facere, vel novis ad novum statum rerum aptis augere visum esset. Totum enim corpus legum usque huc latarum ad censuram vocatum est Euclide Arch. Cura rei a populo duplicis generis Nomothetis commissa, alteris a senatu delectis; qui leges conscriberent, alteris in ecclesia, qui promulgatas ab illis communiter cum senatu spectarent, recognoscerent juberentque populi auctoritate, quas vellent. Cujus posterioris generis Nomothetae quod in psephismate ponuntur D, insequente vero aetate dicuntur MI fuisse, id eo perduxit Petitum et Reiskium, ut verba apud Andocidem transponerent. Humane tamen Reiskius: *Possumus ambo falli, potest vulgata bene habere.* Recte. Omnia docent, illam legum lationem singulare quiddam esse: eandem autem normam fuisse sequentium temporum, quis docuit?

[l] Demosth. in Timocrat. p. 744, 24. *Οἱ παρ' ὑμῖν ῥήτορες πρῶτον μὲν ὅσοι μῆνες μικροῦ δέουσι νομοθετεῖν τὰ ἑαυτοῖς συμφέροντα κ. τ. λ.* Similes querelae sunt alibi, et in Orat. nostra p. 484. Conf. Wesseling. ad Petit. p. 185.

[m] In usum converti Ciceronis verba de psephismatis Atticis ex Or. pro L. Flacco c. 7.

* Corrig. *προσέσθαι.* SCHAEFER.

dinem coercerent. De his dicendum est nobis: sed dicemus breviter et accommodate ad orationis hujus intelligentiam.

Cautum igitur erat primum, ne quis legem receptam tollere conaretur; neve ageret abrogando, derogando, obrogando, nisi continuo novi quid surrogaret. Tum similiter ei, qui novam legem ferebat receptae contrariam, ab hoc initio erat ordien-
131 dum, ut veterem infirmaret et tollendam vinceret[n]. Scilicet noluerunt Athenienses nec corpus legum suarum ulla parte temere mutilari, nec plures de una eademque re leges inesse, quae sententia dissonae essent vel inter se contrariae. Ita enim vulgus juris ignarum conturbari, et rudem innocentiam a peritioribus circumveniri et opprimi, neque ipsum judicem servare posse jusjurandum, ex quo sententiam ferre ad praescripta le-
132 gum deberet; omnibus oblatam plana jura discendi facultatem unice convenire libertati[o]. In quo multo illi aliter fecerunt, quam Romani, callide impeditis formulis et laqueis usi, quo difficilior juris scientia fieret. Veruntamen quum nullo pacto satis caveri posset Athenis, ne leges irreperent *παρανόμως* scriptae; nonnunquam viris extra ordinem delectis negotium datum est recognoscendi omnes et contrarias inter se seligendi[p]. Et alia recognitio legum annua fuit, de qua paullo post dicendi locus erit.

[n] Vid. Orat. p. 484. et 486. Sed subjiciam hic statim legem ex Demosth. Timocratea p. 710. Etsi ea oratio tota cognoscenda est, si quis rationem legum apud Athenienses accurate discere velit. Accusatur ibi a Diodoro (nam huic scripta est) vir legis perniciosae lator, adhuc *ἔνοχος ὢν τῇ γραφῇ καὶ τιμωρίᾳ*, in quo genere haec una caussa ex antiquitate superest. Verba legis haec sunt: *Τῶν νόμων τῶν κειμένων μὴ ἐξεῖναι λῦσαι μηδένα, ἐὰν μὴ ἐν νομοθέταις· τότε δ' ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ τῶν Ἀθηναίων λύειν, ἑτερόν τι τιθέντι* (corr. *ἕτερον ἀντιτιθέντι*) *ἀνθ' ὅτου ἂν λύῃ. Διαχειροτονίαν δὲ ποιεῖν τοὺς προέδρους περὶ τούτων τῶν νόμων, πρῶτον μὲν περὶ τοῦ κειμένου, εἰ δοκεῖ ἐπιτήδειος εἶναι τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων, ἢ οὔ· ἔπειτα περὶ τοῦ τιθεμένου· ὁπότερον δ' ἂν χειροτονήσωσιν οἱ νομοθέται, τοῦτον κύριον εἶναι. Ἐναντίον δὲ νόμον μὴ ἐξεῖναι τιθέναι τῶν νόμων τῶν κειμένων μηδενί. Ἐὰν δέ τις, λύσας τινὰ τῶν νόμων τῶν κειμένων, ἕτερον ἀντιτιθῇ μὴ ἐπιτήδειον τῷ Ἀθηναίων δήμῳ, ἢ ἐναντίον τῶν κειμένων τῳ, τὰς γραφὰς εἶναι κατ' αὐτοῦ κατὰ τὸν νόμον, ὃς κεῖται, ἐάν τις μὴ ἐπιτήδειον θῇ νόμον.* Simul notentur formulae aliquot solennes. *Νόμος κύριος*, *lex rite perlata, recepta, obtinens*; contra *ἄκυρος*, *usu non stabilita*: *ἐπιτήδειος τῇ πόλει*, *bona, probabilis, ideoque jubenda*: *εἰσφέρειν νόμον*, *rogare legem* aut *ferre*; *παρεισφέρειν* seu *ἀντεισφέρειν*, *rogare novam, in locum veteris et repudiandae ponendam*, Lat. *legi obrogare*; quo et *ἀντιθεῖναι* pertinet. Denique *λύειν νόμον*, *dissolvere legem*, vel de *populo*, vel de *rogatore*: liceat enim nobis interdum hac voce prisci moris Latini uti de eo, qui rogationem fert ad populum.

[o] Vid. Orat. p. 485. Timocrateam singulis in locis citare nihil opus est.

[p] De tali recognitione accipio Orat. p. 484 s., quanquam res alio teste caret. Nec ipse hic locus Demosthenis ab omni parte clarus est. Ut nihil dicam de verbo *χειροτονεῖτε*, quod in Comment. notavi; quid illa sibi volunt, *ἐπὶ πάμπολυν ἤδη χρόνον*? An haec trahamus ad tempus recognitoribus ad gerendam rem concessum? Abnuit adjecta particula *ἤδη*. Et notum est formulam *ἐπὶ πολὺν χρόνον* saepius apud Atticos esse *per longum tempus* et *ἐπὶ χρόνον aliquamdiu*. Ita Aeschin. in Ctesiph. p. 428 C. de Strategis queritur: *οἱ ἐπὶ πολὺν ἤδη χρόνον συνεργοῦντες τισὶ τῶν ῥητόρων λυμαίνονται τὴν πολιτείαν.* At non minus ex hac ratione verba junges cum participio *διαλέξοντας*. [Omnes hac Wolfii dubitationes remotae sunt in annotatione ad p. 484, 28. Quae in sequentibus de legum abrogandarum novarumque ferendarum ratione dixit Wolfius partim corrigenda sunt ex Schoemanni disputatione de comit. p. 265—268. et Antiq. publ. p. 227. G. DINDORF.]

Non autem is solum *παράνομα* rogasse arguebatur, qui legem
legi veteri necdum sublatae repugnantem tulerat, sed etiam is,
qui vel in parte aut capite novae legis quidquam posuerat con- 133
tra ea, quae veterem auctoritatem haberent[q]. Nec minus cu-
riose videndum erat rogatori, ne quid proprii sui paucorumve
commodi caussa poneret, ne quid per se injustum, reipubl. inde-
corum, utilitati ejus alienum, ne quid omnino accusandi ansam
malevolis habiturum; denique ne quid peccaret in tempore,
locis, toto ordine agendi. Nam habebant haec omnia cautiones
suas erantque antiquis legibus sancita. Nec injuria. Certarum
enim in tali re formularum usus eo valere solet, ut populum
tutiorem a fraudibus et insidiis praestent et temeritatem ar-
ceant. Itaque hic ordo rei praefinitus erat[r]. Si quis civium
legis formulam domi conceperat, primo debebat eam in albo
scriptam per aliquod tempus publice proponere, vetere illa,
quam abrogabat, adjecta, ut omnibus copia fieret saepius le-
gendi utramque, consultandi cum amicis judicandique, utra
alteri praeferenda esset. Locus promulgandi erat ante statuas
Eponymorum[s]. Secundo legis recitatio semel iterumque in 134
ecclesia fiebat per scribam publicum[t]. Quo facto, an prius
(incertum enim) Senatus consulto erat opus, si quis actionem
in forum deducere vellet et populum rogare. Nam nihil ex
veteribus institutis reipubl. ad populum ferri in ecclesia licuit
ἀπροβούλευτον, id est, de quo non antea S. C. factum esset[u].
Jam rogator legem suam oratione pro suggestu habita sua-
debat, ac si qua simul vetusta delenda esset, hanc primum ut
vitiose latam aut ceteroqui malam reique publicae incommodam 135
monstrabat abjici debere, mox novam contra ponebat, omni ope
praestantiam ejus docere annisus[v]. Dein suffragium inibatur,
χειροτονία. At vero haec ratio, in psephismatis faciendis solen-
nis, plane exoleverat tempore oratorum in legibus. Ad judices
tum vocata res est, sive quis veterem legem seu latorem accu-
sabat, sive nova erat jubenda[x]. Neque enim uno judicio utrum-

[q] Hoc in promtu est ex Orat. p. 486.

[r] Vid. p. 485 seq. et ibi passim Schol.

[s] Vocantur sic simpliciter heroes, unde decem tribus a Clisthene institutae nomina acceperunt, quibus statuae erant positae prope curiam Quingentorum et tholum, in Ceramico urbico. Eos enumerat Pausan. 1, 5. Conf. Ulpian. ad Timocrat. p. 809 A. et ad nostram p. 485. et scriptores ap. Meurs. Att. Lectt. 5, 5. ac Corsin. F. A. vol. 1. p. 121. Propter reliqua hae notandae sunt locutiones: *νόμον ἀναγράφειν εἰς λεύκωμα, εἰς σανίδα· παραγράφειν νόμον νόμῳ· ἐκθεῖναι πρόσθεν τῶν Ἐπωνύμων, πρὸς τοὺς Ἐπωνύμους· παραδοῦναι τῷ γραμματεῖ.*

[t] Demosth. l. c. *ἵνα ἕκαστος ὑμῶν ἀκούσας πολλάκις κ. τ. λ.* Sed id ita accepisse videtur Ulpianus, ut prima recitatio ante promulgationem facta sit. Scripsit enim hoc modo: *Δεῖ προαναγνωσθῆναι τῷ δήμῳ, ἔπειτα προτεθῆναι, εἶτα λαβεῖν τὸν γραμματέα.*

[u] An semper hoc servatum sit in legum latione, incertum est nobis. Nihil de eo in Orat. nostra. Posui id tamen ex Timocrat. p. 716., quia haud dubie ad legitimum ordinem pertinuit.

[v] Hoc fundamento nititur partitio hujus orationis nostrae. Prima in parte lex Leptinis impugnatur, in quo est caput caussae; in altera parte adversarius suam opponit, inde a p. 483.

[x] Quinctilian. I. O. 2, 4, 33. *Apud Graecos lator legum ad judicem vocabatur: Romanis pro concione suadere ac dissuadere moris fuit.*

que videtur factum esse. Jubendi autem et antiquandi auctoritas dabatur Nomothetis, ita quidem, ut, quidquid illi probassent, jus ratumque esset, quidquid repudiassent, nulla daretur ad populum provocatio. Sorte ducebantur hi judices ex Heliaea, ut operam jurati navarent, sed potestate extraordinaria, quippe nec ultra id temporis valente, ad quod creati essent, nec nisi ad eas leges, quas populus eis designasset[y]. Quoniam vero
136 instituta vetera in universum bene habere putabantur, (nec immerito in tali civitate, in qua saepe res novae fraudem tegunt,) legi cuique in judicium adductae quinque viri publice patroni dabantur, quos illi Syndicos appellabant[z]. Ii quasi dissuasores quidam erant legis novae, ornabantque dicendo, quaecunque in altera laudari posse viderentur, ut judices, audita atque subducta utriusque partis ratione, sententiam ferrent.

137 Horum omnium quidquam si omissum erat aut neglectum in ferenda lege, latorem accusare poterat, quisquis vellet. Caussa fuit publica et magna, *γραφὴ παρανόμων*. Idque periculum illi non depulit populi suffragium, quo rogationem pertulerat, atque omnino mali sciti poena unus auctor tenebatur. Nomen deferre moris erat ad Archontes, qui exploratam antea et instructam caussam ad justum certamen apud judices devocarent. In eo judicio omnia prope eodem modo et tenore fiebant, quo in aliis
138 caussis publicis. Accusator in actionis formula addebat aestimationem poenae, (nam erat fere is *ἀγὼν τιμητός*,) tum orando certabat utraque pars, deinde a judicibus sententiae ferebantur, et quae sunt reliqua. Neque vero hoc in genere accusationis, quantum ex Timocratea suspicari licet, lege opus erat accusatae obrogata: satis habebatur illam dissolvisse, ut antiqua contra-

y Loquitur de his Nomothetis orator etiam in Olynth. III. p. 31,10. Eorum numerum constitisse MI, supra dixi, scilicet uno super M adjecto, ne unquam pares essent calculi suffragiorum. Vid. Petit. p. 177. An tamen omni tempore tot numero ducti sint dubito, nec id video effici illo psephismate Timocrateo p. 708., quo uno hic nitimur. Nam constat omnino, judices pro caussarum magnitudine ex Heliaea delectos esse modo plures, modo pauciores. Ordinarius numerus fuit D. Sed duplicatum habemus, uno item adjecto, in caussa, quae non ad leges pertinet, in ead. Orat. p. 702, 25. ubi v. Schol. Et triplicatum in Dinarcho adv. Demosth. p. 72. Conf. Harpocr. v. Ἡλιαία et Pollux 8, 123. et 101. Quo posteriori loco simpliciter traditur: Νομοθέται ἦσαν χίλιοι. At is totus locus non est ejusmodi, ut vera et certa inde peti possint.

z Bene Ulpianus ad Timocrat. p. 811 A. Εἰκός, ὅτι βελτίους ἦσαν οἱ πρότεροι νόμοι τοῦ εἰσαγομένου, καὶ χηρείᾳ τῶν λεγόντων ὑπὲρ αὐτῶν ἐνομίζοντο εἶναι φαῦλοι. Idemque paullo post: Πέντε ἄνδρας καθ' ἕκαστον νόμον ἐχειροτόνουν. Sed hoc, quod de numero virorum dicit, majorem auctoritatem habet a lege ex Demosth. infra apponenda. Hi universe dicuntur *συνηγορεῖν*, *συναπολογεῖσθαι τοῖς νόμοις*, proprie *συνδικῆσαι τοῖς νόμοις*. Creabantur vero Syndici vel publice vel privatim: *publice* per *χειροτονίαν*, non propter leges tantum, sed ad defendendam domi aut foris quamcunque partem reipubl., in caussis civitatem universam spectantibus; hique sunt *χειροτονηθέντες ὑπὸ τοῦ δήμου* et dicuntur *συνδικῆσαι τῷ δήμῳ*, ut ap. Aeschin. in Timarch. p. 363 D.; *privatim* autem a tribu vel collegio vel universitate quadam, et hi erant privati juris defensores. *Publice* autem nemini iterum Syndicum fieri licuit, idque ideo, ne munus ob publicam utilitatem inventum cederet in quaestum privatorum. Locus classicus hac de re infra est p. 503., ubi vid. Schol. et Comment.

ria, si qua esset, vim reciperet; sin talis nulla esset, eo, puto, certamen pertinebat, ut nulla opus esse videretur[a]. Ceterum ejusmodi accusatio nec ipsa caruit periculo. Nam actor, sicut in aliis caussis publicis, quintam partem calculorum tulisse debebat; alioquin ei multa imponebatur. Reus contra si caussa ceciderat, interdum gravissimam poenam subibat, nec supplicii extremi in *γραφῇ παρανόμων* sumti exempla desunt[b].

Verum ut modus esset ac finis accusandi, nemini haec actio 139
dabatur elapso anno, ex quo lator praescriptionis, quam Juris consulti vocant, beneficio fruebatur. Quae res tamen non obstabat, quo minus ipsam legem, quicunque vellet et quoquo tempore, in judicium revocare, infirmare, dissolvere posset[c]: et in hoc genere haec versatur oratio. In qua quae ad formam et ordinem judicii spectant notatu digniora, quanquam haud multum abhorrentia ab altera actione, haec ferme sunt. Primum illud maxime interest, quod orator nusquam cum Leptine agit tanquam cum reo, etsi is praesens in judicio adest, mox legem ipse quoque suam defensurus[d]. Secundo nunc rem ab actoribus delatam reperimus ad Thesmothetas, ultimos sex Archontum; eorundemque permissu novam legem Demosthenis Leptineae in albo adscriptam, *παραγεγραμμένην*[e]. Id vero quamvis nulli interpretum curam movit, non caret tamen dubitatione, 140
quos ad judices haec caussa delegata aut apud quos oratio habita sit. De quo ita statuo, judices nec universam ecclesiam esse, nec senatum, nec Thesmothetas, neque etiam Nomothetas, verum selectos ex judicio ordinario, Heliaea, aut simili quodam[f].

[a] Ulpian. ad p. 483, 28. *Ὅπου μὲν οὖν κύριος, ἀντεισφέρειν δεῖ· ὅπου δὲ οὔ, λύειν μόνον.* Hic et aliis plerisque in locis vocabulum *κύριος* de lege accipi debet jam calculis Nomothetarum perlata et primi anni periculum elapsa. Qua de re paullo post.

[b] Vid. Timocrat. p. 743, 18. Quam varii tamen modi esse debuerint ex hoc crimine elabendi, insigni exemplo docet *Ἀριστοφῶν ἐκεῖνος, ὁ Ἀζηνιεύς, ὃς ἐτόλμα ποτὲ σεμνύνεσθαι λέγων, ὅτι γραφὰς παρανόμων πέφευγεν ἑβδομήκοντα καὶ πέντε* ap. Aeschin. in Ctesiph. p. 459 F.

[c] Jam *γραφὴ ἦν οὐ κατὰ τοῦ νομοθέτου, ἀλλὰ κατὰ τοῦ νόμου*, seu, ut noster ait p. 501., *περὶ τοῦ νόμου πᾶς ἦν ὁ λόγος, τῷ δὲ νομοθέτῃ οὐδεὶς κίνδυνος.* Conf. Argum. Graec. Orat.

[d] Comparanda hanc ob caussam studioso est Orat. in Timocrat.

[e] Ante dicebam universe, Archontes nomina recepisse in *γραφαῖς παρανόμων*, nunc ex Orat. p. 487. solos dixi Thesmothetas. Illud suadet Aeschinis *γραφὴ κατὰ Κτησιφῶντος* ap. Demosth. de Cor. p. 243., hoc praeter istum locum scriptor Or. 2. in Aristogit. p. 803, 3. *Ὅταν τὶς ψηφίσματος ἢ νόμου γραφὴν ἀπενέγκῃ πρὸς τοὺς θεσμοθέτας κ. τ. λ.* Quodsi rem ex cetero ordine judiciorum existimes, Archontibus aliis alia genera *παρανόμων* tributa conjeceris. Nam ex nomine *Thesmothetarum* et prima institutione eorum, ex quo dicuntur p. 484. et alibi *ἐπὶ τοὺς νόμους κληρούμενοι*, nihil certi colligi potest. Sed quod apud eos fieri solebat, erat tantum quaedam *postulatio*, ut verbo fori Romani utar. Sequebatur apud eosdem domestica *ἀνάκρισις* seu *προαγών*, ut aliis in caussis. Tum iidem *εἰσῆγον τὰς τῶν παρανόμων γραφὰς εἰς τὸ δικαστήριον*, uti bene Pollux 8, 87. et Ulpian. ad p. 487. Ex his apparet, opinor, quo modo jam ante hanc actionem Leptines aliquid dicere potuerit apud Thesmothetas: *ἃ δὲ πρὸς τοῖς θεσμοθέταις ἔλεγε, ταῦτ᾽ ἴσως λέγων παράγειν ὑμᾶς ζητήσει.*

[f] Eadem difficultas etiam in aliis orationibus interpretem premit, quo quaeque caussa agatur loco, curiosius quaerentem. In hac autem primum illud clarum est, legitimos judices appellari. Nusquam *ἄνδρες δικασταὶ* ad populum

141 At apud hos orator simul veterem, quam impugnat, legem abrogandam esse contendit, simul propriam affert in illius locum jubendam. Sed ad posterius hoc singulari judicio, et quidem Nomothetarum, opus fuisse, vero mihi simile visum dixi, idque
142 feci quodam orationis loco, licet ambiguo et subobscuro, adductus[g]. Praeterea illud quoque notabile est, quod in eadem
143 oratione legitur, novam legem quodammodo valuisse statim postquam altera abrogata et rejecta esset[h]. Id autem fortasse eo

pertinet universum, nusquam ad senatum. Nec de senatu dici ista poterant, *παρ' οἷσπερ καὶ τἄλλα κυροῦται* p. 485. *Κύρωσις* omnium rerum in republ. est vel populi, vel eorum, quibus eam potestatem populus delegavit, judicum inprimis. Adde quod reliqua, quae l. c. et p. 492. leguntur, plane jusjurandum judicum designant. At Thesmothetas ita commemorat Orator p. 487., ut de his cogitare non magis liceat. Et illi tantum *εἰσῆγον τὴν γραφὴν εἰς τὸ δικαστήριον*, ut monitum est. Nomothetas igitur solos nobis putes relictos. Neque ego acrius pugnem, si cui actum ab illis hoc judicium esse videatur propter illud, *τῶν νόμων τῶν κειμένων μὴ ἐξεῖναι λῦσαι μηδένα, ἐὰν μὴ ἐν νομοθέταις.* Expendenti talem alium locum Orat. p. 498., de quo mox conjecturam expromam, secus debet videri. Ac verba legis, quae modo laudabam, omnino sic accipi malim, ut ad veterem legem abrogandam accedente post primum judicium auctoritate Nomothetarum opus fuerit, utpote *ἀντεισφερομένην* probantium atque jubentium. Conf. not. seq. Unus, si Heliaeam intelligas, scrupulus residet ex iis, quae p. 492. de jurejurando judicum dicuntur. Nam ea verba in *ὅρκῳ ἠλιαστῶν* non inesse animadverti. Sed tenue quiddam hoc est. Nam illa talia sunt, quae ad cujusvis judicis officium pertineant, minime propria Heliastarum. Ad Heliaeam autem nos ducit illius temporis mos, quo plurima alicujus momenti ad id judicium pertracta esse constat.

g Est is p. 498. in verbis: *ὅταν πρῶτον γένωνται νομοθέται.* De quibus ita Reiskius veloci stilo interrogans: *Quinam? Leptinesne et socii ejus? An alii quidam? Dubitavit hoc ipsum jam dudum Wolfius. Totus hic mihi locus obscurus est ideo, quod rationem creandorum legislatorum haud teneo. Non poterat, quo quisque tempore vellet, eo legem ferre? Exspectandusne erat aliquis ordo temporis ad locum in legislatoribus obtinendum? Eratne perpetuus magistratus τῶν νομοθετῶν, penes quem promulgatio atque explicatio, item emendatio legum esset? Quo a collegio qui abesset, eine legem ferre non licebat?* Pepercissem ego quidem horum nonnullis: fateor tamen impeditum eum locum esse, ut soli conjecturae obnoxium; quod et Ulpiani obscurae gerrae docent. Ergo si opus est denuo hanc aleam experiri, verba universe et ita ceperim: *quum primum in republ. creati erunt Nomothetae.* Non dubito vero, cogitandum esse de Nomothetis solenni more sub anni cujusque initia creari solitis, uti deinceps videbimus. Quodsi cui haec levior videatur auctoritas ad probandum duplex judicium illud, pensitet, velim, mihi ea, quae Orator p. 487. clarius profert: *Ἐγγυώμεθα ἡμεῖς θήσειν τὸν νόμον. Ἐγγυώμεθα, ὑπισχνούμεθα· οἱ θεσμοθέται ταῦτα γραφόντων· ἐπὶ τούτοις τὸ πρᾶγμα γιγνέσθω κ. τ. λ.* Num *ita* Demosthenes loqui potuisset, nisi alia actione posthac opus fuisset, ut lex sua acciperet auctoritatem? Numne futuri temporis verbo, *θήσειν*, esset usus? Nihil igitur rejectae alterius legis judicium videri potest fuisse nisi praejudicium novae. Atque etsi haud dubium est, quin, quo quisque tempore vellet, novam legem posset proponere: (alia enim omnia, quam Reiskius suspicatur, docuit nota p. 129. supra:) tamen plura in eam me sententiam trahunt, ut putem, omnes leges, quotquot per annum propositae essent, tandem in prima prytanea novi anni ad legitimum judicium Nomothetarum vocari debuisse, eoque demum secundum latorem facto *νόμον* fuisse *κύριον*. Addo hoc quoque, quod lator legis videtur mihi nonnisi ante secundum judicium fuisse *ὑπεύθυνος* aut *ἔνοχος τῇ τῶν παρανόμων γραφῇ*. Quare cavi, ne cum Petito et reliquis, quos vidi, hoc in genere dicerem, *latorem indemnem fuisse exacto a lege lata anno.* Nam haec alium sensum habent, quem vellem illi uno antiquo teste praestassent. De reliquo lectores harum rerum minus periti a nobis monendi sunt, ut justam lucem earum ab iis, quae sequentur, exspectent.

h Orat. p. 487. *Τοῦ νόμου λυθέντος,*

institui debuerat, ne quis, quod saepius in proclivi fuisset, hac 144
uteretur fallacia, ut legem sibi vel suis damnosam tantummodo rejectam vellet, idque vinceret nova promittenda, quam de industria deinde non rogaret[i]. Atque hac in re non minus alius quispiam videtur legem *παρεισφερομένην* pro sua usurpare potuisse, ac perferendi periculum loco alterius viri ingredi[k]. Denique etiam in judicio nostro lex Leptinis suos habet Syndicos, de quibus Demosthenes ita loquitur, ut se et Phormionem dicendo excepturi esse videantur[l]. Atqui loquitur ibi de quatuor
tantum; cujus rei caussa non constat: quare haec forsan non 145
displicuerit opinio. Nimirum in numero illorum ipse potuit esse Leptines, idcirco fortasse in eo loco, ubi fides Syndicorum suspecta redditur, praetermissus, quod illum tota paene oratio persecuta esset. Ac quum plura loca doceant, et ipsum Leptinem pro suggestu esse dicturum[m], qua id ille alia, quam Syndici, persona facere potuerit, haud facile dixerim. Pervellem quidem, haec et alia quaedam auctoritate certa firmari possent: verum ubi illa defecerit, quid vetabit modestam fidem conjecturis habuisse?

Haetenus scribendo ea sum potissimum secutus, quae ad hanc Leptineam caussam partim illustrandam valere, partim disci ex ea queant. Non negligendus tamen nobis est insignis locus orationis in Timocratem, sub idem tempus ab eodem oratore conscriptae, qui est de annua censura legum in republ. latarum, atque in universum de novarum ferendarum modis solenni usu receptis. Sed ne longior sim, omissis omnibus iis, quae ex doctrina Antiquitatum Graecarum lecturo jam pridem innotuisse
debent, ut illa sunt de ecclesiis, de prytaneis[n]), de Prytanibus, 146
de Proedris; nudum expromam locum Latine translatum. Habet is plures leges aut potius fragmenta legum, ita totum ordinem rei ob oculos ponentium, ut ipsae nos commentandi labore liberent[o]. Sunt autem eae hujusmodi:

τὸν παρεισενεχθέντα κύριον εἶναι, σαφῶς ὁ παλαιὸς κελεύει νόμος. Itaque *σαφῶς* sancitum de eo erat. Sequitur tamen: *ἵνα μὴ περὶ τούτου τις ἀντιλέγῃ μοι.* Aut ergo lex illa jam tum erat obliterata, aut omnino multis ambagibus cautionum septa, ut orator ea non magnopere sibi utendum duxerit.

[i] In hanc sententiam accipe verba p. 483. et 487., ubi vid. Comment.

[k] Suspicionem hanc movent ea, quae leguntur p. 487. Alibi idem legere non recordor.

[l] Vid. p. 501 seq.

[m] Vid. p. 493 seq. et passim aliis locis, ab ipso inde exordio Orat.

[n] Unum hoc placet subnotare de *πρυτανείαις*, quod a Tayloro, Augerio et aliis perperam traditur, tametsi jam olim vera docuerat Sigon. de R. A. 2, 4. et inpr. Petit. p. 277. In decem *πρυτανείας* civilis annus Atticorum divisus erat, unamquamque 35 dierum, divisione mensem varie intersecante. Habuit autem *πρυτανεία* quaeque 4 ecclesias *κυρίας*, i. e. *statas* seu *ordinarias*, quarum prima incidebat in diem 11, secunda in 20, tertia in 30, quarta in 33 *πρυτανείας*. Itaque qui tres tantum ecclesias numerant, falluntur in eo, quod *πρυτανείας* confundunt cum mensibus. Rectius hactenus Ulpian. ad p. 485. *Τρεῖς ἐγίνοντο ἑκάστου μηνὸς ἐκκλησίαι.*

[o] Nec Graeca subjicere opus, quae leguntur p. 706., ubi conf. Schol. p. 810. Ad ea primus Taylorus p. 759. bene docuit, variarum tantum legum partes ab Oratore dari, compositas pro consilio suo, non unam legem et continuam. Id vero clarissime ipse innuit,

Primae prytaneae undecimo die (qui dies idem est undecimus primi mensis, Hecatombaeonis) in ecclesia post praeconis solennem precationem Prytanes ad populum referunto de legibus, eumque in suffragium mittunto; primo loco de iis, quae pertinent ad Senatum
147 *Quingentorum, secundo de iis, quae ad rempubl. universam, tertio, quae ad novem Archontes, denique, quae ad reliquos magistratus. Ita autem hoc fito, ut de singulis generibus legum populus in suffragium eundo decernat ante omnia, utrum quodque sufficiat, an minus. Cujus rogationis idem plane modus esto, idem ordo, quem in reliquis rogationibus leges sanxerunt antiquitus latae.*

Si quasdam legum receptarum populus repudiari jusserit, Prytanes id temporis munere fungentes providento, ut de iis legibus, quas major pars suffragiorum repudiassit, in tertia ecclesia consilia ineantur; et Proedri quidem ejus tertiae ecclesiae post sacra utique agunto cum populo de Nomothetis deligendis, de legibus eorum judicio permittendis, et omni potestate regunda, simul de mercede iis judicibus publice comparanda.

Nomothetae sunto ex numero eorum, qui jus dixerunt in Heliaea, et jusjurandum dederunt, quod ab Heliastis exigi solet.

148 *Si secus Prytanes faxint, neque ecclesiam habessint secundum ordinem in legibus praescriptum; vel si Proedri neglexerint cum populo agere: unusquisque Prytanum mille drachmas Minervae dare damnas esto*; *et Proedrorum unusquisque quadraginta drachmas*[p]. *Exin utrorumque nomina ad Thesmothetas deferuntor, non aliter, atque quum quis magistratum gessit, quum aerario debet. Thesmothetae autem ejus rei judicium constituunto ex lege. Contra si faxint, adscensus eis ad Areopagum occluditor, ut qui emendationem legum pro virili parte perverterint.*

Ante ecclesiam vero tertiam, quisquis Atheniensium voluerit leges ferre, publice primum, quas laturus sit, ante statuas Eponymorum proscribito, ut pro numero propositarum legum populus spatium temporis praestituere possit Nomothetis ad negotium suum curandum.

149 *Rogaturus novam legem in albo scriptam proponito ante statuas Eponymorum, idque singulis diebus ad diem tertiae ecclesiae usque.*

Hecatombaeonis die undecimo, in prima statim ecclesia, quinque viri suffragio populi eliguntor ex civibus universis, leges defensuri, quae apud Nomothetas abrogentur.

Jungendam denique cum his puto auctoritatem Aeschinis ex Oratione contra Ctesiphontem, quamvis ibi simul aliarum rerum

non νόμον premittens, sed νόμους. Alia dubitatio est, an omnino ita locum ipse consignarit, ut nunc legitur. Nimis saepe in istis publicis literis, apud Oratores insertis, serior manus lectorum mihi videtur grassata esse interpolando, addendo, detrahendo. In interpretatione mea denique affectavi priscum sermonem Latinum.

p Iniqua haec videbitur proportio Prytanum et Proedrorum poenas comparanti: unde est Reiskii correctio, τετταράκοντα μνᾶς pro δραχμάς, non inepta illa. Tamen in tali re hodie non satis clare dispicimus. Et periculum errandi auget Scholiastes illam unam lectionem ob oculos habens ejusque rationem aperire conatus. Hunc unum Scholiastam designat Petitus p. 177., ubi de *juris Attici consultis* loquitur.

quarundam mentio fiat, quas in illis legibus non reperias[q]. Quamobrem vulgo quidem videmus a viris doctis de utroque loco sejunctim exponi: nec id ego, re saepius pensitata, penitus da- 150
mnare ausim. Contra quum reputo mecum, apud Aeschinem non minus agi de annua emendatione legum, priscis legibus constituta, nihilque ab illo dici, quod cum loco Demosthenis pugnet, quumque istis legum fragmentis vix omnis ratio negotii plane descripta videri queat, pronior sum in eam partem, ut Aeschinem, quamvis breviorem, tum de eadem re vel ejus rei praeparatione loqui, tum adeo nonnihil novi ab eo nobis afferri arbitrer[r].

Ad Leptineam redeamus. In paucis, quas hic orator dixit, caussis noti hodie sunt eventus judiciorum: id quod saepe ingratum legenti accidere debet. Nec de hac oratione quidquam esset nobis compertum, nisi testimonium Dionis Chrysostomi 151
exstaret[s]. Atque id testimonium aperte prodit, (talia enim Sophistae non mentiuntur,) vicisse Demosthenem caussam suam, sublatamque esse legem Leptinis.

Jam quod unum reliquum est, nos in orationis hujus inscriptione secuti sumus morem vulgatorum librorum, qui summo consensu hanc tenent, ὁ πρὸς Λεπτίνην λόγος. Nec sane eum morem novum esse praeter alios[t] monstrat anonymus Argu-

[q] Locus Aeschinis hic est p. 433 E. (59, 7. Hst.) *Διαρρήδην προστέτακται τοῖς θεσμοθέταις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν διορθοῦν ἐν τῷ δημοσίῳ* (leg. *ἐν τῷ δήμῳ*) *τοὺς νόμους, ἀκριβῶς ἐξετάσαντας καὶ σκεψαμένους, εἴ τις ἀναγέγραπται* (id est *κεῖται, ἔνεστι, ἐστί,*) *νόμος ἐναντίος ἑτέρῳ νόμῳ, ἢ ἄκυρος ἐν τοῖς κυρίοις, ἢ εἴπου εἰσὶ νόμοι πλείους ἑνὸς ἀναγεγραμμένοι περὶ ἑκάστης πράξεως· κἄν τι τοιοῦτον εὑρίσκωσιν, ἀναγεγραφότας ἐν σανίσιν* (alibi *ἐν λευκώμασι*) *ἐκτιθέναι κελεύει* (subaud. *ὁ Σόλων, ὁ νόμος Σόλωνος*) *πρόσθεν τῶν Ἐπωνύμων· τοὺς δὲ πρυτάνεις ποιεῖν ἐκκλησίαν, ἐπιγράψαντας νομοθέτας, τὸν δ' ἐπιστάτην τῶν προέδρων διαχειροτονίαν διδόναι τῷ δήμῳ, καὶ τοὺς μὲν ἀναιρεῖν τῶν νόμων, τοὺς δὲ καταλείπειν, ὅπως ἂν εἷς ᾖ νόμος καὶ μὴ πλείους περὶ ἑκάστης πράξεως.* In postremis obscurius est *ἐπιγράψαντας νομοθέτας* seu, quod Markl. malit, *τοὺς νομοθέτας.* Nullo sensu Wolfius vertit *inscriptis legumlatoribus;* nec melius ceteri, quos vidi. Attendere debuerant ad id, quod eodem loco apud Aeschinem sequitur de Prytanibus, *ἀποδιδόναι νόμους τοῖς νομοθέταις.* Nempe utrobique *νομοθέται* sunt *judices* illi a populo constituti, non *rogatores legum: ἐπιγράφειν* vero, ut *ἀποδιδόναι*, est *attribuere, designare, constituere,* quod populi fuit proprie, non Prytanum. Sed his, tanquam ecclesiam habentibus, id commode tribui potuit. Saepe haec me torserunt. Alii ignorantiam suam silentio tegunt.

[r] [Dubitatum est utrum thesmothetarum recognitio cum illa, quae in prima cujusque anni ecclesia peragebatur, conjuncta fuerit an non: hoc Petito placuit Leg. Att. p. 187. mihique olim de comit. p. 260., illud Wolfio et recte, ut nunc arbitror. Scilicet statuendum est superioris anni thesmothetas ante quam magistratu abirent illo munere functos, quaeque ab his indicata et proposita essent, in prima novi anni ecclesia populo recitata esse. SCHOEMANN. Antiq. publ. p. 288. Hoc non probabile videtur Frankio in Ephemerid. Jenens. a. 1844. p. 738. de legum ferendarum et abrogandarum ratione disputanti.]

[s] Verba Dionis, etiam a Tayloro adhibita, sunt in Rhodiaca, Or. 31. vol. 1. p. 635. ed. Reisk. *Λεπτίνης τις εἰσήνεγκε νόμον, ὡς χρὴν τὰς ἀτελείας ἀφελέσθαι τοὺς ἔχοντας παρὰ τοῦ δήμου δίχα τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, καὶ μηκέτι τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι διδόναι μηδενὶ τὴν δωρεὰν ταύτην. Τί οὖν; ἔσθ' ὅπως παρεδέξαντο τὸν νόμον; Οὐμενοῦν· ἀλλ' ἑάλω γραφῆς.* In ultimis his inepte Reiskius, injecto vocabulo, legendum censet *ἑάλω παρανόμων γραφῆς.* Ratio patet ex superioribus.

[t] Ut Philostrat. de Vit. Soph. 2. p. 601., unde sua repetiit Eudocia Ion. p. 57. Adde Theonem Progymn. p. 9. et

menti Graeci scriptor, admonens, quid intersit inter κατὰ Λεπτίνου
152 et πρὸς Λεπτίνην. Scilicet prius quasi domicilium habet in accusatione, posterius tantum *praesentem in judicio* signat, non *reum factum*[u]. Sed antiquior aetas Graecorum frequentius ita citare solet: περὶ τῶν ἀτελειῶν, περὶ τῆς ἀτελείας, rarius etiam ὑπὲρ τῶν ἀτελειῶν. Docent haec plures loci, quos alibi adscripsimus. Omnes auctores, a quibus haec oratio laudetur, huc constipare, obscuram et inutilem diligentiam puto.

In argumenta Graeca.

451, 10. Κτήσιππος] Hujus nomen in hac oratione silentio pressum a Demosthene et quare, ait Athenaeus p. 166. REISK.

452, 13. ΑΛΛΩΣ.] Animadversiones, quas ad Demosthenem illustrandum scribere aggredior, etsi non placet interpellare subinde notandis iis, quae in Scholiis mutata sunt: ante tamen, quam ad orationem ipsam accedamus, pauca in Argumentum Graecum, quod dedi, videntur monenda. E duobus enim Argumentis, quae sunt in editionibus, altero Libanii neglecto, quod in eo plura traduntur parum accurate, alterum recepi, longius illud satisque bene ad oratoris fidem scriptum. Cujus autem illud sit, frustra quaeris. Nam si vel maxime eundem ponam esse hunc scriptorem et Scholiastam, ne hoc quidem hodie scitur, cui auctori Scholia assignari debeant, quibus partem orationum Demosthenicarum habemus oppletam. Nomen quod praeferunt Ulpiani, parum nos juvat, hominis aetatem, locum, reliqua ejus omnia plane ignorantes. Neque in Scholiis ipsis invenias quidquam, unde verior conjectura ducatur; ut incertissimum sit, quod posuerunt nonnulli, (v. Suidas voc. Οὐλπιανὸς Ἀντιοχεύς, ibique Kusterus, et Tayl. in Collectaneis ap. Reisk. Orr. Graec. vol. 8. p. 711.) Rhetorem seu Grammaticum ad Constantini Imp. tempora videri demittendum. Etsi meliore vix dignum habeas saeculo. Sane enim quam multa dat puerilia, falsa, a re et loco prorsus aliena, in dilucidis et verbis et sententiis se jactans verbose, obscuriorum contra enarrator magis quam interpres, veritatis lectionum rarissime curiosus, denique novorum postillatorum in modum inanibus circumlocutionibus et dissectionibus oratorem enecans, adeo ut legenti saepe nauseam moveat ac bilem. Vix viginti locos in toto Demosthene putem reperiri, in quibus ille, quod non horum quoque temporum doctrina possit expedire, suppeditet. Sed eo maxime nomine succenseas homini,

16. Tiberium Rhet. p. 168. et 176. Apsin. in Aldi Rhet. p. 695. 697. et alios. Ipse Cicero quodammodo huc trahi potest Orat. c. 31. Contra ultimae aetatis auctor, Thomas Magister v. παρανόμων, Demosthenem laudat ἐν τῷ περὶ ἀτελείας. At verba, quae apponit, non leguntur ibi, sed in Orat. de Cor. p. 267, 6.

u De hoc usu particulae πρὸς conf. Mureti V. L. 7, 9. et Tayl. in Prolegomenis ad Demosth. adv. Eubulid. Ad plures Orationes ea observatio pertinet. Latine in his omnibus πρὸς vertendum *adversus*, non *in*, quod est κατά.

quisquis fuit, quod tam pauca excerpsit e commentariis antiquorum, quorum tamen copiam habere debebat, suaque inepta conscribillare maluit, quam bona aliena dare. Verum cogitandum, quod et ipsa subjicit res, et post Casaubonum aliosque bene Valesius observavit ad Harpocrationem, multa in his quoque scholiis a serioribus assuta esse, viderique ea, qualia nunc leguntur, nihil aliud quam scholiorum e vero Ulpiano ductorum, admistis et aliorum antiquis et plane novis rebus, factam a Grammatico infimi saeculi et ordinis congeriem. Accedit ad hanc fortunam, quod Ulpianea haec per incuriam editorum adhuc sunt inquinatissima vitiis, interdum etiam ipsis verbis, quae explicantur, obscuriora. Itaque saepe prope fuit, ut poeniteret laboris omnis, in quem semel ingressus eram, ut scholiastam una cum textu mea manu describerem, praesertim quum in editionibus duabus principibus pleraque eodem modo viderem inquinata, quo essent in Wolfianis. In hujus tamen viri notulis habui inprimis, quod adjuvaret ingratum laborem. Quae vero sensu plane cassa, ad locos oratoris planissimos, omnem medelam respuerent, nulla mihi religio fuit talia prorsus abjicere. Quod haud saepius tamen memini factum, quam tribus quatuor locis. Sic cogitabam mecum, tamne lepidam chartam talibus spurcitiis maculari! Universe autem horridulum magistrum, in hac quidem particula, ita peximus comsimusque, ut cultiorem factum facile sit videre, si quis priores editiones cum hac nostra comparare voluerit. Sed de his satis. F. A. WOLF. Argumentum alterum, quod ab codicibus et Bekkeri et nostris abest, scriptoris est multo quam Libanius recentioris, ejusdem, ni fallor, cui longiorem orationis de falsa legatione *ὑπόθεσιν* debemus (p. 334 sq.), quae ipsa quoque ab codicibus abest.

452, 16. *γράφων τις νόμον*] Editi habent partim *γράφειν τις νόμον*, partim *γράψαι τὸν νόμον*. Hinc feci *γράψας τις νόμον*, veram haud dubie scripturam. Taylorus correxit *ὁ γράφων τὸν νόμον*. Sed locus, quem verba tenent, ea vix sinit ad Leptinem trahi. Universe contra si acceperis, nullus in posteriore voce articulo locus est. Etiam posthac in hoc Argumento legimus: *νόμος ἦν, τὸν γράψαντα νόμον ἢ ψήφισμα μετὰ ἐνιαυτὸν μὴ εἶναι ὑπεύθυνον*. F. A. WOLF. *γράφει τις νόμος* ex cod. Vindob. affert Taylorus, cujus ex conjectura solum assumsi *γράφων*.

πρὸς αὐτὸν] V. quae F. A. Wolfius dixit in fine Prolegom.

452, 20. *πολλαῖς*] F. A. Wolfius dedit: *τοὺς εὐεργέτας μάλιστα πόλεως καὶ διαφόροις τιμαῖς, καὶ δὴ καὶ ἀτελείᾳ*. "Edunt omnes" inquit "*τοὺς εὐεργέτας μάλιστα πολλαῖς καὶ διαφόροις τιμαῖς*. Illud vero *πολλαῖς* hac junctura ineptum bene notat Taylorus, ex Ital. allata lectione, *ἄλλαις τε καὶ διαφόροις τιμαῖς*, quae, etsi melior, tamen et ipsa videtur esse a correctore. Vocabuli ejus, in quo vitium patet inesse, emendationem meam firmat Demosthenes in Orat. p. 477, 12. aliisque locis. Erroris caussam habeo *καί*, quod sequitur, minus a scribis intellectum, cui respondent *καὶ δὴ καί*. Sic enim *καί* vel *τέ* ponunt in uno membro, in altero ad vim

augendam vel *καὶ δή* vel *καὶ δὴ καί.* ubi Latini dicunt *quum* et mox *tum etiam, tum maxime.*" Parum probabilis et emendatio et disputatio. Hoc enim si Anonymus voluisset, scripsisset, articulo addito, *τῆς πόλεως*: quanquam satis inficete, cum proxime antecedat *τῇ πόλει.* Adverbium *μάλιστα* referendum est, non ad sequentia, sed ad accusativum antecedentem, *τοὺς εὐεργέτας.* SCHAEF. Qui non magis quam Wolfius animadvertit valde supervacaneum esse *μάλιστα.* Vera scriptura videtur *τοὺς εὐεργέτας ἄλλαις τε πολλαῖς καὶ διαφόρους τ.*

452, 21. *ἐπέλειψαν*] Recentioris est Graecitatis: antiquioris et classicae *ἐπέλιπον.* V. not. ad Poët. Gnom. p. 148. et Lobeckii Parerga ad Phrynich. p. 713. SCHAEF.

λειτουργήσοντες recte H. Wolfius pro *λειτουργήσαντες.* Quid ad sensum intersit docet participiorum in modos finitos resolutio. *ἐπέλειψαν οἱ λειτουργήσαντες* est i. q. *ἐπέλειψαν οἳ ἐλειτούργησαν*· quod h. l. absurdum est: *ἐπέλειψαν οἱ λειτουργήσοντες* est i. q. *ἐπέλειψαν οἳ λειτουργήσουσι*: quod sensus loci poscit. SCHAEF.

452, 23. *περιισταμένων* H. Wolfius. Vulgo *παρισταμένων.*

452, 25. *αὐτοῖς ῥήμασιν*] *His ipsis verbis.* Erravi vertens *iisdem verbis* ad Gregor. Cor. p. 304., Marinus Vit. Procli p. 9. ed. Boiss. *ἐπ' αὐτῶν δὲ ἐρῶ τῶν τοῦ ἀνθρωπίου ῥημάτων.* Neque *αὐτῆς ἡμέρας* ibidem citatum e Plutarcho vertendum *eodem die,* sed *illo ipso die.* SCHAEF.

453, 5. *οἱ δικάζοντες* —] Ex oratore p. 504, 25. scribi hoc loco debebat *οἱ ἄρχοντες, ὅταν ὀφείλοντες τῷ δημοσίῳ ἄρχωσι.* Ad rem tamen minimum interest, quum *τοὺς ἐγγεγραμμένους ἐν ἀκροπόλει* Athenis eadem lex a magistratu et a judiciis excluserit. F. A. WOLF.

453, 11. *κατὰ τῶν νόμων*] Ferant fortasse multi, quod olim constanter legebatur, *κατὰ τὸν νόμον.* At potior Bodl. lectio, nunc restituta, vel ei similis altera, *κατὰ τοῦ νόμου.* Sensus est: *Quandoquidem sic quoque leges ipsas licebat accusare, tametsi latores non amplius obnoxii essent.* Ἐξῆν μετὰ ἐνιαυτὸν ποιεῖσθαι τὰς κατηγορίας κατὰ τῶν νόμων, οὐ κατὰ τῶν γραψάντων. Usus particulae ne quem offendat in formula *ποιεῖσθαι κατηγορίαν κατά τινος,* occurrit statim hic *ποιεῖσθαι τὴν γραφὴν κατὰ τοῦ νόμου,* illaque ipsa formula in Lysiae Or. XXXI. princ. Conf. Xenoph. Hellen. I. 7, 6., ubi quod scriptum est, scribi etiam debuit ambigui vitandi caussa. Omnino id saepius fit, ut praepositiones nominibus, ad quae alias subaudiri solent, apponantur. F. A. WOLF.

453, 16. *τούτων οὖν κατηγόρων κ. τ. λ.*] De hoc genitivorum absolutorum abusu v. not. ad Argum. Orat. de male gesta legat. p. 336, 7: quod Argumentum ejusdem videtur anonymi esse. SCHAEF.

454, 3. *ἀφ' ὧν—ἐποίησε*] *Non orsus est unde oportuit.* SCHAEF.

454, 5. *θεσμός—νόμος*] *θεσμὸς* et *νόμος* quomodo inter se differant docent Anecd. Bekk. p. 264, 12. SCHAEF.

454, 18. *τὸν σῖτον*] *Triticum quod adhuc misit.* SCHAEF.

455, 3. συνυποδύεται δὲ καὶ κατασκευάζει καὶ τὴν σύστασιν τοῦ οἰκείου νόμου] *orator occulte se insinuans jam nunc etiam propriae legis commendationem parat.* F. A. WOLF. Sensus: Dum orator nihil aliud quam Leptinis legem videtur accusare, oppositam illi legem tecte commendat. σύστασις h. l. et v. 13. est *commendatio:* sed v. 11. *oppositio*, ἀντεξέτασις. SCHAEF.

456, 3. καὶ τούτῳ—τῷ λόγῳ] Sunt verba ipsius oratoris. V. p. 457, 8. SCHAEF.

456, 10. ἐστὶν ἐπὶ] F. ἐστὶ περὶ. SCHAEF.

457, 1. Ἄνδρες δικασταί] Quae primam hanc periodum sequuntur, ea statim ita in caussam irrumpunt, ut nobis, qui adsueti sumus prooemiis, paene capite truncata oratio videri possit. Neque tamen magis prooemium pro necessaria parte habendum quam peroratio, praesertim ad auditores satis jam alterius oratione ad argumentum, quod quis tractat, praeparatos. Vid. Aristot. Rhet. 3, 13. et Quinctil. 4, 2, 72. Verum de exordio nostro aliter antiquos rhetores judicasse, docet Photius Biblioth. Cod. 265. p. 1470. Φασὶ δὲ τὸν Δημοσθένην τέσσαρα καὶ εἴκοσι γεγονότα ἔτη τὸν περὶ τῶν ἀτελειῶν, ἤτοι τὸν πρὸς Λεπτίνην, φιλοπονήσασθαι λόγον· οὗ τὸ προοίμιον Λογγῖνος μὲν ὁ κριτικὸς ἀγωνιστικὸν νομίζει, ἕτεροι δὲ οὐκ ὀρθῶς ἔφασαν τὸ προοίμιον ἠθικὸν εἶναι. Καὶ πολλοῖς οὗτος ὁ λόγος παρέσχεν ἀγῶνα, κρίνεσθαι προτεθεὶς, ὥσπερ καὶ Ἀσπασίῳ τῷ ῥήτορι, ἅτε μηδ' ἐφιγμένῳ τῆς τοῦ λόγου θεωρίας εἰς ἀκρίβειαν. Hoc ergo unum olim dubitarunt, quam dicendi formam Demosthenes h. l. adhibuerit. Longinus autem, cujus illa sententia e libro, quem τοὺς φιλολόγους inscripsit, petita videtur Ruhnkenio de Vita Longini §. 10., prooemium videri debet inclusisse primis quatuor §§. (Ἄνδρες δικασταὶ—usque ad τιμωρησόμεθα p. 458, 16.), eaque praecipue spectasse, quae acrius contra Leptinis in ferenda lege consilium dicuntur. De Photii loco conf. Toup. ad Longin. c. 39. F. A. WOLF.

μάλιστα μὲν—συνερεῖν] Citat Demetrius Phalereus §. 10. coll. §. 11. SCHAEF.

μάλιστα μὲν εἵνεκα κ. τ. λ.] Brevitate Demostheni praeter ceteros propria arctatur sententia: *Duae sunt caussae, quibus commotus ad dicendum surrexi, altera et ea praecipua, quod abrogationem legis Lepitneae* (τὸν νόμον, legem de qua nunc agitur) *e rep. esse arbitror; altera, quod Ctesippi hujus, qui in judicio adest, caussa cupio.* τούτοις jungendum cum συνερεῖν, h. e. συνηγορεῖν, ut ὡμολόγησα absolute accipiatur, quod saepe fit: *recepi, me caussam horum defensurum.* Spectat autem τούτοις Aphepsionem et Ctesippum, fortasse etiam subscriptores quosdam. Mox ὡς, omissum vulgo a nonnullis, Taylorus restituit, probandum non ob consensum tantum codicum, sed propter ipsam vim sententiae et usum. Ita Lysias Or. 5. p. 186. Δοκεῖ μοι αἰσχρὸν εἶναι—μὴ βοηθῆσαι Καλλίᾳ τὰ δίκαια, ὅπως ἂν δύνωμαι. Isaeus Or.

3. princ. Εἰκὸς οὖν μοι δοκεῖ εἶναι, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, συνειπεῖν αὐτοῖς. F. A. WOLF. Semel nomen professus in oratoribus non potuit dicere ἂν οἷός τε ὦ: debuit, si modestiae laudem in ipso orationis exordio captare vellet, ὡς ἂν οἷός τε ὦ. SCHAEF.

457, 2. τῇ πόλει] Absunt ab Aristide p. 310. συμφέρει λελύσθαι τῇ πόλει τὸν νόμον Hermogenes p. 105. Et cum Crispin. det συνερεῖν, dat Aldina συνεργεῖν. REISK.

457, 3. ὡμολόγησα—συνερεῖν] Citat Demetrius Phal. §. 256. SCHAEF.

ἔστι δ' οὐκ ἄδηλον—] Astuta est ratio oratorum, ut quid adversarius allaturus sit pro sua caussa, compertum se habere dicant, qua techna illius saepe firmissima argumenta elevant occupando. Ἐπιστήμην vocant rhetores. Hermogenes περὶ μεθόδου δεινότητος c. 23. p. 547. Laur. Ἐν τῷ περὶ τῆς ἀτελείας ἰσχυρότατον προτείνων τοῦ Λεπτίνου κεφάλαιον, τὸ τῆς ἀξίας, τῇ ἐπιστήμῃ προέτεινεν οὕτως· Ἔστι δ' οὐκ ἄδηλον κ. τ. λ. Τὶς ἄλλος ad syndicos legis pertinet p. 501, 21 seqq. F. A. WOLF.

457, 6. δίκαιον μὲν οὐδὲν ἐρεῖ—] *Aequam justamque esse legem, adversarii nostri vincere dicendo non poterunt; utilem duntaxat civitati esse, inculcabunt.* τούτῳ πλείστῳ χρήσεται τῷ λόγῳ. *Hanc rationem urgebit cupidissime, hanc nobis ubique ingeret,* ἄνω καὶ κάτω, ut Attice loquitur schol. ad verba: τουτὶ παρὰ πάντ' ἔσται τὸν λόγον αὐτοῖς. p. 474, 1. F. A. WOLF.

457, 10. ἐγὼ δ', ὅτι μὲν κ. τ. λ.] Usque ad ἐάσω citat Dionysius Halicarn. de C. V. p. 110. meae edit. Usque ad γιγνώσκεται Tiberius p. 21. SCHAEF.

ὅτι μὲν τινῶν—] *Injustum est, si quis hac caussa abusus, quod quidam immunitate videantur indigni, ad unum omnes dono suo spoliatos velit.* τινῶν κατηγοροῦντα est τινὰς ἀναξίους νομίζοντα, uti deinde καταμεμφόμενόν τινας. Ad ipsum κατηγοροῦντα supple τινά, et simplicem structuram cogita hanc esse: τινὰς κατηγορεῖν τινῶν, εἶτα ἀφαιρεῖσθαι πάντας τὴν δωρεάν. Priore structura nihil est frequentius, et praestat eam hic Dionysius de Comp. Verb. §. 9., haec laudans in exemplum concinnitatis, e qua brevitatem putat ortam. Ita enim oratorem scribere debuisse: Ἐγὼ δὲ, ὅτι μὲν τινῶν κατηγοροῦντα, ὡς οὐκ ἐπιτηδείων ἔχειν τὴν ἀτέλειαν, πάντας ἀφαιρεῖσθαι καὶ τοὺς δικαίως αὐτῆς τυχόντας τῶν ἀδίκων ἐστὶν, ἐάσω. Alias virtutes plures in hoc exordio miratur Hermogenes π. ἰδεῶν lib. 1. extr. F. A. WOLF.

457, 11. δωρεὰν] ἀτέλειαν ap. Dionys. l. c.

τῶν ἀδίκων ἐστίν] H. e. ἄδικόν ἐστιν. Ita dicunt ἔστι τῶν καλῶν, τῶν χρησίμων, τῶν χαλεπῶν, τῶν ἀτόπων pro ἕν τι τῶν καλῶν etc., quod est infra p. 498, 1. et apud Aeschinem in Timarch. princ. Sic Aeschyl. Agam. 1407. (1395.) accipimus ἦν πρεπόντων pro ἦν πρέπον, ἔπρεπε, ubi erravit Heath. Ceterum a nonnullis perperam scribitur τῶν ἀδικούντων, et antea κατηγοροῦντας πάντα. Melius Tiberius περὶ τῶν παρὰ Δημοσθένει σχημάτων §. 5. Ὅτι μὲν τινῶν κατηγοροῦντας πάντων ἀφαιρεῖσθαι τὴν δωρεάν. Hermogenes autem p. 370. habet πάντας ἀφαιρεῖσθαι τὴν δωρεὰν τῶν ἀπο-

πωτάτων ἐστίν, quod est a memoriae lapsu. Alio in loco. Π. Μ. Δ. p. 526., ubi de praeteritione agit, et ipse lectionem optimorum librorum tuetur. F. A. WOLF. De loco Aeschyli fallitur. Hoc enim τῶν πρεπόντων dicendum fuisset cum articulo. Recte, ut videtur, Stanlejus πρεπόντως.

457, 11. εἴρηται] Scilicet haec est oratoris secunda actio hujus caussae. Phormio eam jam ante Ctesippum egerat, ut e pag. 472, 12. constat. REISK.

457, 12. ἴσως] Non dubitanter loquitur orator, sed, ut solent Attici scriptores ἀστεϊζόμενοι, hoc adverbium de re certa usurpat. V. not. ad Longi Pastoral. p. 357. SCHAEF.

ἀλλ' ἐκεῖνο ἂν ἐροίμην—τούτους] *Illud libenter e Leptine quaesiverim, quid caussae sit, cur, si vel maxime non unus forte aut alter, verum omnes indigni viderentur, populum Atheniensem perinde ut illos tractare voluerit, cur vos quoque in ordinem putarit cogendos.* Quaestio in speciem simplex est et ingenua, vere subdola et acerba. F. A. WOLF. Libri partim ἐκεῖνο ἂν, partim ἐκεῖνα ἂν, quod indicio est ἐκεῖν' ἂν cum apostropho esse scribendum, ut fecerunt editores Turicenses. Sic infra v. 24.

457, 18. μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι δοῦναι, ὑμᾶς τὸ δοῦναι] Haec quum mire varient in MSS., tutissimum putavi optare lectionem ab Obsop. et Wolf. proditam, quae tum nihil habet ab oratoris mente alienum, nihil, quod non alibi postea repetatur, tum suavitate concinnitatis placet, tum linguae legibus non adversatur. Hac saltem parte laborat sedulo commendata a Tayloro scriptura: μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι δοῦναι ὑμᾶς, τὸ δοῦναι ὑμῖν ἐξεῖναι. Qua striligine, etsi ducta e libris optimis et ed. Benenati, merito spreta, Reisk. dedit: μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι, ὑμᾶς τὸ δοῦναι ὑμῖν ἐξεῖναι. Sanior haud dubie haec lectio est, cui si quis acquiescat, ἀφείλετο ὑμᾶς τὸ ἐξεῖναι ὑμῖν δοῦναι erit explicandum: *Abstulit vobis potestatem donandi*; ad prius ἐξεῖναι vero supplendum e superioribus εἶναι ἀτελῆ, ut sit: *Quod adscripsit Leptines, ne in posterum quidem cuiquam licere immunem esse, in eo jus et potestatem vobis abstulit donandi.* Atque hanc rationem fatendum est et bonis libris se tueri, et teste Demetrio de Elocut. §. 246., qui tali modo scripta haec laudat pro exemplo δεινότητος, e scabritie et asperitate sonorum (τῷ δυσφθόγγῳ) orientis. Mihi tamen nondum plane persuasum est hanc Demosthenis esse manum. Ut omittam, durius ad ἐξεῖναι pertrahi εἶναι ἀτελῆ, ineptus videtur ipse circuitus, qui est in verbis τὸ ἐξεῖναι ὑμῖν δοῦναι, quando simpliciter τὸ δοῦναι potuerat dici *potestas donandi*, ut est τὸ τιμᾶν p. 493, 16. aliaque id genus alibi. Deinde si cui scriptura nostra videatur immodestior, quam qua Leptines *in ipsa rogatione* usus credi possit, haud multum ea dubitatio valeat. Prorsus sic, ut dedi, repetuntur verba p. 473, 28. et p. 488, 27. inprimisque p. 506. 8. F. A. WOLF. Qui verba ὑμῖν ἐξεῖναι post τὸ δοῦναι omisit. Ea agnoscit Demetr. l. c. sic scribens. ποιεῖ δέ τινα καὶ ἡ βία κατὰ τὴν σύνθεσιν δεινότητα· δεινὸν γὰρ πολλαχοῦ καὶ τὸ δύσφθογγον, ὥσπερ αἱ ἀνώμαλοι ὁδοί. Παρά-

δειγμα τὸ Δημοσθενικόν, τὸ "ὑμᾶς τὸ δοῦναι ὑμῖν ἐξεῖναι." Codex Obsopoei utrum duo illa verba habeat an omittat non liquet ex annotatione ejus nec multum momenti facit in ceterorum librorum consensu. Nihilominus fatendum est valde probabilem esse Wolfii sententiam verba illa delentis, quae ex aliis hujus orationis locis (ut p. 458, 10. 467, 22. 473, 28.) moleste illata videntur. Simili interpolatione proxima verba liberavimus sublato quod post *ἔχοντας* legebatur ex superioribus repetitum *ἀφείλετο*, notatum jam ab antiqua manu in S. Quo vitio non animadverso in recentioribus codicibus *ἐνόμιζεν* in *νομίζων* est mutatum. Porro proximum quoque *δοῦναι* v. 22. rursus duorum vocabulorum appendice (*τὰ ἑαυτοῦ*) auctum est in libris deterioribus.

458, 2. *ἔθηκε*] *ἔθηκα* cum aliquot codd. Apsines p. 699.

458, 4. *οὐ γὰρ ἔστιν κ. τ. λ.*] *οὐ γάρ ἐστι τῶν πάντων, ἐφ' ὅτῳ—. Nulla est enim pars reip. vestrae, in qua parte vobis hoc non accidat:* (*τοῦτο* h. *τὸ ἐξαπατᾶσθαι*) *sed scita saepe multa fecistis* etc. Ex libris scriptis et ed. Aldina Markl. restituit *πολλὰ πολλάκις*, quum in Wolf. *πολλὰ* extritum esset, ut est etiam in Apsin. l. c. ac Minucian. extr. Horum autem locis, ut aliis pluribus ex isto sterquilinio Rhetorum Aldi. vix ulla auctoritas esse potest. Ipsa, quae hoc loco attingitur, Atheniensium *δυσβουλία* paene in proverbium versa. Jam Eupolis feliciores eos quam prudentiores dixerat lepidis iambis, servatis ab Athenaeo 10. p. 425., quibus concinit Demosth. Philipp. I. p. 43, 17. *Ἡ τύχη ἀεὶ βέλτιον ἢ ἡμεῖς ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμελουμένη.* Conf. Aeschin. in Ctesiph. p. 465 E. [edit. Francof.] Aristoph. Nub. 587. et ibi intpp. et Suidas v. *Ἀθηναίων δυσβουλία.* Neque minus solenne olim alterum crimen Atheniensium, quod infirmiori se parti adjungere solerent. Satis habeo ad hoc laudare Isocrat. Panegyr. c. 14. F. A. WOLF.

458, 7. *καὶ ὅλως ἐν—*] *Quid multa? In tanta copia rerum, quas publice agitis, tale quid necesse est evenire.* In Graecis sententia haec mollescit per particulam ante *τοιοῦτο* insertam, hac fere vi: *Saepe optima consilia initis, fraudibus concionatorum non decepti; interdum tamen etiam hoc, ut decepti sciscatis, usu venire debet.* *Ὅλως*, quod est *ἐνὶ λόγῳ, ὡς ἔπος εἰπεῖν*, poni solet post plura enumerata in ultimo membro, fere ut Lat. *denique*. F. A. WOLF.

458, 8. *ἐν οἶμαι πολλοῖς*] Sic *οἶμαι* collocatum ap. Plat. Rep. 8. p. 564. *ἐξ οἶμαι τῆς ἀκροτάτης ἐλευθερίας.* Conf. Heindorf. ad Gorg. p. 123.

458, 12. *προβουλεύειν* ad Senatum *Quingentorum* (*βουλὴν, τοὺς πεντακοσίους*) et ejus decreta seu auctoritates pertinet; *χειροτονεῖν* ad *δῆμον* ejusque in ecclesiis suffragia et scita, quae niti semper debebant *προβουλεύμασι.* Talia nota esse debent ad Demosthenem accedentibus. F. A. WOLF.

458, 15. *τῆς δωρεᾶς* in libris multis lectum post *εἶναι* e loco inferiore v. 19. est illatum.

458, 20. *δέ τι*] Vulgatum olim *δέ ποτε* in *γρ.* habet S.

458, 26. *πρὸς δὲ τούτῳ καὶ δι' ἐκεῖνο*] Scil. *εὕροιτ' ἂν μᾶλλον ἐκεῖνο λυσιτελοῦν*. Sequitur jam ratio altera, ad illud *διὰ τί* referenda. Nunc autem quam subdole noster adversarium pungat vide: *Leptines stultitiam a vobis haud alienam putare videri debet: stultitiae tamen probrum facilius ferri potest quam malitiae et improbitatis* etc. Certe hoc sibi vult orator. Jam si credamus, quod credere licet, non minus quam hodie, jam tum in populo Atheniensi fuisse, qui improbi, si id vitare non possent, videri mallent quam stulti, ingeniosissime sententia videbitur expressa. Sed venustatem loci magis sentias comparando inepto Aristide, qui rustice impingit §. 17. Noster autem his ac similibus, quasi temere interjectis, jam nunc auditorum animos praeparat ad novam legem suam, qua simul et *εὐηθείας* et *κακίας* ignominiam amolietur. F. A. WOLF. Vereor ut vocem *εὐήθεια* recte interpretatus sit *stultitiam*. Est, opinor, *simplicitas*, moresque cum moribus comparantur: ut nihil hic subdoli sit, quo noster adversarium pungat. Sententiam dicas moratam, non ingeniose expressam. SCHAEF.

459, 4. *τινας*] *τοὺς* S.: sed illud in *γρ.*

459, 5. *τοὺς χρησίμους ὄντας*] *Cives de Rep. optime meritos*, qui alibi vocantur *χρηστοί*. Occurrit tamen et illud, licet rarius, ut in Isaeo ap. Dionys. Judic. de Isaeo §. 8. Ita infra qui p. 491 extr. sunt *χρήσιμοι*, ii paullo post dicuntur *χρηστοί*. Alia ratio est formulae *χρήσιμον αὑτὸν παρασχεῖν*, quae passim occurrit in hac oratione, de quo usu notavit Markl. ad Eurip. Supplices 887. At nonne in hac periodo vitiose inculcatur id, quod praeterire se velle antea orator dixit? *ὅτι μὲν τινῶν κατηγοροῦντα πάντας ἀφαιρεῖσθαι τὴν δωρεὰν τῶν ἀδίκων ἐστὶν, ἐάσω.* Sane eadem nunc proponitur res, sed modo proponitur non eodem. Illic *τὸ ἄδικον* rei respicitur, hic *τὸ ἄλογον*. F. A. WOLF.

459, 7. *κατὰ τὸν τούτου λόγον*] *Ex sententia istius, Leptinis.* Nimirum in Graecis oratoribus pronomen *οὗτος* notat et judicem et clientem et adversarium, quum Latine *iste* dicatur de adversario, *hic* de cliente et judice. Vid. Aeschin. et Demosth. Orr. de Corona, Ciceron. pro Rosc. Amerin. et alibi passim. F. A. WOLF. Quod in libris plerisque est *τούτων* etsi de Leptine ejusque sociis intelligi potest, minus tamen apte positum foret post plura alia numeri pluralis nomina, quae praecedunt, inter quae nullum est quod Leptinis sociorum significationem habeat.

459, 13. *τὸν ἥμισυν—τοῦ χρόνου*] Structura est similis Thucydideae isti, qua dicitur *ὁ πλεῖστος τοῦ βίου, ὁ πλέων τοῦ στρατοῦ* lib. 1. c. 5. et 73. 8, 48. eademque plane, quae affertur in Alexidis verss. ap. Athen. 2. p. 47 D. *ὁ ἥμισυς τοῦ βίου.* Multo frequentius pluraliter *οἱ ἡμίσεις τῶν ἱππέων* et similia. F. A. WOLF. Exemplis allatis hoc adde Herodoteum, *τὸν πολλὸν τοῦ χρόνου* 1. 24. IDEM in Ind. V. quae congessi in Bosii Ellips. p. 274. SCHAEF.

459, 15. *εἶθ' ἧς πᾶσι μέτεστι—*] Sic ratiocinatur: *Omnes cives, etiam qui immunitate donati non sunt, dimidiata tamen quadam*

immunitate fruuntur ex lege et more, e quo nemo nisi altero quoque anno ad liturgias adigi potest. Jam illud, quod praecipuum habent ii, qui immunitate donati sunt, haberi debet duntaxat pro dimidio, non pro toto et solido. Et hoc tantulo dono hos spoliabimus? Plana est sententia, at argumentatio captiosior, nec usquequaque vera. Bene rem cepit Taylorus restituens *ἧς* pro Aldino *οἷς*. Sed ad *ἧς* et *ταύτης* ex *ἀτελής*, quod prae oculis est, eliciendum *ἀτελείας*. Mox pro *αὐτοῖς* alii libri *αὐτοί*. Explicari quidem id posset, junctum cum *προστεθείκαμεν*, sed dativus, si quid video, huic verbo magis necessarius est. *τοῦτο, ὃ προστεθείκαμεν αὐτοῖς*, h. *alterum dimidium, quod illis superaddidimus donatione nostra.* F. A. WOLF.

459, 17. *οὔτε γὰρ ἄλλως καλὸν οὔτε πρέπον ὑμῖν*] *Hoc enim quum per se turpe est, tum vobis maxime indecorum, Atheniensibus*, quorum liberalitatem, fidem, tot alias virtutes totus orbis celebrat. F. A. WOLF.

459, 20. *ἀψευδεῖν*] Libri plures *ἀψευδῆ*. Imposuit librariis infinitivus sic ante *νόμον* positus. Tali autem modo fere utuntur Graeci, vel accusativis addito vel etiam solo, quum legis aut psephismatis sententia breviter afferenda est, quo usu nihil in hoc genere solennius. Ita *νόμος ἀψευδεῖν* est *νόμος περὶ τοῦ ἀψευδεῖν*, nec subaudiri debet *δεῖ*. [Sic *νόμος φιλεῖν* ap. Xenoph. Cyrop. 1, 4, 28. SCHAEF.] Hoc igitur dicit, *Nonne inhonestum est, quum lege sit a vobis cautum, ne quis in foro et in mercibus emendis vendendisque fraude ageret, quibus tamen in rebus si qua fraus committitur, Resp. nihil detrimenti accipit, Populum eundem ipsum, qui illud singulis civibus injunxerit, in publicis negotiis eam legem non servare, idque etiam cum magno detrimento suo.* Ipsam legem, quam Noster attingit, et cujus custodes Athenis erant maxime *ἀγορανόμοι*, ex Hyperide laudat Harpocratio in v. *κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν*. Et ut haec generalis erat lex, ita aliae subinde latae, quae ad eandem partem publici ordinis, h. e. ad forum rerum promercalium, spectarent. Sed harum tenues sunt in scriptoribus, quos habemus, reliquiae. Conf. S. Petiti LL. AA. p. 495. F. A. WOLF.

459, 21. *ἐφ' οἷς οὐδέν ἐστι δημοσίᾳ βλάβος εἴ τις ψεύσεται*] Nimirum si quis in foro fraudatur seu mensura, seu pondere, seu aliqua re, damnum is facit *ἰδίᾳ*, *privatim*; *δημοσίᾳ*, *publice*, nullum fit. Agitur de cujusque pecunia privata. F. A. WOLF.

459, 26. *εἰ καὶ δόξαν*] Propter illa, *εἰ μὴ χρήματα*, Reiskius scribendum censet *ἀλλ' εἰ μὴ καὶ δόξαν χρ.* Quod sanum loci sensum detorquet. Primum puta totam hanc sententiam adjectam illustrandis verbis, *οὐ μικρὰν ζημίαν ὀφλήσειν μέλλουσαν*, tum junge: *οὐ μόνον σκεπτέον, εἰ μὴ ἀπόλλυτε χρήματα, ἀλλὰ καὶ, εἰ ἀπόλλυτε δόξαν χρηστήν.* *Non enim illud tantum videndum vobis est, an in aliqua re jacturam nullam pecuniae faciatis, sed hoc quoque, an forte vere faciatis famae, qua optima nunc fruimini.* Concedit ergo, pecuniae quidem jacturam publice *non* fieri immunitatibus tollendis. (declaraturus tamen postea p. 464.

15., etiam nihil rempubl. ex ea re ditari.) at *utique* fiet (inquit) famae, fiet gloriae vestrae. Atque in hoc ipso est ζημία, eaque gravior quam pecuniaria, magisque liberali animo pertimescenda. F. A. WOLF. Vulgata est sanissima. Sed locum sic interpreter: *Non enim* (hac in deliberatione de tollendis immunitatibus) *illud tantum videndum est, an pecuniam lucremini, sed etiam hoc, an famae jacturam faciatis.* εἰ μὴ χρήματ' ἀπόλλυτε i. q. εἰ χρήματα σώζετε. SCHAEF.

459, 28. τεκμήριον δέ] Jam egregie ad rem suam utitur fama liberalitatis ac fidei majorum. Cujusmodi argumentis nihil fingi aptius potest ad ingenium talium hominum, quales Athenienses erant. Quamvis enim paucorum ex illo populo fuisse videatur hic malus fastus, qui in antiquis stemmatis gentilibus nititur, universi tamen majorum actis et virtutibus ita superbiebant, ut, quaecunque de his omninoque de prisca Athenarum nobilitate praedicarentur, ad se quisque pertinere putaret. Cujus utilioris superbiae testes habemus plures praeclaras ῥήσεις in scenicis poetis et loca aliquot splendida Isocratis, Lycurgi, nostri in Orat. de Corona et in aliis, et Menexeni Platonici exordium festivitatis Atticae plenissimum. F. A. WOLF.

460, 2. οὐδένα—ἀλλὰ καὶ] Solennis usus sic adhibet particulas ἀλλὰ καί, omissis οὐ μόνον, ubi majus quid minori superadditur, qua eadem vi Latini interdum ponunt *sed et*. *Propter gloriam nullum unquam periculum majores nostri detrectarunt, sed et facultates suas ipsorum ultro impenderunt.* Ad rem conf. de Cor. p. 247. 296. et in Androt. p. 607., ut alios locos mittam. F. A. WOLF.

460, 4. ταύτην—περιάπτει] Scilicet δόξαν. In δόξα, sicut Lat. *fama*, inest media potestas, unde δόξα κακὴ, πονηρὰ, φαύλη. ταύτην capies de ea, quae statim describitur verbis τρία γὰρ κ. τ. λ. περιάπτειν de infamia vel labe, qua quem adspergimus, frequens est, unde ὄνειδος vel αἰσχύνην τῇ πόλει περιάπτειν. Quanquam verbum in bonam quoque partem sumitur. F. A. WOLF.

460, 7. ὅτι τοίνυν οὐδ' ἐστὶν κ. τ. λ.] Locum hunc e memoria sic recitat Aristides p. 358. ἵνα τοίνυν γνῶτε, ὡς οὐδέ ἐστι τοῦ τῆς πόλεως ἤθους κύριον ποιῆσαι τοιοῦτον νόμον. REISK.

460, 10. ἕν τι—διεξελθών] Recte H. Wolfius vertit: *si unum prius nostrae civitatis exemplum attulero.* Post exemplum sequitur demonstratio v. 22. sqq. πῶς οὖν οὐ δεινὸν κ. τ. λ. SCHAEF.

460, 11. λέγονται χρήμαθ' οἱ τριάκοντα κ. τ. λ.] Citat h. l. Aristides Τέχν. p. 184. et p. 121. REISK. Rem praeter hunc nostrum memorant brevius quidem Xenophon Hellen. 2, 4, 19. et Plutarchus Lysand. p. 445 B., forsan et Lysias Or. XXX. p. 860., diligentius Isocrates in Areopag. p. 225., [p. 153. H. St.] cujus verba utiliter a lectore conferentur: Οἱ δὲ κρατήσαντες καὶ μεθ' ὅπλων κατιόντες (οἱ ἐν Πειραιεῖ) αὐτοὺς τοὺς αἰτιωτάτους τῶν κακῶν ἀνελόντες, οὕτω τὰ πρὸς ἀλλήλους καλῶς καὶ νομίμως διῴκησαν, ὥστε μηδὲν ἔλαττον ἔχειν τοὺς ἐκβαλόντας τῶν κατελθόντων. Ὁ δὲ πάν-

των κάλλιστον τεκμήριον καὶ μέγιστον τῆς ἐπιεικείας τοῦ δήμου· δανεισαμένων γὰρ τῶν ἐν ἄστει μεινάντων ἑκατὸν τάλαντα παρὰ Λακεδαιμονίων εἰς τὴν πολιορκίαν τῶν τὸν Πειραιᾶ κατασχόντων, ἐκκλησίας γενομένης περὶ ἀποδόσεως τῶν χρημάτων, καὶ λεγόντων πολλῶν ὡς δίκαιόν ἐστι διαλύειν τὰ πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους, μὴ τοὺς πολιορκουμένους, ἀλλὰ τοὺς δανεισαμένους, ἔδοξε τῷ δήμῳ κοινὴν ποιήσασθαι τὴν ἀπόδοσιν. In hac summa pecuniae et duo ceteri, quos laudavi, concordant. Res acta referri debet ad Olymp. 94. 1. et 2. Fuerunt enim post cladem ad Aegospotamos Atheniensibus illatam duae factiones in urbe, altera, *Triginta-viri* et hos qui sequebantur, oligarchiae faventes, altera contraria, popularem rationem amplexa. Haec Piraeeum occupatum tenebat, inde primum *Trigintaviros*, mox *Decemviros* oppugnans. Prior factio vocatur passim *οἱ τριάκοντα, οἱ ἐν ἄστει, οἱ ἐξ ἄστεος, οἱ τὸν κύκλον ἔχοντες, οἱ τῆς ὀλιγαρχίας ἐπιθυμήσαντες*; posterior *οἱ ἐν Πειραιεῖ, οἱ ἐκ Πειραιῶς, οἱ τὸν Πειραιᾶ κατειληφότες, οἱ ἐκ Πειραιῶς κατελθόντες, οἱ δημοτικοί, ὁ δῆμος.* Vide Isocratem adv. Callimach. et Lysiam quavis prope pagina. Jam centum talenta ista mutua illi sumserant ad opprimendos adversarios. Notum autem est, post occupatum a Thrasybulo Piraeeum victosque *Trigintaviros*, ut civitas discordiis concussa quamprimum ad pristinum statum revocaretur, inter utramque partem conventiones factas esse et *legem oblivionis* (*μὴ μνησικακεῖν*) jurejurando sancitam. Haec sunt *τὰ ὡμολογημένα* nostri, quorum rationem optime docet Andocides de Myster. p. 39. 43. Conf. Isocrat. adv. Callimach. p. 557. aliosque locos signatos in Taylori Vit. Lysiae p. 143. ed. Reisk. Amnestiae primum id exemplum in historiis occurrere plures animadverterunt, neque obstant, quae Andocides prodit p. 54. de amnestia primi belli Persici temporibus, quod quidem nec publicum esse potuit, et magis oratorium est. F. A WOLF.

460, 12. *ἐπειδὴ δὲ ἡ πόλις κ. τ. λ.*] Aristides p. 184. locum hunc, omissis quibusdam, sic exhibet: *ἐπειδὴ δὲ τὰ πράγματα ἐκεῖνα κατέστη, πρέσβεις π.*—. REISK.

460, 14. *ἦλθε*] Male aliquot libri *συνῆλθε*. Nam Harpocratio explicans verba, *εἰς ἓν ἦλθεν, ἀντὶ τοῦ ὡμονόησεν*, non alium quam hunc ipsum locum spectat, quod vidit Valcken. ad Euripid. Hippol. p. 192. Satisque vim praepositionis exprimunt adjecta *εἰς ἕν*, etsi non ignoro et isto pleniore modo Graecos loqui, v. c. Euripid. Phoen. 472. Aristides vero, ubi eandem rem tangit in Panathen. p. 166. Jebb., dicit *ἐπειδὴ συνέβησαν.* Mox *τὰ πράγματα ἐκεῖνα, res illae, quas satis nostis, turbulentae, ὧν ἐγὼ οὐδὲν δέομαι μεμνῆσθαι, οὐδ' ἀναμιμνήσκειν ὑμᾶς τῶν γεγενημένων κακῶν*, ut in eadem re Andocides loquitur l. c. p. 38. F. A. WOLF.

ἐπειδὴ τὰ πράγματα κατέστη] *Quum res ad certum quendam statum redactae essent.* Plane *καταστήσασθαι τὴν δημοκρατίαν* est Lat. *constituere, ordinare remp.* F. A. WOLF.

460, 16. *λόγων δὲ γιγνομένων*—] Puta in ecclesia ad eam rem consultandam convocata. *τῶν μὲν* factionem democraticam sig-

nat. τῶν δὲ oligarchicam. Quae sequuntur verba, τοὺς ἐξ ἄστεος, facile cuipiam possint suspecta videri. At ea bis testatur in exemplari suo se habuisse Aristides Art. rhet. p. 444. et 456., et omnino talia perspicuitatis ergo addita non abhorrent ab optimorum auctorum consuetudine. τοῦτο est *pecuniam in publicum conferre*, ut statim ostendit clausula, τὸ κοινῇ διαλῦσαι τὰ χρήματα. Quae verba si abessent, subobscure illud τοῦτο et inepte dictum foret. Locum totum expressit Aristides in Declam. Leptin. §. 67. sed pueriliter pro more suo. F. A. WOLF.

460, 19. διαλῦσαι] διαλύσασθαι Aristid. p. 222. REISK.

460, 22. πῶς οὖν οὐ δεινὸν—] *Tunc quorum caussa tam generose, tam liberaliter fecistis, hostes vestri fuerant; nunc qui exspectant similem liberalitatem, fautores sunt beneque de vobis meriti. Tunc illud fecistis, ne mentiri videremini; nunc idem faciundum, ut grati videamini. Tunc res difficilis fuit, et pecunia privatim eroganda; nunc nihil opus amplius, quam ut novam legem abrogetis.* Tot antitheta una hac periodo inclusa sunt admirabili arte, cujus exempla in uno Demosthene exstant plura quam in reliquis Oratoribus omnibus. Quae ars quantum valeat ad animos pellendos nemo non sentit. Conf. Minucian. p. 732. F. A. WOLF.

460, 24. εἰσφέρειν ἠθελήσατε] Perpauci ex iis, qui tunc pecuniam contulerant, hujus judicii tempus per aetatem potuerunt attingere. Nimirum haec est consuetudo Oratorum solennis, populum tanquam perennem aut perpetuam personam alloqui, eique ut ab ipso facta tribuere, quaecunque prioribus temporibus publice acta essent. Τὸ ὑμεῖς ὅταν εἴπω, τὴν πόλιν λέγω, alicubi dicit noster. F. A. WOLF. V. quae collegit Schoemann. ad Isaeum p. 277.

460, 25. τὰ δίκαια ποιῆσαι τοῖς εὐεργέταις] Accedat exemplis hujus constructionis quae congessit Matthiae Gramm. Gr. §. 409. SCHAEF.

460, 27. οὐκ ἀξιῶ] *Indignum censeo.* V. H. Stephani Thesaur. p. 2117 B. ed. Lond. SCHAEF.

461, 2. τὸ δὲ τοῦ θέντος τὸν νόμον] Subaudi ἦθος. Τὰ ἄλλα, *cetera, ceteroquin.* Οὐκ οἶδα, οὐδὲ σύνοιδα. Multa quis οἶδε de aliquo, fama ad se perlata, de quibus dubitat, aut non audet pronunciare, vera sint an falsa, quae ipse quidem illi haud σύνοιδεν. Verum alius σύνοιδεν alicui, h. e. conscius ei est eorum, quae certo novit, et testis oculatus est eum perpetrasse, tametsi eorum nihil per famam compererit. οἶδε, qui *audicit*, σύνοιδε, qui *vidit* aut *interfuit*. Ita Reiskius. Ad σκοπῶν supplendum τὸ τοῦ θέντος ἦθος, ad τούτου autem τοῦ τῆς πόλεως ἤθους. Ceterum jam nunc observes velim quam timide et leniter Demosthenes adversarium tractet. F. A. WOLF.

461, 3. οὐδὲ λέγω—οὐδὲ σύνοιδα] Haec syntactice cohaerent, utroque verbo regente accusativum φλαῦρον οὐδέν. Quare subdistinctionem post οὐδὲν delevi. SCHAEF.

461, 5. σκοπῶν] Scilicet τὸ ἦθος τοῦ Λεπτίνου. REISK.

461, 6. τούτου] Scilicet τοῦ ἤθους τῆς πόλεως. REISK.

κεχωρισμένον] *Discrepans, diversum.* V. not. ad Poët. Gnom. p. 9. SCHAEF.

φημὶ τοίνυν ἐγὼ κάλλιον εἶναι—] *Adfirmo igitur pulchrius esse Leptinem vestros mores sequi in abolenda lege quam vos istius in jubenda; atque etiam honorificentius duco et isti et vobis, si vos, populus, adducatis Leptinem, ut similis vobis esse videatur.* (h. e. *ut suos mores ad publicos videatur componere, liberale ingenium civitatis induens ad hoc quidem tempus*) *quam si iste vos adducat, sibi ut similes velitis esse.* Locus excellens est urbanitate cavillandi. Male in libris nonnullis δοκεῖν transpositum post θέσθαι. Quod vitium ortum, ut videtur, e duorum verborum similibus clausulis, θέσθαι et γενέσθαι. Vel ideo post θέσθαι verbo δοκεῖν locus non est, quod populus, quum Leptini cedens legem ejus ratam habet, tum hominem *vere sequitur et imitatur*, non *videtur* imitari: contra Leptines, si pro lege sua non nimiopere propugnat, si tolli eam facile patitur, decorae indoli civitatis similis ipse *videri* potest; *esse* autem similem unquam posse, id vero Orator oblique negat. Post Aeschyleum illud, οὐ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει, nihil apud veteres frequentius oppositione verborum δοκεῖν et εἶναι. Unum addam, quod ipsum ignoratum fraudem auxit: λυσιτελέστερον h. l. est *utilius ad honorem, honorificentius*, quo modo et συμφέρειν aliaque ex hoc genere plura leguntur haud raro. F. A. WOLF.

461, 12. βελτίων ἐστὶ τῆς πόλεως τὸ ἦθος] Thomas M.: Ἦθος οὐ μόνον ἐπὶ ἀνθρώπων λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πόλεως. ὡς Δημοσθένης, τὸ τῆς πόλεως ἦθος, ἤγουν τὴν κατάστασιν καὶ τὴν γενναιότητα. Noster p. 460. 27. τὸ τῆς πόλεως ἦθος—ἀψευδὲς καὶ χρηστόν. et p. 476, 19. τοῦ τῆς πόλεως ἤθους μνημεῖον ὦσι. Et ita scribit Plutarchus in Phocione statim ab initio: πολλὰ δὲ γράφειν καὶ λέγειν ἀναγκαζόμενος παρὰ τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως καὶ τὸ ἦθος. TAYLOR.

461, 15. ᾧ μόνῳ μείζους εἰσὶν—] *Tollitur per hanc legem id ipsum, quo uno dona profecta a liberis populis praestant iis, quae a ceteris imperiis conferuntur.* Honestatem dicit et stabilitatem. Perperam loco τῶν δήμων hic et postea in aliquot codd. est τοῦ δήμου. οἱ δῆμοι sunt αἱ δημοκρατούμεναι πόλεις. Unde juncta saepe δῆμος, ὀλιγαρχία, τυραννίς. Hinc καταλύειν τὸν δῆμον (de qua formula olim nimio ardore pugnarunt Salmas. Misc. Def. c. 10. et Herald. Animadv. ad I. A. et R. 3, 16.) h. e. τὴν δημοκρατίαν, τὴν πολιτείαν. Ipsum enim πολιτεία eodem eminentiore sensu usurpatur. Vide Harpocrat. h. v. Ceterum nullam Oratores occasionem negligunt demonstrandi quanto praestabilior democratia sua sit oligarchiis et monarchiis omnibus. Conf. v. c. de Rhodior. libert. p. 195. In Androt. p. 609. In Timocrat. p. 751. Aeschin. in Ctesiph. et in Timarch. princc. F. A. WOLF.

461, 20. τῇ μὲν γὰρ χρείᾳ—δύνανται τιμᾶν] Postremum vocem nihili putans Marklandus emendat νικᾶν, cui opinioni dicit favere

verba, quae sequantur, τὰς παρὰ τῶν δήμων δωρεὰς οὔσας βελτίους. Ibi οὔσας βελτίους nihil aliud sonare quam νικώσας. Attamen haec non favent, quod et Reiskius vidit. τιμᾶν τινα est *aliquem donare* seu *praemiis afficere qualibuscunque,* unde pari vi τιμὴ et δωρεά. Conf. p. 458, 18. 459, 5. 482, 25. 494, 5. Sic illa, οἱ τύραννοι μάλιστα δύνανται τιμᾶν τῇ χρείᾳ τῶν εὑρισκομένων τὰς δωρεάς, accipe: *tyranni suos afficere valent majoribus praemiis quam liberi populi; majoribus, si respexeris emolumentum eorum, qui donantur.* τῇ χρείᾳ h. e. ὠφελείᾳ, λυσιτελείᾳ, κέρδει. Alio modo eadem efferri potuerant: αἱ παρὰ τῶν τυράννων τιμαί εἰσι μέγισται τῇ χρείᾳ etc. Nempe quod abundant opibus et nutu suo omnia regunt, sibi addictis principes munera dare possunt lucrosiora quam libera civitas, cujus dona ad speciem quidem honoris splendida sunt, sed fere sine veritate emolumentorum. In animo hunc locum habuit Julianus Or. I. p. 81., ut docte ibi Petavius monuit. F. A. WOLF.

461, 21. τιμῇ] Significationem grati animi memorisque si spectes, qui, quem honoris signo aliquo externo afficiat, eum velit a se ornari et inter omnes constare de suo erga eum studio. REISK.

461, 23. ἐν ἰσηγορίᾳ] Notum est ἰσηγορίαν esse liberorum populorum, in quibus παντὸς πολίτου ἐστὶ τὸ προσελθεῖν τῷ δήμῳ καὶ λόγου τυχεῖν, ut scilicet Demosthenes de Cor. p. 229, 13. Ideo frequenter junguntur ἰσηγορία et ἐλευθερία. F. A. WOLF.

461, 25. ὑπὸ—θαυμάζεσθαι] At θαυμάζεσθαι qui aliter fiat quam ὑφ' ἑκόντων? Scilicet verbo nunc inest notio τοῦ τιμᾶσθαι, quod in proclivi est videre. Ita p. 490, 8. μήτε τιμῶντες μήτε θαυμάζοντες. F. A. WOLF. Sed hic ipse locus ostendit verba non esse synonyma: synonyma enim non licet disjungi particulis negativis. Recte dicitur, ut hoc utar, πράττειν καὶ ποιεῖν: non dicitur οὔτε πράττειν οὔτε ποιεῖν. ἑκόντα θαυμάζειν τινὰ est *aliquem sic admirari, ut hoc ultro prae te feras, non premas invidiose.* SCHAEF.

461, 27. ἐκείνοις] Intellige apud capientes munera a tyrannis; vel et apud tyrannos ipsos. REISK. Hoc est τοῖς τυράννοις καὶ τοῖς τὰς ὀλιγαρχίας ἔχουσι. Nempe donorum, uti collatio, sic ademtio facilior est, ubi unus imperat aut pauci; difficilior in rebuspublicis, ubi res a multorum suffragiis pendent. F. A. WOLF. Capientes munera, ut Reiskio visum est, non posse intelligi satis docet oppositum ὑμῖν. SCHAEF.

462, 1. τὸν γοῦν ἄλλον χρόνον] H. e. τὸν παρελθόντα χρόνον. Invidiose adjectum. Ita semper, ut puto, ὁ ἄλλος χρόνος de praeterito, non de futuro tempore, ubi est ὁ λοιπός. Unde ἄλλοτε, *alio tempore*, sc. *praeterito.* F. A. WOLF. Sensus: priusquam Leptines lege sua novi moris auctor fieret. SCHAEF.

462, 2. νόμος, οὗτος] Post νόμος distinxi, ut appareat sententiam esse generalem. *Quaecunque igitur lex fidem tollit donorum, ea—.* Vulgaris distinctio, magis etiam qua usus est Fr. A.

Wolfius *νόμος οὗτος* a reliqua oratione secludens hypostigmis, sententiam facit specialem soli aptans legi Leptinis. SCHAEF. Wolfii interpunctio manifeste falsa. nec probabilis Schaeferi opinio. Nam generali sententia si uti voluisset orator. omisisset, ni fallor, verba *νόμος οὗτος*. Servavi igitur interpunctionem vulgatam.

462, 3. *καίτοι τῶν ἁπασῶν κ. τ. λ.*] Verborum, ut putat, trajectorum verum ordinem Wolfius hunc docet esse: *καίτοι ἂν ἀφέλῃς*—. Trajectio non ita magna est; certe verba, *τῶν ἁπασῶν*, quippe in quibus summa sententiae sit ac vis oppositionis, vix longius ab initio removeri poterant. *τὰ καθεστῶτα status* est et *constitutio reipublicae, quae obtinet*. Et qui h. l. sunt *εὖνοι τοῖς καθεστῶσι*, hos Isocrates Areop. p. 211. dicit *τοὺς ἀγαπῶντας μάλιστα τὴν καθεστῶσαν πολιτείαν*. Jam ad illud *καθεστώτων* refer *αὐτῶν*. Vis pronominis *ταύτην* circumscribendo intelligetur: *αὕτη μεγίστη ἐστὶ τῶν καθεστώτων φυλακή. δηλονότι τὸ τοὺς εὔνους τοῖς καθεστῶσι κομίζεσθαι χάριν· ταύτην δὴ φυλακὴν ἀφῃρηκὼς ἔσῃ. Quanquam e qualibet civitate*, ne de solo populari statu dicam, *si illud institutum sustuleris, ut praemiis ornentur, qui sint praesentis status rerum tuendi studiosiores, ipso facto illius firmissimum praesidium sustuleris.* F. A. WOLF.

462, 7. *τάχα—ἴσως*] Particulae idem fere valentes non raro conjunctae, ut ap. Aristoph. Vesp. 280. 284. Thesm. 718. Plat. Leg. 1. p. 704 A. et Demosthenem ipsum p. 576, 15. F. A. WOLF.

462, 8. *ἀπάγων ὑμᾶς ἀπὸ τούτων*] Vulgaris fallacia rhetorum. *τὸ ἀπάγειν ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως*, Demosth. de Fals. Leg. p. 416, 24. Paullo gravius pro consilio suo Aeschin. in Ctesiph. p. 68. 1. H. St. *ἀπαγαγὼν ὑμᾶς ἄπωθεν ἀπὸ τοῦ κλέμματος*. F. A. WOLF.

462, 11. *οὑτωσὶ μὲν ἀκοῦσαι*] Addito *ὡς* Plato Euthyphr. p. 3 B. *ὡς οὕτως ἀκοῦσαι*. F. A. WOLF.

462, 13. *εἰσὶ γὰρ δήπου—ἀτέλεια*] *Duae apud nos sunt liturgiae, quarum immunitatem nostris impertire solemus, αἱ λειτουργίαι τῶν μετοίκων καὶ αἱ τῶν πολιτῶν*. F. A. WOLF.

462, 17. *εἰσφορῶν*] Quod in libris aliquot est *πασῶν εἰσφορῶν* legitur infra p. 496, 11.

462, 18. *οὐδὲ οὓς—Ἀριστογείτονος*] Quae hic occurrit syntaxis, *οὐδὲ οὓς οὗτος ἔγραψε, τοὺς ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος*, familiaris est Graecis, neque eam Latini refugiunt. Sulpicius ad Cic. Epp. 4. 5. *Genus hoc consolationis miserum est, quia, per quos ea confieri debet, propinquos ac familiares, ipsi pari molestia afficiuntur.* Nec tantum ibi haec structura Graecis in usu est, ubi substantivum, quod postponitur, pronominis relativi eodem genere positi casum imitatur, sed et tum, quum relativum neutrius generis ad omissum aliquod nomen refertur. Ita Plato Phaedon. p. 66 E. *Τότε ἡμῖν ἔσται (τοῦτο) οὗ ἐπιθυμοῦμέν τε καί φαμεν ἐρασταὶ εἶναι φρονήσεως*. ubi ap. Iambl. scriptum *φρόνησις*. F. A. WOLF. Putet aliquis fortasse scribendum esse *οἱ ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος*, subaudito *εἰσὶν ἀτελεῖς*. Sed ante-

cedens τοὺς eodem casu positum est, quo relativum οὓς, per attractionem. SEAGER. *Diar. Classic.* 56. p. 256. V. Heindorfius ad Platon. l. c. p. 46. SCHAEF.

462, 20. ἔγραψε] Scilicet εἶναι ἀτελεῖς. SCHAEF.

σκεψώμεθα δὴ, τίνας—] ἐκείνας τὰς λειτουργίας, h. e. *eas, quarum immunitas concedi solet.* De solis autem civibus nunc sermo est, et demum verbis ἀλλὰ νὴ Δία ad μετοίκους pergit. Porro in h. l. χορηγὸς cum derivatis verbis latiore sensu complectitur simul γυμνασιαρχίαν et ἑστίασιν; unde deinde commutantur inter se χορηγεῖν et λειτουργεῖν, uti χορηγία et λειτουργία. Cujus rei rationem cuivis puto in promtu esse. Mox ἀφήσει, sequens prius εἰσποιεῖ, redit ad Leptinem: *Quot sit dimissurus ut immunes,* h. e. quot ex iis, quos, antea immunes, nunc ad liturgias adigit suaque lege quasi *decinctos tenet.* Sic quidem explicando minuatur durities, quam habet tertia persona ἀφήσει. In errorem ducit, quod scholiastes habet, πόσους τῶν πενήτων ἀφίησιν. F. A. WOLF.

462, 21. ἐκείνας] Eas puta contributiones, quibus inquilini civesque tenentur imperatis, in orbem redeuntibus, praeter illas, quibus reip. salus continetur, quarum venia prorsus nemini datur. REISK.

462, 22. ἀφήσει] Scilicet ἀτελεῖς. REISK.

462, 23. τριηραρχοῦντες ἀεὶ] Haec jungas pronunciando. Ditissimi, *quod semper sunt trierarchi reip.*, liberi sunt ab istis muneribus. F. A. WOLF. Sic etiam H. Wolfius. Sed adverbium jungendum sequentibus. τριηραρχοῦντες vertam: *dum trierarchiae munere funguntur.* SCHAEF.

462, 25. τὴν ἀναγκαίαν ἀτέλειαν ἔχοντες] *Necessariam immunitatem* appellat eam, qua fruuntur pauperes, qui cum nihil habeant, nihil possunt ad onera reip. sublevanda conferre, neque potest quicquam ab iis vel vi redigi: quare connivetur iis necessario. REISK.

462, 26. ἔξω τοῦ τέλους εἰσὶ τούτου] *In hunc censum referri non possunt. non pertinent ad eum hominum ordinem qui munera publica obire potest.* F. A. WOLF.

463, 1. θήσω τοίνυν—] *Sit sane ita, ut Leptines vult: sit, ut aliter res habeat ac modo dixi,* (τοῦτο μὴ τοιοῦτον εἶναι,) *et lege perlata adsint plures quam quinque.* Hoc est πλείονας ἢ τοσούτους. F. A. WOLF.

463, 5. τριηραρχίας] *Postquam trierarchi munere functus fuerit,* ut explicat Reisk. in Indice. SCHAEF.

σκεψώμεθα δὴ,—] Citat h. l. Aristides Τέχν. p. 252. REISK.

463, 6. τί τοῦτ' ἔσται τῇ πόλει] Scilicet μέγα κέρδος. REISK.

463, 7. οὐδὲ πολλοῦ δεῖ] οὐδὲ πολλοῦ δεῖ vulgo editores connectunt, ut aliis in locis multis [indicatis ad p. 100, 10.] ubi semper vertendo peccat Wolfius. Nec melius Reiskius explicat ellipsi verborum ἀλλὰ τοῦ παντός, *non deest multum, sed totum.* Falso. Intervallum pronunciandi post οὐδὲ fieri oportere, docet alia formula negandi ubique obvia, οὐδὲ ὀλίγου δεῖ, nec minus

dictio gravior, οὐκ ἔστι ταῦτα, πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δεῖ. In quibus πόθεν est, quod dicimus, *nihil minus*. Vid. Demosth. de Cor. p. 241, 17. 242, 25. 269, 27. et conf. Hemsterh. ad Lucian. Timon. p. 115. Neque abludit locutio οὐδ' ἐγγύς, de qua vid. in Platon. Sympos. 20. 4. Totam sententiam nostram vertes: *Patebit, id emolumentum* (nam τί τοῦτ' ἔσται est pro τί τοῦτο πλέον ἔσται;) *neutiquam tale tantumque esse, ut dedecus inde ad nos redundaturum aequo animo perferre possimus.* F. A. WOLF. Wolfii distinctio post οὐδὲ ponentis hypostigmen est eadem Augeri in editione Demosthenis. Mihi quomodo haec formula videatur intelligenda dixi ad p. 100. 10. Neque adhuc poenitet interpretationis, quam noster locus, ubi formulam legimus praemissam, mirifice confirmat. SCHAEF.

463, 8. τῶν ξένων] H. e. τῶν μετοίκων. Docent hoc verba ὅπερ εἶπον ἀρτίως. Conf. Prolegom. p. 67. F. A. WOLF.

463, 10. τῶν γε πολιτῶν] Vocabulo civium nunc non continentur ii, quos trierarchiae functio solvebat ordinariis muneribus. F. A. WOLF.

463, 16. τριάκοντα ἄνθρωποι ἢ πλείους] Dicit ἢ πλείους, ut modo dixit ἢ μικρῷ πλείους. Id vero apertum est, nunc subaudiri, *praeter eos, qui adhuc liturgias curaverunt;* quibus tamen verbis expressis in hac quidem sententia opus non erat. Pari modo p. 465, 27. est ἕνα χορηγόν, ut interpreteris *unum choragum novum.* Ratio fefellit Reiskium, quum ex Aug. 1. reciperet ἄνθρωποι πλείους, ejecto ἤ. F. A. WOLF. Ego vero fateor inclinare me huc, ut Reiskio delenti assentiar. Additum vide ne infringat vim ratiocinationis. Accedit quod Orator τριάκοντα ut maximum numerum posuit v. 12. Add. not. sequ. SCHAEF. Eadem fere Dobraei sententia est "F. Wolfius interpretatur ἢ μικρῷ πλείους (vide infra p. 499, 6. εἷς ἢ δύο ἢ πλείους), ut paullo ante ἑξήκοντα ἴσως ἢ μ. π. Sed vix potuit Demosthenes, cum triginta argumenti caussa posuisset tanquam numerum vero longe ampliorem, addere ἢ πλείους. Forsan delenda ut v. l. pro ἢ μικρῷ πλείους. Nisi ἢ deleto πλείους retinere mavis."

463, 16. παρὰ πάντα τὸν χρόνον] Hoc dicit: *Qui nobis catalogo* τῶν λειτουργούντων *novi addi possunt lege Leptinis, ii primum tantum triginta admodum sunt; tum ne hos quidem triginta in singulos lucramur annos, sed universe in omne tempus. Tantulum est lucrum! Atque id ut faciamus, fidem nostram apud omnes gentes periclitabimur?* Igitur voce sunt acuenda παρὰ πάντα τὸν χρόνον, et oppositio quaerenda in τριάκοντα ἄνθρωποι et in τοὺς ἅπαντας. F. A. WOLF. Vere dicit opponi inter se τριάκοντ' ἄνθρωποι et τοὺς ἅπαντας. Sed haec ipsa oppositio vix patitur post ἄνθρωποι addi particulam ἤ. SCHAEF.

463, 18. ἀπίστους typotheta in editione nostra posuit pro ἀπίστως. Qui error communis ei est cum edd. veteribus usque ad Reiskium, qui ἀπίστως ex A. B. restituit, de quo F. A. Wolf. "Vulgo ἀπίστους πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς male propagarunt usque ad Reiskium, et ἀπίστους in Apsine quoque est p. 698. Verissimam

mutationem praestant plures MSS. Nec isto sensu aliter ponitur διατιθέναι quam adverbio junctum, ut construi etiam solent διατίθεσθαι, διακεῖσθαι et ἔχειν. Adjectivo si uti voluisset Demosthenes, scripsisse debuit ἀπίστους καταστήσωμεν. Non adversantur his ea, quae docet Hemsterhusius ad Luciani Nigrin. p. 80." F. A. WOLF. Compara, quo etiam Hemsterhusius usus est, εἰ διαθείη ὑμᾶς ἀπόρως Lysiae p. 452 R. Notabile talibus in locutionibus vim adverbii ad patientem referri. Xenophon Hellen. 5, 5. 1. ὥσπερ τοὺς Ἀθηναίους διέθεσαν. quod Morus recte interpretatur. SCHAEF.

463, 24. εἰς συντέλειαν ἀγαγεῖν τὰς χορηγίας] Quid hoc rei sit intelligetur ex iis, quae de trierarchia praediximus in Prolegomenis. F. A. WOLF.

463, 26. νῦν μέν γε—κεκτημένος ἦν] Impeditior periodus. Respondent sibi primum νῦν μέν, h. *ex mente Leptinis*, et τότε δέ, *si mea ratio placuerit, ut choragiae fiant per collationem* seu *contributionem:* tum rursus τὸν χρόνον ὃν ἄν, h. τέως ἕως ἄν, *quamdiu*, et μετὰ ταῦτα, h. *peracta functione*. Sic non cogimur cum Marklando accipere τὸν χρόνον ὃν ἂν—δίδωσι, quasi dictum ὁ χρόνος, ὃν ἂν—, δίδωσι, ac verbo δίδωσι multo aptius subjectum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ quaerendum est, *lex Leptinis*. (Sic etiam Reiskius ad v. 27. Hoc vero satis durum videtur. Ad δίδωσι subaudiam ὁ ἀεὶ λειτουργῶν. SCHAEF.) Porro τούτων ἕκαστος, *quisque eorum, quos, antea immunes, nunc lex ista cogit ut muneribus fungantur in posterum* Hactenus satis clarum est τούτων, quippe quod redeat ad proximum εὐεργέτας. At αὐτοῖς et αὐτῶν sane obscurius posita sunt *de his, quos quum semper adhuc functio munerum onerasset, eo onere nunc levatos vult Leptines.* Conf. p. 462, 8. et 465, 26. Itaque loci sententia haec exsistit: *Si vere deficiant cives obeundis muneribus publicis pares, praestare equidem crediderim rem per contributionem fieri. Hoc modo parva impensa ad unumquemque perveniet, nec se quisquam nimis oneratum queri poterit; contra e Leptinis lege et ratione, quantumvis ea omnibus oneris levamentum promittat, ii tamen, quos vult levatos, nonnisi tamdiu vacatione fruentur, quamdiu hi, quos novos nunc addemus, in functione erunt, post id tempus ipsi sumtum facturi nihilo minorem quam antea.* Sic videor verum sensum loci constituisse, ex parte adjutus a Reiskio. Oratorem autem veritate hic niti nonnihil dubitem. Multum interest, in annos singulos, an tertio quintove quoque anno sumtus erogare cogamur. F. A. WOLF. Sed tolerabilior μικρὰ συντέλεια, etsi quotannis toleranda, quam graves sumtus post ἀνάπαυσιν faciendi: ut Orator veritate niti videatur. SCHAEF.

463, 28. τὴν ἀνάπαυσιν cave putes cum Reiskio redire ad τῶν τριηραρχιῶν. Omnino intelligenda cessatio a liturgiis, quam lex Leptinea pollicetur. V. Fr. A. Wolf. ad v. 26. SCHAEF.

464, 10. εἰμὲν—βασκαίνειν] Citat gramm. in Bekk. Anecd. p. 130, 21.

464, 13. κολάζειν] *Poenas repetere ab aliquo*, de accusatore,

sicut Latine adhibetur *condemnare*, de quo vide Ernest. Clav. Cic. h. v. et conf. infra quae monebo ad verbum κρίνειν p. 484, 6. F. A. WOLF.

464, 20. *νυνὶ—ὄντοιν*] Locus simillimae formae est in Or. in Aristocr. p. 658, 2. *δυοῖν ἀγαθοῖν ὄντοιν πᾶσιν ἀνθρώποις, τοῦ μὲν ἡγουμένου καὶ μεγίστου πάντων, τοῦ εὐτυχεῖν, τοῦ δ' ἐλάττονος μὲν τούτου, τῶν δ' ἄλλων μεγίστου, τοῦ καλῶς βουλεύεσθαι, οὐχ ἅμα ἡ κτῆσις ἀμφοῖν παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις.* Ceterum ad rem addi hic poterat: *χρήματα μὲν γάρ ἐστι κτήσασθαι, δόξαν δὲ χρημάτων οὐ ῥᾴδιον πρίασθαι.* Assignatur haec sententia Demostheni in Stobaei Serm. 9. p. 104.. sed nusquam ita in nostris orationibus lecta. F. A. WOLF. Sensus horum verborum: *cum nunc* (in hoc rerum statu quo versamur) *civitas duo quae curet bona habeat*, s. *civitatis salus duobus bonis nitatur.* SCHAEF. Audacius conjicere possis *χωρὶς δὲ τούτων, δυοῖν ἀγαθοῖν ἅπασιν ὄντοιν,—πιστεύεσθαι, ἔστι τὸ τῆς πίστεως ὑπάρχον νυνὶ τῇ πόλει.* DOBR. Hoc ipsum vulgata significat scriptura. commate post *τῇ πόλει* posito, ut fecimus.

464, 20. *πλούτου*] Non repugnat hic locus illi superiori, neganti pecuniam in aerario esse: nam tametsi fiscus pauper est, possunt tamen privati homines opibus abundare. REISK. De divitiis privatorum orator h. l. non loquitur. SCHAEF.

464, 26. *τό γε—διαμένειν*] Ut dativorum caussa appareat, jungenda haec sunt cum verbis *γενέσθαι ἡμῖν* tacite repetitis. non cum *εὔχομαι τοῖς θεοῖς*. Numeri caussa *εἶναι* superadditum videtur. F. A. WOLF. Non *γενέσθαι ἡμῖν* tacite repetendum, sed solum *ἡμῖν*, ut *τὸ ἑξῆς* sit: *διαμένειν ἡμῖν τό γε δοκεῖν εἶναι πιστοῖς καὶ βεβαίοις.* Advertenda autem h. l. vis mira attractionis, ut quae rationem syntacticam etiam ibi invertat, quousque pertinere posse non videatur. *εἶναι* non dicam numeri caussa superadditum. SCHAEF.

464, 27. *φέρε δὴ καὶ τὰς εὐπορίας*—] Vertendum: *Age vero etiam emolumenta, quae hi dicent redundatura in aliquos vacationem* (per legem Leptinis) *adeptos, ostendam cessura* (non in ipsorum commodum, sed) *in publicam civitatis utilitatem*: ut nullam *ῥᾳστώνην τοῖς πολλοῖς ὁ νόμος* allaturus sit (p. 465. 26.). Sic jam Nannius intellexit. *ἀναπαυομένους* non est *ὑποκοριστικῶς*, sed *κυρίως* dictum. V. p. 463, 27. Advertendum autem artificium, quo Demosthenes legis Leptineae fautores ita aggreditur. ut illis vel invisam reddat. Quis enim non malit *χορηγεῖν*, quam *τριηραρχεῖν καὶ εἰσφέρειν*? SCHAEF.

465, 1. *ὅτι—ἀτελὴς*] Orator hoc vult: Omnes onere *τῶν τριηραρχιῶν καὶ τῶν εἰσφορῶν τῶν εἰς τὸν πόλεμον* ita premuntur, ut soli *οἱ χορηγοῦντες*, quamdiu *χορηγοῦσι*, liberi sint; levati munere *τῆς χορηγίας* continuo aut *τριηραρχεῖν* aut *εἰσφέρειν* cogantur. Omnia haec referuntur ad convellendam spem *τῆς ἀναπαύσεως*, qua lex Leptinea *τοὺς πολλοὺς* lactaverat. SCHAEF.

465, 3. *εἰς ταῦτα*] H. e. *in ea omnia, quorum usus et necessitas est in bello.* F. A. WOLF.

465. 3. πᾶσα ἀνάγκη] Hic adverbialiter positum est, διαβεβαιωτικῶς. F. A. WOLF.

465, 5. παρὰ μὲν γὰρ—πάσῃ τῇ πόλει] Citat Tiberius p. 61. SCHAEF.

παρὰ μὲν γὰρ τὰς—] En iterum exemplum antitheti seu contrapositi, qua figura noster uti scit tam efficaciter. In τοῖς θεωμένοις ἡμῶν cogitabis non omnes Athenis ivisse spectatum ludos scenicos et gymnicos. Ad sententiam autem compares Lycurgum in Leocrat. p. 233. F. A. WOLF.

παρὰ] *By means of.* SEAGER. *Diar. Classic.* 56. p. 257. V. Reisk. Ind. Graecit. s. h. v. SCHAEF.

μὲν γὰρ] Omittit Tiberius.

ἐπὶ τῶν χορηγιῶν] τῶν χορηγῶν Tiberius.

465, 6. ἡ χάρις] Vide quam graviter opponatur ἡ σωτηρία. SCHAEF.

τοῖς θεωμένοις ἡμῶν] Nam non omnes spectatum ibunt. REISK. Opponitur πάσῃ τῇ πόλει. ἡμῶν male omittit Tiberius. SCHAEF.

465, 7. τῶν] Male omittit Tiberius. SCHAEF.

465, 8. ὥσθ'—κεκτημένοις] Non pars argumentationis, sed corollarium obiter additum. Docet ipsa particula ὥστε. SCHAEF.

465, 10. ὅσον—κομίζεσθε] Nimirum ἐνθάδε, ἐν ταῖς χορηγίαις: ἐκεῖ, ἐν ταῖς τριηραρχίαις καὶ ταῖς εἰσφοραῖς. Quidquid pecuniae divites necesse non habent choris impendere, id ad remp. conferre poterunt in obeundis muneribus bellicis. F. A. WOLF. Non *poterunt*, sed *debent, per legem coguntur*. SCHAEF.

ἐνθάδ'] Scilicet ἐν ταῖς χορηγίαις. REISK.

ἀφίετε] ἀτελεῖς facientes. SCHAEF.

ἐκεῖ] Scilicet ἐν ταῖς τριηραρχίαις. Quod aes necesse non habent divites choris impendere, idem aes conferent ad remp. in obeundis trierarchatibus. REISK.

465, 11. καὶ μὴ λαβοῦσιν] Nam οἱ τριηραρχοῦντες ἔχουσι τῆς χορηγίας ἀτέλειαν. SCHAEF.

τοῦ τριηραρχεῖν ἄξια] τριηραρχίας ἄξια v. 22. Est census talis, quem qui habet cogitur τριηραρχεῖν. SCHAEF.

465, 15. ἀναγνώσεται] Int. ὁ γραμματεύς, qui oratoribus semper praesto erat in foro judiciisque, ut illorum jussu publicas tabulas et instrumenta caussarum quaevis recitaret. Inde perpetua haec ellipsis. F. A. WOLF.

465, 16. τοῦτο] Est *pars legis ea, cujus usus nunc quum maxime esse debuit*, quam partem cogitari licet scribae ab oratore digito indicatam. Certe nihil necesse erat recitari totam legem de trierarchiis, praesertim si longior esset et multorum capitum, ut paene suspicor. Id tamen dubitari potest, an legis verba ita sint ab ipso auctore adscripta. Abruptiora ea sunt et plane tali specie, quam annotata lectorum habere solent; et quod δὲ omittitur in Aug. 1., id a correctore esse dixeris, sicut alia sunt ejusdem codicis. Omnino factum videtur mihi saepius, ut in locis, ubi deessent scita, leges aliaeve literae publicae, sicunde

nota essent, aut ex ipsa oratione suppleri possent, a doctis lectoribus insererentur. F. A. WOLF. Verba legis hic ut alibi non raro ab interpolatore non aliunde sumta quam ex ipsis verbis oratoris, qui haud dubie paullo plura recitari jusserat.

465. 16. αὐτό mihi hoc gravius videtur quam quod locus facile admittat: nec satis placet τοῦτο αὐτό, ut cui magis probetur, inverso ordine, αὐτὸ τοῦτο. Adde quod talibus in formulis solennis est usus dativi αὐτοῖς. V. p. 473, 17. 503, 23. 680, 7. 713, 17. Diversa est ratio p. 629, 17. et p. 721, 3. His enim locis ipse sensus alterum pronomen addi poscit. SCHAEF. Vulgatum τοῦτον αὐτοῖς etiam S. habet a rec. manu. Utrique fortasse praestat τοῦτο αὐτοῦ, *hanc ejus partem.*

465, 20. διῄρηκεν pro vulgato διείρηκεν scripsi ex conjectura Dobraei, cujus haec est annotatio "Sic Eurip. Bacch. 202. Variatur p. 666, 14. et mox 466, 7. ubi διῄρηκεν conjicit Budaeus p. 76. Hoc malim etiam p. 644, 4. ubi v. p. 637, 13. 646, 17. 976. 27. διῄρηκεν schol. Bav. et auctor argum. διεῖλε p. 1115. 14. διῄρηται, *is defined*, Thucyd. 5, 26."

465. 23. οἱ δ' ἐφικνούμενοι—καὶ εἰσφέρειν] *Si qui autem ἀναπαυόμενοι tantum lucri faciant, ut sint gerendae trierarchiae, debebunt et τριηραρχεῖν et εἰσφέρειν.* SCHAEF.

465, 26. τίνα οὖν ῥᾳστώνην τοῖς πολλοῖς—] Videtur haec esse sententia. Non vides quomodo tua lex, Leptine, τοὺς πολλούς, multitudinem popelli, sublevet augendo numero ludos facientium accessione perquam exigua: nam ab ista tua severitate non plures quotannis quam quini, summum deni contributione ad ludos facienda relevantur, quibus nunc illud onus incumbit illorum loco, quibus resp. immunitatem concessit. REISK. Leptines rogationem suam apud populum hac specie commendaverat, quod nimia adhuc in concedendu immunitate facilitas damnum dedisset plurimis, ad liturgias curandas adactis vice immunium, et plerumque ditiorum; nec mirum est, si ostenderat, multum levamenti sua lege allatum iri τοῖς πολλοῖς, h. e. *multitudini.* Nam sic optimi auctores Latinitatis reddunt τοὺς πολλούς, quibus vocibus oratores populum designant sine ullo contemtu, exceptis tamen civibus vel majoris in civitate auctoritatis, vel beatioribus. Non minor autem h. l. nos moratur difficultas, quam illa erat p. 463, 26. in verbis, quorum sententiam in re summa noster hic locus sequitur. Omnino quidem id apertum est, hanc Demosthenis esse mentem: *Tribubus singulis* (decem tum Athenis erant) *vel etiam binis tantummodo unus per legem Leptineam choragus accedere potest, isque unus adjectus rursus unum ex iis, qui liturgias adhuc obierunt, onere et impensis liberabit. Jam si civitas haud amplius quinque, summum decem novos choragos lucrabitur, quid, quaeso, in ista lege tantum levamenti paratum est universo populo?* Hactenus quidem, inquam, de sententia satis constat. Sed aliis rebus adhuc opus est ad sensum loci interiorem recludendum. Nam primum obscurius est, χορηγὸς nunc quoque latius sumatur, an angustius;

tum nostro loco idem subsit calculus, qui erat p. 463, 8., an alius novus: quin id ipsum ambigi potest, cives soli nunc intelligendi sint, an simul μέτοικοι. Ne multa; ex omnibus, quae mihi locum saepius pensitanti consentanea visa sunt, haec arbitror tenenda esse, ut veri similiora. Primum vix dubium est, oratorem nunc de quinque aut decem novis choragis dicentem in superiore calculo suo perstare. Nam quoniam illic de XVI novis per Leptinem accessuris dixit, in his autem V aut VI cives numeravit; tum, quum XXX ad summum concedit accedere posse, proportio suadet, ut cives fere X et μετοίκους XX in illo numero haberi statuamus. Hanc autem rationem orator quum modo ipse posuerit, eam et nunc sequi etiam debuisse videri potest. Deinde ipsa mentione tribuum probabile fit, hoc quoque loco de solis civibus sermonem esse. Quid enim tribus ad μετοίκους? Jam simul hinc per se consequitur, χορηγὸν denuo latiore sensu eodem, quo superius, accipi debere. Qui melius rem extricare potuerit, eum equidem libenter audiam. Nunc uni Augerio video partem difficultatis suboluisse, qui in animadversione annotat, *ex oratoris ratione supra prolata rempublicam, immunitatibus sublatis, lucrari XV aut ad summum XXX capita idonea muneribus choragiae, gymnasiarchiae et epulationis; ex quo utroque numero V aut X uni choragiae assignari debere; quumque X tribus fuerint, ita vel singulis vel etiam binis tribubus unum novum, qui id munus obeat, accedere.* Haec autem ratio quamvis habeat sane, quo primum cogitata placeat; quam multa in ea quasi precario sumantur, persequi non lubet. Alioquin quaererem unde vir Gallus sciverit in choragia non plures occupatos fuisse quam in epulatione; quaererem alia plura. Locum jam olim obscuriorem fuisse ostendit scholiastes, qui tamen nihil bonae frugis affert. F. A. WOLF. Loco obscuriori viso lux, opinor, accedit, si sumas, quod etiam Marklando videtur placuisse (v. ad v. 27.), oratorem nunc niti non calculo illo imaginario, quo Wolfius et Augerus usi sunt, sed vero: e quo calculo supra vidimus τῶν μετοίκων ne quinque quidem (p. 463, 1.), τῶν πολιτῶν vix et ne vix quidem quinque aut sex (p. 463, 10.) fuisse ἀτελεῖς. Hinc necessario sequitur per Leptinis legem ad summum singulis tribubus accessurum esse unum novum choragum, sed probabiliter futurum ut binis tribubus unus accedat. Non solos autem cives, sed simul inquilinos hic intelligi, nisi me omnia fallunt, totius ratiocinationis tenor clarissime ostendit. Quod enim Wolfius ait: *Quid tribus ad μετοίκους?* vellem meminisset oratorem disputare de oneribus τῶν ἐγκυκλίων λειτουργιῶν, quarum cura cum propria esset τῶν φυλῶν, sumtus partim οἱ μέτοικοι tolerare cogebantur. Hoc vero dubitari nequit, χορηγὸν latiore sensu accipi debere: quippe significat praebitorem sumtuum ad omne genus illarum liturgiarum, sive civis sit, sive inquilinus. SCHAEF.

465, 27. ἕνα χορηγὸν καθίστησιν] *Singulis,* inquit, tribubus

(decem eae erant) vel *binis quibusque* haec tua lex *unum* forte choragum restituet; qui *unus* restitutus *unum* solummodo alium aliquem ab hoc onere et impensa excusaturus est. Jam vero, si *quinque* tantum novi choragi vel ut plurimum *decem* per hanc legem tuam inducantur, quodnam inde levamen τοῖς πολλοῖς, *toti populo Atheniensi?* Hoc est Demosthenis argumentum, quod satis perspicuum est et dependet a supra positis p. 463, 9. MARKLAND. V. F. A. Wolf. ad p. 463, 16. SCHAEF.

465, 28. ἀνθ' ἑνὸς ἄλλου] Ex numero eorum, puta, qui adhuc liturgias obierunt. τοῦτο est τὸ λειτουργεῖν, et ἅπαξ rursus spectat illud, quod p. 463, 16. legimus, liturgos de novo accessuros ne in singulos quidem annos accedere posse. Non igitur quotannis, inquit, quinque aut decem novos sistit tua lex, sed hos tam paucos universe παρὰ πάντα τὸν χρόνον. F. A. WOLF.

466, 3. παρὰ τοῖσδε] *Coram his, in hoc judicio*, alias ἐν τοῖσδε seu ἐν τούτοις. οἵδε sunt *ii, qui nunc judicant.* Conf. ad p. 459, 7. F. A. WOLF.

466, 4. διὰ τὸ γεγράφθαι—] Primaria verba ita inter se connexa sunt: διὰ τὸ γεγράφθαι μὲν—μὴ διῃρῆσθαι δὲ—ἀλλ' ἁπλῶς (λέγεσθαι) ἀτελῆ—καὶ διὰ μὲν τὸ περιλαμβάνειν—διὰ δὲ τὸ διορίζειν—ἀφαιρεῖται, scilicet *lex*, aut, si ita videbitur, *Leptines ipse*. In verbis nonnihil nunc mutavi, quo facilior fieret conspectus structurae, profecto non adeo insolentis, ut idcirco totus locus corrumpi debuerit. Omnis insolentia structurae haec est, quod a passivis primum orsa mox ad activa delabitur, cujusmodi exempla ubivis quamlibet multa reperias. F. A. WOLF.

466, 12. ἀφαιρεῖται καὶ Λεύκωνα—] De improviso inducitur princeps, cujus injuria, quam lex Leptinis habet, gravissimum telum est, quo artificiose noster in prima statim acie utitur. Leuco in ditione Bospori Cimmerii patri Satyro successerat Olymp. 96, 4., regnavit autem usque ad Olymp. 106, 4., quo anno filius Spartacus imperium accepit. Leuconem hunc omnium tyrannorum Bosporanorum nobilissimum et felicitas sua et prudentia fecit, laudatusque etiam impense est a Chrysippo Stoico. Vide Diodorum 14. 93., unde de ratione temporum constat, Strabonem 7. p. 461. et 478. Polyaenum 6. 9. aliosque, quorum loca conduxerunt Perizonius ad Aelian V. H. 6. 13. et Wesselingius ad Diodori l. c. Duo addi merentur, unus Dionis Chrysost. Or. 2. de Regno p. 101. ed Reisk., alter Nonni seu Maximi in Comment. ad Gregor. Naz. Or. in Julian. princ., quem apponam. Εἰδέναι χρὴ ὅτι πολλάκις καὶ εὐεργετῶν εὐεργεσίαι ἐν ταῖς στήλαις ἀνεγράφοντο, ὥσπερ ἡ τοῦ Λεύκωνος, τοῦ ἄρχοντος Βοσπόρου, ἀνεγράφη ἐν Ἀθήναις. F. A. WOLF. Liturgiis quidem Leuco, quia Athenis non habitabat, immunis erat: portorium tamen ab illo lege Leptinis exigi potuit. SEAGER. *Diar. Classic.* 56. p. 257. De Leucone v. Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 284.

466, 12. τὸν ἄρχοντα Βοσπόρου] Oratorio artificio dicit ἄρχοντα, non τύραννον. V. Wolfii Proleg. p. 61. SCHAEF.

466, 13. ἔστι] Quod in S. additum est μὲν manifesto errore librarii, punctis utrinque notarunt manus recentiores. Citat h. l. Priscian. 18. p. 1169. (vol. 2. p. 182.)

466, 15. τῇ δὲ—πολίτης] Ut Graeci dicunt ποιεῖν πολίτην τινά, sic in eodem genere sunt ποίησις, ποιητός, δημοποίητος, de peregrinis, qui adsciscuntur in numerum civium. F. A. WOLF.

466, 20. καὶ ταῦθ' ὧν] Bene Wolfius: *et ejus generis beneficia, quae reip. maxime sunt necessaria.* καὶ h. l. est *et quidem*, ac ταῦτα pro κατὰ ταῦτα. itaque non, ut alias dicitur, καὶ ταῦτα, *praesertim*. F. A. WOLF.

466, 21. ἴστε γὰρ δήπου—] Locus hic de re frumentaria Atheniensium classicus, ut quo graviorem omnino non habeamus, inprimis dignus est, qui deinceps accuratius illustretur. Jam Athenas, quamvis frugum inventione olim tam nobiles, satis constat posteriore tempore florentis reipublicae nullo prope alio frumento usas esse quam advecticio; idque jam belli Persici temporibus factum ex Herodoto scimus. Deinde aucta frequentia incolarum, quum solum Atticae minus per se ferax, quippe λεπτόγεων et κριθοφόρον, tantae multitudini alendae non sufficeret, illud longe etiam magis factum scriptores nostro suppares, quos postea auctores dabo, docent. Petebatur autem frumentum maxime e Ponto, unde *quotannis* Athenas invecta ad 400000 medimnum ex h. l. discimus, tum ex aliis terris, inprimis Sicilia, Cypro, Euboea, Aegypto, ea copia, ut haud majorem ad eosdem usus, quibus frumentum veteribus inserviit, hodie maximae et celeberrimae urbes consumant. Summa enim efficitur fere 800000 medimnum, quum orator dicat, frumenti ex reliquis locis omnibus convecti copiam cum ea, quam unus Pontus mitteret, aequiparabilem esse. Hoc est ὁ ἐκ τοῦ Πόντου σῖτος εἰσπλέων ἐστὶ πρὸς ἅπαντα τὸν ἐκ τῶν ἄλλων ἐμπορίων ἀφικνούμενον. Particula πρὸς in his servit comparationi aut aequiparationi. Sic Demosthenes de Class. p. 185, 3. ἐν ταύτῃ τῇ πόλει χρήματα ἔνεστι πρὸς ἁπάσας τὰς ἄλλας πόλεις. Verbum autem εἰσπλεῖν de mercibus, quae navibus aliquo invehuntur, notum est, ut generale in eadem re, εἰσέρχεσθαι. F. A. WOLF. Conf. Boeckhius de Oecon. Atheniens. vol. 1. p. 86. SCHAEF.

466, 22. ἐπεισάκτῳ] V. p. 254, 21. ἐπακτοὺς πυροὺς dixit Alciphron 1. 24., ἀγορὰν ἐπείσακτον Plutarchus V. Coriol. c. 12. SCHAEF.

πρὸς τοίνυν ἅπαντα κ. τ. λ.] ἔστι πρὸς ἅπαντα ἀντὶ τοῦ συγκρίνεσθαι δύναται πρὸς ἅπαντα. Neque necesse est mutare in ὁ ἐκ τοῦ Πόντου σῖτος εἷς πλείων ἐστὶ πρὸς ἅπαντα, parum commoda constructione. H. WOLF.

466, 25. τὸν τόπον—ἔχειν πλεῖστον] Ex pluribus veterum apparet maximum in ista regione jam tum frumenti proventum fuisse. Nam ita hodieque reperimus. Vid. Peyssonelii *Traité sur le commerce de la mer noire*, librum etiam Germanice versum. Omnino in historia mercaturae antiquae memorabilis est Pontus, h. e. tota ora maritima Ponti Euxini, maxime occasum

versus Graecorum et Milesiorum coloniis frequentata, multisque emporiis celebris, inprimis Chersonesus, quae vocabatur Taurica, nobis *die Krim.* Et ea loca prae ceteris frequentabant mercatores Athenienses, permulta inde exportantes, in his τάριχος, quod ipsum erat varii generis, tum ceras, mella, lanas, coria, pelles caprinas et alias, ligna navibus fabricandis, mancipia etc., quas res permutabant illi vinis in Co, Thaso, Mendae et alibi coemtis, aut rebus et utensilibus ex fabricis et officinis Athenarum. Hujus enim urbis merces, utpote praecipua elegantia conspicuae, non minus olim in deliciis erant, quam hodie Parisienses aut Londinenses. Atheniensibus quantum ea mercatura attulerit commodorum facile intelligitur. Vel una frumentaria plurimis civibus debuit lucrosa esse, ut ex ea sola sibi victum et opes quaerere potuerint. Jam universe vide Herodot. 7, 147. Lysiae Orat. 32. p. 902. Andocid. Orat. 2. p. 86. Xenoph. Hellen. 5, 4. extr. Anab. 6, 4. 7, 5. Isocrat. Trapez. p. 529 seqq. Demosth. de Cor. p. 255. adv. Lacrit. p. 935. et 941. adv. Phorm. p. 909. et 917. adv. Polycl. p. 1211. Polyb. 4, 38. Strab. 7. p. 478., ubi et Leuconis mentio fit. Ad haec conf. Guil. Clarkii *Connexion of the Roman, Saxon and English coins* p. 55. et Pauwii *Recherches philosophiques sur les Grecs* p. 331 seq. Ceterum notatu non indignum puto, quod potiores res, quas Chersonesus hodie quoque vicinis praebet, maximam partem eaedem sunt, quas olim nationes inde exportarunt. F. A. WOLF. De legibus frumentariis Graecorum et Romanorum novissime disseruit doctus Britannus in *Edinburgh Review* vol. 83. p. 351 seqq.

466, 26. καὶ post ἀλλὰ recte deletum meliorum librorum auctoritate: sequitur enim caussa gravior. Quod ubi fit, dici solet *οὐ μόνον, ἀλλά,* omisso *καί,* quod cave subaudiendum putes. Ob similem rationem non inserendum *καὶ* p. 467, 17. SCHAEF.

466, 27. ἀτέλειαν—γεμίζεσθαι—] Haec duo quam vim habere debuerint docere nihil attinet. Sic nimirum frumentaria negotia illius regionis in manum solorum Atheniensium devenire necesse fuit. F. A. WOLF.

466, 29. ἔχων γὰρ—δέδωκεν ὑμῖν] Antitheton tribus verbis declarat, quam bene et quaestuose resp. Atheniensium cum Leucone immunitatem permutaverit. Hinc *unus rex cum filiis,* illinc *Athenienses universi.* Verum fide rhetorica, ut solet, agere Demosthenes videtur. Certe minime vanum nomen fuisse immunitatem Leuconi donatam, observat S. Croix in libro *de l'état et du sort des anciennes Colonies* p. 101., comparatis Demosth. Or. hujus p. 475, 5. et Xenoph. R. Athen. 1, 17., quibus locis docemur remp. Atheniensium a mercatoribus, qui Hellespontum intrarent, decimam, qui Piraeeum, centesimam portorii nomine exegisse. F. A. WOLF.

467, 5. ἐκ τῆς—τις ἴδοι] Unus hic, quod sciam, locus est in oratoribus, ubi *τοῖς σιτοφύλαξι* munus tribuitur frumentum in portus Atticos invectum ejusque modum consignandi. ἀπογραφὴ capien-

dum de tali *scriptura* aut *tabulis*. Conf. Perizon. ad Aelian. V. H. 4, 25. Itaque jam tum in his rebus bonum ordinem videmus adhibitum. *σιτοφύλακας* plures memorant, quos laudat Meursius in Piraeeo c. 5. Sed potior locus est in Lysiae Or. 22. p. 722. F. A. WOLF.

467, 6. *οὐκοῦν—τρισχιλίους*] Leuco quum tricesimam, quam ab aliis e Ponto frumentum exportantibus exigit, nobis data immunitate portorii remiserit, quotannis in 300000 medimnum nobis remittit admodum 10000 med., in 100000 autem 3333⅓ med. Posterioris numeri loco Demosthenes posuit 3000, adjecto *ὡσπερανεί*. Quod eo fecit, opinor, ut res statim omnibus planior fieret; eamque ipsam puto caussam esse, quare, quum prius universam summam 400000 medimnum posuerit, ea nunc partita, primum de 300000, mox de 100000 residuis medimnis dicat, quando brevius dicere poterat: *Leuco in illa* 400000 *medimnûm remittit nobis* 13333. Sed quae ratio auctori prae altera placuit, ea et animo et memoria facilius posse teneri videtur, accommodataque esse etiam auditori arithmetices minus perito. F. A. WOLF. Demosthenes, opinor, hanc rationem praetulit, non tam ut rem statim omnibus planiorem faceret, (auditores enim habebat ad talia intelligenda arithmetices satis peritos,) quam ut emolumentum reip. bipartiens in argumento caussae suae tam gravi oratorio artificio diutius moraretur. SCHAEF.

467, 8. *τρισχιλίους*] Ter mille et quod excurrit: ergo universe decies et ter mille medimnos cum excessu. REISK.

467, 10. *προσκατασκευάσας ἐμπόριον Θευδοσίαν*] Ergo ante quam Theudosia, locus Austro propior, cum portu opportuniore et haud dubie navium capaciore, mercatui aptaretur, naviculariis Atheniensibus unum emporium hujus tractus fuit Bosporus. Quod nomen posterius et hic et p. 468, 10. non regionis acceperim, sed oppidi ad Bosporum Cimmerium siti, seriore aevo primae civitatis Sarmatarum. Non diversum id oppidum nisi nomine a Panticapaeo, nobili loco, habet tum Plinius H. N. 4, 12, 24. tum alii veterum, e recentioribus inprimis Peyssonel. in *Observ. sur les peuples barbares, qui ont habité les bords du Danube et du Pont-Euxin* p. 98. Neque in oratore nostro quidquam est repugnans huic rationi, ne dicam, favere ei quodammodo locum orationis adv. Lacrit. p. 933., ubi Theudosia et Panticapaeum emporia pluries eodem conjunguntur modo, quo h. l. Theudosia et Bosporus. Prius nomen in libris pluribus *Θευδασίαν* scriptum. Vera unice sunt *Θευδοσία* et *Θεοδοσία*, diversitas autem haec solius dialecti, nec ea minus in similibus nominibus obvia, in Latinis quoque, ut in *Theudosius*, *Theudorus*, *Theudricus* etc. Vide Koen. ad Gregor. de Dialect. Gr. p. 76. et 222. et Burmann. Sec. ad Anthol. Lat. vol. 1. p. 249. Nostram vero scripturam hic quidem praestat consensus codicum, plane ut in Polyaen. 5. 23. et Appian. Mithrid. c. 108. seqq. Loci ipsius, quem Leuco demum, patrem obsidioni ejus immortuum aemulatus, expugnasse regnoque Bosporano adjecisse videtur, loci

igitur, tanquam vetustae coloniae Milesiae, magna inprimis fertilitate nobilis, mentionem praeter illos faciunt Strabo 7. p. 478. Arrian. Peripl. Pont. Eux. p. 20. Anonym. in ejusd. argum. Peripl. p. 5. ed. Hudson. Stephan. Byz. v. *Θεοδοσία,* Plin. H. N. 4, 12, 26. Ammian. 22, 8. Harpocrat. h. v. Iornand. Rer. Get. c. 5., ut alios mittam, quos Cellarius dedit Notit. Orb. antiq. vol. 1. p. 511. Theudosiae huic in eodem tractu successisse Caffam, emporium hodieque celebre mercatura, maxime frumentaria, tralaticium est. Nam quod Vossius ad Anonym. l. c. obvertit, *τὴν Καφᾶ* et *Θευδοσίαν* posteriore aevo inter se distingui, id mihi minus videtur exploratum esse. Sua autem aetate Anonymus iste docet urbem dialecto Barbarorum vocari Ardaudam, quod nomen ab ipso explicatur *ἑπτάθεος*. Jam ut longae annotationis taedium excutias, adi, quaeso, laudatum librum Pauwii p. 334. F. A. WOLF. Add. Osannus Inscr. p. 123. SCHAEF.

467, 12. *καὶ τὰ μὲν—οἱ πρόγονοι*] V. Osannus l. c. p. 120. SCHAEF.

τὰ μὲν ἄλλα—. ἀλλὰ προπέρυσι—] Sic p. 472, 22. SCHAEF.

467, 15. *προπέρυσι—γενομένης*] Aliunde quam ex hoc loco rem non novimus. Erraret autem, ut puto, si quis gravem famem, communem multis terris, exsculperet e verbis *παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις.* Certe alibi tum his, tum simili voce, *ἡ οἰκουμένη,* superbi Athenienses utuntur ita ut majus quiddam sonent verba quam valeant. Res debet incidisse in Olymp. 105, 4. F. A. WOLF.

467, 17. *τοσοῦτον, ὥστε—προσπεριγενέσθαι*] Strabonis l. c. verba haec, *Λεύκωνά φασιν ἐκ τῆς Θεοδοσίας Ἀθηναίοις πέμψαι μυριάδας μεδίμνων διακοσίας καὶ δέκα,* haec, inquam, nonne ad hoc ipsum tempus, quod noster nunc tangit, spectare dicamus? Certe id veri fit simillimum, a Geographo in ista narratione certum quoddam tempus designari. Summa quidem medimnorum 2100000 enormis est, praesertim si quis uno anno putet missam, quod tamen non est necesse. At Demosthenis verba, quae posui, vix satis clara hodie esse possunt, nuspiam nobis edoctis, cui tandem pecuniae praefectus Callisthenes fuerit; quem ipsum dicamus notum demagogum esse, an quem alium, incertum est. Vel sic tamen vocabulum *τοσοῦτον* accurate legentem suboffendat oportet. Id H. Wolfius recte videtur in *τοσούτου* mutasse, ut haec sententia exsistat: *Leuco frumentum misit nobis non modo sufficiens, sed tam modico pretio, ut ex summa, quam resp. emendo frumento destinarat, etiam superfuerint XV talenta, quae servata aerario sunt.* Ita servamus simul loquendi usum in verbo *περιγίγνεσθαι,* quod dicitur de *pecunia, quae superest ita ut lucrifiat.* Solennia sunt in utraque lingua, *τοιοῦτος, τοσοῦτος, τηλικοῦτος, οὕτω, talis, tantus,* de modo non tantum magno, sed et exiguo. F. A. WOLF. *τοσούτου* probat Boeckhius de Oecon. Atheniens. vol. 1. p. 97. Ut speciosa sit conjectura H. Wolfii, tamen mihi quidem rem parum liquere fateor. Ipse enim positus pronominis *ὑμῖν* inter *οὐ μόνον* et *ἱκανὸν* interserti videtur arguere, quod frumenti superabundasset, cum dif-

ficultas annonae premeret *πάντας ἀνθρώπους*, exteris sic venditum esse, ut aerarium XV talenta lucraretur. Vide igitur ne vulgata ita vera sit, ut, si omnes libri haberent *τοσούτου*, corrigendum foret *τοσοῦτον*. SCHAEF. Vide de Cointe p. 146. Non video quare *τοσοῦτον* mutetur. *He sent us so much corn, that besides our own consumption we made* 15 *talents by re-exporting*. Si statuas Callisthenem fuisse Leuconis *factorem*, ut dicunt, res eodem redit: *he made* 15 *talents over and above supplying our demand*. DOBR.

467, 17. Καλλισθένης] Hunc Eteonici filium esse, clari nominis demagogum Demosthenisque amicum, memoratum p. 238, 5, Reiskii conjectura est in Indice historico, valde illa incerta, ut monet Boeheck. Quaest. vol. 1. p. 619. ubi de pluribus hujus nominis viris agit. Fuit vero idem contra quem Dinarchi exstitit oratio, ex qua Harpocration plura annotavit vocabula ad negotiationem frumentariam spectantia: ut munere aliquo in re frumentaria functus esse videatur.

467, 18. *τί οὖν οἴεσθε—τοῦτον*] Non supplendum *ἐρεῖν* vel *ποιήσειν*. Est constructio verbi *οἴεσθαι* cum duplici accusativo. *Quid igitur de hoc auguramini* —? SCHAEF.

467, 21. *καὶ μηδ' ἂν—ἐξεῖναι δοῦναι*] Idem est ac si dixisset: *καὶ ψηφισαμένους μὴ ἐξεῖναι δοῦναι, μηδ' ἂν μεταδόξῃ ποτέ*. REISK.

467, 23. *ὁ αὐτὸς νόμος οὗτος* —] *Ista lex, quae si perlata fuerit, immunitatem regi eripiet, eadem vestros quoque cives immunitate portorii privabit*. F. A. WOLF.

467, 25. *κύριος ἂν γένηται*] Minus proprie dictum esse ait F. A. Wolfius in Ind.: legem enim jam perlatam fuisse. Verte: *si nunc suffragiis vestris ratam feceritis*. SCHAEF.

467, 28. *οὐκοῦν—φαίνεται*] Citant Anecd. Bekk. p. 127, 28. SCHAEF.

468, 11. *ἐφ' Ἱερῷ*] Nomine hoc dictus eximie locus situs inter Bosporum Thracium et Trapezuntem, *in Ponti ore et angustiis*, ut ait Cicero in Verrin. 4, 57. Fanum in loco erat cum statua Jovis, quem deum ibi *Οὔριον* vocabant, quod sacrum nonnulli ad Argonautarum tempora retulerunt. Sed vide Herodot. 4, 87. Polyb. 4, 39. Pompon. Melam 1, 19. Arrian. Peripl. Pont. Eux. p. 12. et 25. Marcian. Heracl. p. 68. ed. Hudson. et schol. Apollon. Rhod. ad 2, 532. cum aliis, quorum locos suppeditant Valesius ad Harpocrat. p. 35. et Wesseling. ad S. Petiti LL. AA. p. 503. Statuae Jovis in eo loco positae habemus adhuc inscriptionem detectam a Whelero et Sponio inprimisque illustratam a Chishullo Antiqq. Asiat. p. 61. F. A. WOLF.

468, 21. *φέρε—ἐροῦμεν*] Citat Tiberius p. 29. et Rufus p. 87. SCHAEF.

468, 23. *ἐροῦμεν*] *ἐροῦμεν ἡμεῖς* Tiberius.

468, 25. *τὸ ψήφισμα*] Hic loci est responsum Leuconi dandum. REISK.

ὑπὲρ ἡμῶν] *Loco et nomine nostro*. REISK.

ὅτι—ἀνάξιοι] Haec vim habent ironiae et pronunciando sunt

adjuvanda tanquam responsio suggesta ab adversariis. Cf. omnino p. 473, 28. F. A. WOLF.

468, 26. καὶ γὰρ Ἀθηναίων τινὲς—] Verbi caussa, *homines erga regem tam ingrati, quam sunt fautores legis Leptineae.* Id auctor ut non dicat, satis tamen innuit: unde locus admirabilis est urbanitate, quam ipse quodammodo sensit Ulpianus. F. A. WOLF.

469, 5. οὐδ᾽ ὅπως—εὑρεῖν] Non video quomodo quis defugiat, si Leuco jure ἀντιδόσεως uti velit, quo minus facultates cum Leucone permutet. REISK. Perverse haec a Reiskio exponuntur. ἀντιδοῦναί τινι nihil aliud est, quam *offerre alteri permutationem facultatum.* Igitur verte: *Quodsi quis Leuconem voluerit ad permutationem bonorum et facultatum adigere, quo id pacto caveri possit ego non video.* Ratio statim subjungitur: χρήματα γάρ ἐστιν ἀεὶ παρ᾽ ὑμῖν αὐτοῦ. Mox κατὰ τὸν νόμον τοῦτον, non τῆς ἀντιδόσεως, sed Leptinis. Omnis haec ratio τῆς ἀντιδόσεως et verba ἢ στερήσεται τούτων ἢ λειτουργεῖν ἀναγκασθήσεται aliquid lucis accipient e Prolegomm. F. A. WOLF. Reiskius debebat sic scribere: non video quomodo Leuco, si quis Atheniensium jure τῆς ἀντιδόσεως adversus illum, ut civem δημοποίητον, uti velit, conditionem defugiat. Itaque fiet ut Leuco aut στερηθῇ τῶν αὐτοῦ χρημάτων aut λειτουργεῖν ἀναγκασθῇ. Absurdissima res in homine tam egregie merito et merente de civitate, eodemque rege αὐτονόμῳ, sed quae e Leptinis lege necessario consequitur: ut etiam sic appareat illam legem abrogandam esse. Ceterum Wolfius non ἀντιδοῦναι scribere debebat, sed ἀντιδιδόναι. Idem error Prolegomm. not. ad p. 123. Quod autem p. 496, 21. legitur ἀντιδοῦναι, respondet praegresso ἐνεγκεῖν: qui duo infinitivi pendent a verbo finito item aoristi temporis ἐτόλμησεν. SCHAEF.

469, 11. οὐ τοίνυν κ. τ. λ.] Citat h. l. Aristides Τέχν. p. 208. REISK.

τοίνυν] Transitum facit valens *porro.* SCHAEF.

469, 13. ἀλλὰ καὶ—τότε τὴν ἀτέλειαν] Transitio ad novam partem orationis facillima est: *Jam porro vobis etiam hoc videndum, ne injuria afficiatis quenquam alium, si quis in vos beneficia contulit, quum meliore fortuna uteretur; sed cui nunc iniquis rebus conflictanti ad victum necessaria facta immunitas opportune subvenit, quam ei priore tempore concessistis.* His in verbis ut νῦν valet κακῶς πράττοντι, sic τότε necessario ad prius tempus spectat, h. e. ad εὖ πράττων. Errandi caussam habere potest, quod Epicerdes, de quo orator dicere ingreditur, non secus ac superstes vivensque commemoratur. Etenim tempora si reputes ex iis rebus, quae in seqq. narrantur, vix ac ne vix quidem credibile est vitam hominis ad tempus hujus caussae nostrae produci potuisse. Iam vero quum occurrat paullo disertior locus p. 471, 5. ubi *filiis illius, non ipsi,* sublatae immunitates dicuntur damnum afferre, atque huc simul Ulpiani qualiscunque auctoritas accedat, haud dubium videri debet quin Epicerdes prius diem obierit quam haec oratio haberetur. At Demosthenes, velut de vivo loquens,

h. l. dicit εἰς δέον νῦν γέγονεν αὐτῷ, et in reliquis quoque simili modo lectorem frustratur. Nempe in tota oratione confundit ipsos, qui praemiis impertiti sunt, cum horum filiis et posteris. Eam vero rationem sequi potuit non inepte, quod, qui meritorum suorum gratia carent, etiam post mortem injuriae quodam genere affici videntur; sequi autem debuit, quum provideret, quanto ea ratio potentior ad auditorum animos commovendos futura esset. F. A. WOLF. Quod ait, *haud dubium videri debere quin Epicerdes prius diem obierit quam haec oratio haberetur*, vide ne confidentius quam verius dictum sit. Quid enim impedit quo minus sumamus Epicerden illo tempore circiter octogenarium Cyrenae vixisse? Nec locus, qui sequitur p. 471, 5., tam disertus est ut Wolfio assentiri nos cogat. Nam si verum est quod scholiastes narrat, τοὺς παῖδας μεταστῆναι τοῦ Ἐπικέρδους ἀπὸ Κυρήνης Ἀθήναζε, satis apparet per Leptinis legem reapse noceri, non ipsi Epicerdi, utpote sola τῇ τιμῇ τὴν ἀτέλειαν ἔχοντι (p. 470, 13.), sed filiis ejus, ut qui Athenis incolentes verum immunitatis fructum ferant. Hac ratione si locum intelligas, nihil in eo reperies quod offendat: sin Wolfiana interpreteris, omnia ad meum quidem sensum fiunt salebrosa. SCHAEF.

469, 17. Κυρηναῖος] Libri nonnulli Κερκυραῖος. Vulgatum habet Aristid. Art. p. 452. et schol., cui hanc unam lectionem ob oculos fuisse apparet. F. A. WOLF.

469, 23. τοῖς ἁλοῦσι τότ'] τοῖς ηὐτυχηκόσι (vel potius ἠτυχηκόσι) (sine τότε) Aristides T. p. 208. REISK.

469, 24. ἐν τοιαύτῃ] *In tanta* et *quam scitis*, ut p. 460, 8. et p. 506, 16. Similiter τότε accipiendum, *illo tempore*, h. *insigni*, *noto omnibus*. Sane satis memorabilis Athenis fuit calamitas Siculo bello inflicta, Olymp. 91, 4. Vide instar omnium Thucydidem 7. inde a princ. F. A. WOLF.

469, 27. ὁ πόλεμος ὁ πρὸ τῶν τριάκοντα μικρόν] Scil. χρόνον, haud dubie accipiendum est de bello Δεκελεικῷ, vel hujus extrema parte, dominationem XXX virorum proxime praegressa. Bellum Decelicum decem annos ductum ab Olymp. 91, 3. usque ad XXX viros institutos. Conf. Isocrat. adv. Callimach. p. 561. F. A. WOLF.

469, 28. ἔδωκεν] ἐπέδωκεν cod. Paris. primus, cujus fidem nollem secutus esset Reiskius. Parum id defendere potuisset vel usu loquendi Attico, ex quo ἐπιδιδόναι et ἐπίδοσις dixerunt de *pecunia in reip. necessitatibus sponte collata*, vel etiam Ulpiani ad h. l. verbis his: ἰδὼν τὴν ὀλιγότητα τῆς ἐπιδόσεως. F. A. WOLF.

αὐτὸς ἐπαγγειλάμενος] Haec duo passim Graeci uno verbo efferunt, αὐτεπάγγελτος, in quo αὐτὸς est *sponte*, uti Lat. *ipse*. Quanquam ipsum ἐπαγγέλλεσθαι interdum est *sua sponte aliquid offerre* aut *praestandum suscipere*. F. A. WOLF.

470, 7. τοὺς κεκρατηκότας καὶ παρ' οἷς ἦν] Intellige Syracusanos; ut tum, quum clades illa fieret, Epicerdes Syracusis habitasse videatur. Illinc posthac hominem Cyrenen revertisse veri simile

est; filios autem ejus non errabimus si Athenis domicilium habuisse hujus quidem caussae tempore credamus. Ita etiam Ulpianus: Φασὶ δὲ τοὺς παῖδας μεταστῆναι τοῦ Ἐπικέρδους ἀπὸ Κυρήνης Ἀθήναζε. F. A. WOLF.

470, 7. *καὶ παρ' οἷς ἦν*] Erat enim Epicerdes tum in Sicilia. REISK.

470, 8. *εἰ*] Paulum inflexa est constructio. Superiora enim poscebant ut τὸ ἑξῆς sic pergeret: *δεύτερον δ' εἰ, ἑτέραν χρείαν ἰδὼν, φαίνοιτο*—. SCHAEF.

470, 12. *τοὺς μεγίστους καιροὺς*] *μέγιστοι καιροὶ* sunt *tempora reip. periculosa*, quae a Latinis quoque nonnunquam dicuntur *tempora maxima, summa*. De his Latinis optime egit Ruhnkenius ad Rutil. Lup. p. 28. F. A. WOLF. Add. Heinrich. ad Ciceronis Orat. pro Tullio p. 69. et Ind. p. 113. a., ubi noster locus comparatur. SCHAEF.

470, 15. *οὐδὲ—οὔσῃ χρώμενος φαίνεται*] *Nota et comperta res est ipsum Epicerdem immunitatis tum, quum eam haberet, fructum non tulisse.* Verba *χρώμενος* et *οὔσῃ* ad *praeteritum tempus actionis infectae* pertinent, ita ut h. l. propria vis sua utrique participio constet. Suboluisse paullum hujus rei videtur Graeculo, cetera verae rationis temporum ignaro, qui adscripsit. *χρώμενος* esse pro *χρησάμενος*. Jam quum verba lucida sint, tamen sententiae vis non ita est evidens. Etenim cur homo munificentia populi uti noluerit, plures caussas comminisci possumus. Mihi quidem si divinare licet. hoc unum videtur in caussa fuisse. quod nec ipse Athenis habitaret. neque illuc merces adveheret. In eadem opinione versatur unus interpretum Graecorum. quorum cinnum ad h. l. legimus. F. A. WOLF. Tam probabilis haec est opinio. ut probabiliorem vix comminiscaris. Ceterum si verum est quod sumsi ad p. 469. 13.. Epicerdem adhuc vixisse, apparet tam haec participia quam quae antecedunt. *κεκτημένον* et *ἔχοντα*, temporis praesentis esse. SCHAEF.

470, 18. *καὶ θεωρεῖτε—ὅσα ψηφίσματ'—*] Meruerit de h. l. qui nobis caussam aperiet ardoris hujus, tam subito erumpentis in verbis, *ὅσα ψηφίσματα—ὅσους ἀνθρώπους—ἐν ὁποίοις καιροῖς χρησίμους*—. Nam si totius loci nexum sententiarum excutias, vereor ne jam orator paullo ineptius atque praepropere sic exardescere videatur, qui hucusque solorum duorum, Leuconis et Epicerdis, mentionem fecerit. Eosne igitur homines eaque psephismata innuit, de quibus ante eum Phormio egerat? An omnino alios innuit, quos cogitandos auditori relinquit, tales, qui. si ab Epicerde immunitas abjudicaretur. eodem judicio statim ipsi quoque suis praemiis excidere videri possent? An denique unum psephismatum de Epicerde, quae nunc a scriba praeleguntur. aliorum plurium. qui una cum illo populum demeruissent. mentionem habuit? Mihi. ut in dubia re. conjectura primo loco posita satisfacit, etiam propter p. 472, 12. Quamquam obscura significatio ea. quam altera ista ratio habet. locum haud sane dedeceat. F. A. WOLF. Verba *καὶ θεωρεῖτε—ἀδικοῦντα*

sunt exemplum interlocutionum, de quibus v. not. ad p. 407, 13. Ad Phormionis autem τὴν πρωτολογίαν respici quis dubitet? Ut orator non videatur inepte praepropereque exardescere, siquidem hic ardor dicendus est. SCHAEF. θεωρεῖτε, *ex iis* sc. *quae mox dicturus sum*, p. 470, 25.—472, 9. Frustra laborat Wolfius. DOBR.

470, 19. ὅσους] οἵους Dobraeus: nam numerum satis indicari per ὅσα ψηφίσματα. Non opus.

470, 23. ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ vulgo ΨΗΦΙΣΜΑ codd. plerique. Quem errorem auctor ipse verbis, ἀκηκόατε ἐκ τῶν ψηφισμάτων, ita arguit et convincit, nihil ut contra dici possit. Nec in illis prioribus τὸ ψήφισμα ὑμῖν αὐτὸ ἀναγνώσεται τὸ τότε ψηφισθὲν τῷ ἀνδρί, mutationi quidquam praesidii est, quamvis ita sibi persuasisse videantur qui primi mutarunt. Quae verba etsi unum tantum psephisma designant illud, quod p. 469, 22. Orator monstravit, h. e. primarium, quo Epicerdi post primum ab eo in pop. Athen. beneficium collatum immunitas decreta fuerat, at ea tamen nihil impediunt quo minus nunc alia psephismata plura afferri potuerint. Atque huc ducunt plane verba τὰς εὐεργεσίας. Quippe illud primarium decretum ad unum prius beneficium spectasse videri debet. Adeo nihil probabilius est quam Epicerdi posterioris meriti caussa novo decreto gratias actas immunitatemque denuo ratam habitam, forsan novum praemium aliquod additum fuisse. F. A. WOLF. Hanc disputationem quis non probet? Nec tamen propterea dicam Wolfium singularem, etiam a Bekkero servatum, recte mutasse plurali: cum enim orator tantummodo unum psephisma recitari jusserit, non potuit sequi titulus: ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ. Quid igitur faciemus, ut locus cum se ipso satis concordet? Suspicor nonnulla excidisse fere sic supplenda: λέγε. ΨΗΦΙΣΜΑ. λέγε καὶ τουτὶ τὸ ψήφισμα. ΨΗΦΙΣΜΑ. Τὰς μὲν εὐεργεσίας κ. τ. λ. Caussa defectus tam manifesta est, ut indicari non poscat. SCHAEF.

471, 2. ἀνταπολαμβάνειν] Rarius vocabulum ἀνταπολαμβάνειν ex h. l. notavit Suidas. F. A. WOLF. Notarunt etiam Anecd. Bekk. p. 78, 3. et 407, 14. SCHAEF.

οἱ προϋπάρχοντες τῷ ποιεῖν εὖ] Scribendum videtur οἱ προϋπάρχοντες τοῦ ποιεῖν εὖ. SEAGER. Diar. Classic. 56. p. 257. Constructionis cum dativo unum hoc exemplum attulit H. Stephanus in Thesauro.

471, 6. παῖδας εἰ] A loco suo paullum remotam particulam εἰ nemo mirabitur, qui cogitet vim verborum τοὺς τοῦ τοιούτου παῖδας, quae principem sibi in oratione locum poscebant. Simile illud p. 493, 5. καὶ τοὺς προγόνους, ὀργίζεσθε, ἐὰν κ. τ. λ. Et Latinorum eundem morem esse ponendarum conjunctionum quis ignorat? F. A. WOLF. Eadem constructione p. 463, 22. τοὺς πρότερον ποιήσαντας ἐὰν ἠδικημένους ἴδῃ. p. 467, 25. κύριος ἂν γένηται. pro quo κύριος εἰ γενήσεται p. 700, 7. p. 473, 12. εἶτα ταῦτα νῦν εἰ χρὴ κύρια εἶναι σκοποῦμεν; ubi cave pronomen ταῦτα syntactice jungas verbo σκοποῦμεν. p. 475, 13. μάθοιτε δὲ τοῦτο

μάλιστ' ἂν, ἐκείνως εἰ λογίσαισθε πρὸς ὑμᾶς αὐτούς. ut interpungendum. p. 481, 5. μίαν μὲν πόλιν εἰ ἀπώλεσεν—. SCHAEF.

471, 11. τὸ δεινόν] V. ad. p. 825, 22.

471, 12. ἄξια τούτων] *Majores nostri ab Epicerde εὖ πάσχειν ἄξια τούτων ἐνόμιζον*, h. e. *credebant affectos se esse beneficio hac mercede digno.* In his clarum est ταῦτα dici *donum, de quo nunc agitur, immunitatem.* Usus is pronominis occurrit etiam p. 474, 1. Et infra p. 494, 12. quod legimus, ἄξια τῆς ἀτελείας, id nihil aliud significat quam nostrum ἄξια τούτων. Accusativus autem ἄξια junctus cum εὖ πάσχειν non magis mirus esse potest quam in forma μεγάλα εὖ πάσχειν ac similibus aliis. Postremo ἀναξίων eodem neutro genere positum, quo ἄξια, eodem etiam refertur; casus vero secundus absolute capiendus, ut sit ὡς ἀναξίων ὄντων, *quasi illa beneficia tali mercede digna non sint.* F. A. WOLF. Infra p. 493, 7. ἐκεῖνοι μεγάλα εὖ παθόντες. Conf. Euripid. Hec. 257. δρᾷς δ' οὐδὲν ἡμᾶς εὖ, κακῶς δ' ὅσον δύνῃ. SCHAEF.

471, 16. περὶ τῶν—καταλυσάντων] De praemiis eorum, qui CCCC virorum potestatem fregerant, dubito an ulla alibi memoria exstet. Οἱ τετρακόσιοι sunt ii, qui, auctoribus maxime Pisandro et Antiphonte, sublata democratia, imperium acceperunt Olymp. 92, 1. anno exeunte. Quae oligarchia praeludebat graviori ac longiori dominatui XXX tyrannorum. Illis enim imperium quatuor mensium fuit, abolitum jam Olymp. 92, 2. Arch. Theopompo. Vid. Thucyd. 8, 64. seqq. Diodor. 13, 36. seqq. Aristot. ap. Harpocrat. v. Τετρακ. et cf. Taylori Vit. Lysiae p. 114. Post id factum septem annis evenit, quae mox memoratur, *fuga popularium*, ὅτ' ἔφευγεν ὁ δῆμος, metu tyrannorum. Eo tempore qui civitati opem tulerant, praemiis postea honestati sunt, etiam μέτοικοι, teste Lysia Or. 31. p. 887. F. A. WOLF.

471, 21. ταῦτα nihil est aliud quam illud, τὴν πόλιν πολὺ ἀπέχειν τοῦ δεηθῆναί τινος τοιούτου. Ceterum h. l. egregia conversio sententiae notetur. Post τὴν πόλιν exspectamus, dum inferatur ἐκεῖνος ἁμαρτάνει vel simile quid. Id vero mutatur boni ominis caussa. F. A. WOLF.

471, 25. τὰς ἀσφαλῶς οἰκεῖν οἰομένας πόλεις] Verbum neutrum h. l. est οἰκεῖν, ut saepe apud Atticos. Isocrates in ejusdem tenoris sententia Areop. p. 205. ὁρῶ γὰρ τῶν πόλεων τὰς ἄριστα πράττειν οἰομένας κ. τ. λ. F. A. WOLF.

471, 26. ἐπ' ἀμφότερ'] In utramque partem, alias in meliorem, alias in peiorem. SCHAEF.

471, 27. τοὺς μὲν ἐν κινδύνῳ καθεστηκότας] In hoc et in opposito, τοὺς δὲ ἐν πάσῃ καθεστάναι δοκοῦντας εὐδαιμονίᾳ, denuo πόλεις cogitabis, quod ante legebatur. Quippe masculina participia tantum variandae orationi serviunt. F. A. WOLF.

471, 28. πάντα ἐξητασμέν'] *Summa omnium rerum diligentia et cura:* contra πάντα ταῦτα ἀμελούμενα. Ita *industria* et *incuria* inter se opposita sunt in simili loco Sallust. in princ. Epist. de Rep. ord. F. A. WOLF.

472, 2. ὑπέρρει] Tropi similes ejus, qui verbo ὑπέρρει inest. in quaque paene lingua frequentantur. Simili item usus noster Olynth. II. p. 21, 4. de *fortuna dilabente* habet καταρρεῖν, ubi scholion: διαφθείρεσθαι, ὡς ἀπὸ μεταφορᾶς τοίχου τινὸς παλαιοῦ, ὅταν ὑπὸ τῆς παλαιότητος καὶ τοῦ χρόνου αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ διαβιβρώσκηται καὶ ἀναλίσκηται. Notabilem autem nostrum locum facit activa vis verbi ὑπορρεῖν, propter quam etiam a Lexicographis inde a Budaeo laudatus est, quum exemplum ejus videretur unicum esse. Recte. Sed quod superest, ut eum usum caussis suis explicemus, possit fortasse ab aliquo huc illud trahi, quod simplex verbum ῥέω non prorsus insolenter occurrit sensu transitivo *effundendi*, de quo vid. Musgrav. ad Euripid. Hecub. 528. Brunck. ad Apollon. Rhod. 3, 225. et Ruhnken. Epist. crit. 2. p. 264. Possit adeo Latinum *ruo* comparari, quod ut ortum est ex gr. ῥύω, h. e. ῥέω, ita interdum originis suae antiquam potestatem activam servat, in compositis maxime, ut in *diruo*, *obruo*, *proruo*, *corruo*, *subruo*, quorum postremum plane reddit nostrum ὑπορρεῖν. His tamen rationibus omissis potius haec simpliciora sequenda censeo. Bene et ad analogiam sermonis apte res dici potest ὑπορρεῖν τι, (h. e. ῥεῖν ὑπό τι,) quae aliam rem *subterlabitur* et ita facit ut ea subsidat deque statu suo dejiciatur. De aqua proprie id usurpare licet: at quidni facili translatione idem liceat in aliis rebus omnibus, quibus quid labefactatur, subvertitur aut corruit? Jam non in verbo ipso vis activa quaeri debet, sed in verbi et praepositionis conjunctione, quo modo transitiva fiunt cognata, παραρρεῖν, διαρρεῖν et alia. Ita jam sententiam vertes: *Hae autem res, quas dixi, neglectae et contemtae labefactant atque subruunt paullatim eas civitates, quae optimo sibi videbantur loco stare omnique genere felicitatis frui.* F. A. WOLF.

472, 3. τῷ—μηδενὸς καταφρονεῖν] Hoc est, *nihil omnium negligendo, nihil existimando esse tam minutum, ut cura et animadversione sua indignum sit.* F. A. WOLF. μηδενὸς neutrius esse generis docent superiora, πάντα ἐξητασμένα p. 471, 28. et πάντα ταῦτ' ἀμελούμενα p. 472, 2. SCHAEF.

472, 7. ἐάν τέ τι συμβῇ ποτε] Vocabulis καλῶς πράττουσαν τὴν πόλιν respondent haec, ἐάν τι συμβῇ ποτε, *si quid acciderit*, notus euphemismus. Conf. ad p. 490, 16. F. A. WOLF.

472, 8. οὐ τοίνυν μόνον κ. τ. λ.] Citat h. l. Aristides Τέχν. p. 236. REISK.

472, 13. ἄλλους] Abest ab Aristide. REISK.

472, 15. συμμάχους—πολέμου] Quum antecesserit ὑμᾶς statimque sequantur ὑμετέρᾳ et ὑμᾶς, mirum est in nullo libro occurrere συμμάχους ὑμῖν. Similiter p. 473, 3. displicere potest πύλας ἡμῖν, quum et ibi ter repetatur secunda persona. Nihil tamen in neutro loco muto. Ὁ πρὸς Λακεδαιμονίους πόλεμος bellum est, quod decem annis post Peloponnesiacum exarsit, ut statim notabimus. F. A. WOLF.

472, 20. ἀναγκάζομαι δὲ λέγειν κ. τ. λ.] Citat h. l. Aristides Τέχν. p. 256. REISK.

ἀναγκάζομαι—ἀκήκοα] Excusat se, quod commemoret quae ipse audierit e senioribus auditorum. SCHAEF.

472, 23. ἡ μεγάλη μάχη πρὸς Λακεδαιμονίους—ἡ ἐν Κορίνθῳ] H. e. *ad Corinthum, in agro Corinthio*, nominatim ἐν τῇ Νεμέᾳ, *in agro Nemeensi*, ut Xenophon scribit Hellen. 4, 2, 8., qui cum Diodoro 14, 83. collatus nostro loco lucem dat et ab eo vicissim accipit. Proelium, cujus Demosthenes meminit, factum videtur Olymp. 96, 2., primo anno ejus belli, quod a Boeotis, Atheniensibus, Argivis, Corinthiis aliisque foederatis adversus Lacedaemonios gestum auctores passim *Corinthium* vocant. Terminavit id bellum pax Antalcidae, ut narratur mox p. 473, 7. et apud Aristidem vol. 1. p. 460. Conf. Wesseling. ad Diodor. l. c. De toto bello plura sciremus, si superessent hodie historici, quos schol. laudat, Ephorus et Androtio. Optime tamen hic locus noster docet duas tum Corinthi factiones fuisse, unam Spartanam, alteram Atticam. Ad illam spectant verba τῶν ἐν τῇ πόλει et τῶν πολλῶν, ad quae conf. Xenoph. c. 4. §. 1., ubi pacis suasores ait fuisse Corinthiorum τοὺς πλείστους καὶ βελτίστους. Altera factio et milites Athenienses designantur verbis τοὺς στρατιώτας. F. A. WOLF.

472, 26. τοὺς στρατιώτας] Suos scilicet Corinthios vestrosque. REISK.

πρὸς Λακεδαιμονίους ἐπικηρυκεύεσθαι] *Legatos de pace aut induciis mittere Spartam*, ad Ephoros, quorum fuit talis consultatio. Harpocratio: ἐπικηρυκεία· τὸ περὶ διαλλαγῶν καὶ φιλίας κήρυκας πέμπειν. Verbum inde ductum, quod legationibus de pace fere caduceator, κῆρυξ, addi solebat. Vid. Aeschin. in Ctesiph. p. 437 F. seqq. F. A. WOLF.

743, 6. εἰσέφρουν] εἰσφρεῖν, ἐκφρεῖν, διαφρεῖν, ἐπεισφρεῖν Atticorum sunt, et idem sonat εἰσφρεῖν quod alibi et p. 475, 1. est εἰσάγειν, *intromittere*, quo sensu nemo Graece unquam dixit εἰσφέρειν. Vid. Harpocrat., Suidam et Etymol. M. F. A. WOLF. Hunc locum respiciens Zonaras vol. 1. p. 647.: Εἰσέφρουν. εἰσεδέχοντο. οἱ δὲ τὰς πύλας ἀνοίξαντες εἰσέφρουν τὸ στράτευμα. V. not. ad p. 93, 17. SCHAEF.

473, 8. ἐπὶ Ἀνταλκίδου] Ita ubique vocatur pax, cujus pangendae navarcho Antalcidae a Lacedaemoniis auctoritas data est. Scilicet hunc sensum in hac locutione habet particula ἐπὶ, ut *auctoritatem* notet. Observatio haec est Marklandi, quam praefero rationi Casauboni ad Polyb. 1. 6. Sic saepe ἐπὶ μάρτυρός τινος dicunt N. T. auctores, ut 1 Timoth. 5. 19. 2 Corinth. 13. 1. veteresque reliqui. F. A. WOLF.

473, 13. ὁ λόγος—τοῖς σκοπουμένους] *Statim hoc ipsum vobis turpe erit, si rumor vulgaverit Athenienses consultare* etc. ὁ λόγος est *hoc* seu *ea res, de qua loquimur*. Vid. Brunck. ad Sophocl. Ajac. 1268. πρῶτον apponitur, ut alibi εὐθύς, et pro ὑμῖν est τοῖς

σκοπουμένοις. F. A. WOLF. Horum mihi nihil placet. Primum enim *λόγος* nego usquam esse i. q. *πρᾶγμα*. Hic quidem quid nos cogit hanc vocem alia quam sua significatione intelligere, cum continuo sequatur *εἴ τις ἀκούσειεν*? Deinde *πρῶτον* non est i. q. *εὐθύς*, sed valet idem quod ubique, *primum*, etsi *ἔπειτα* non sequitur: quod propterea accidit, quia recitatio psephismatis interpellavit tenorem orationis. Conf. p. 477. 12. et Heindorfius ad Platon. Gorg. p. 149. Denique *τοῖς σκοπουμένοις* non est pro *ὑμῖν*, sed hunc sensum habet: *si qui rem perpendant, judicio arbitrorum idoneorum*. Sophocles Antig. 904. *καίτοι σ' ἐγὼ 'τίμησα τοῖς φρονοῦσιν εὖ*. ad q. l. v. scholiasten. SCHAEF

473, 20. *τοῖς φεύγουσι*] Propter Marklandum, qui aoristo *ἐψηφίσασθε* inductus *τοῖς φυγοῦσι* corrigebat, notare debemus vocem *φεύγων*, ubi simpliciter *exulem* indicat, non minus quam ubi *reum*, per omnia tempora dici, quippe omnino pro substantivo acceptum. Sed est ubi id ipsum dubitationem habeat utra vis locis aptior sit, participii, an substantivi. Ita p. 472, 20. supra facile ferimus *τοὺς ἐκ Κορίνθου φυγόντας*. Contra apud Lycurgum in Leocr. p. 149. scribendum: *οἳ τοῦτον ἴσασιν ἐν τῷ πολέμῳ φυγόντα καὶ ἐκπλεύσαντα Ἀθήνηθεν*. Sed haec confusa sunt saepissime. F. A. WOLF.

473, 22. *ἀκοῦσαι*] Paullo ante (v. 14.) forma magis Attica *ἀκούσειεν*, ut solet in his formis variari. V. Meletem. crit. p. 85. SCHAEF.

473, 28. *νόμον τεθείκαμεν*] Supra v. 24. *τῶν θεμένων τὸν νόμον*. Illic orator loquitur de Atheniensibus legem Leptinis sancientibus, hic de populo ipso legislatore: id quod, sensum si spectes, redit eodem. Nam qui quid per alium fieri curat, ipse facere putatur. SCHAEF.

νὴ Δί'—ταῦτ' ἦσαν.] Supplendum ante haec, quasi ab adversario aliquo dictum: *Recte ita a nobis decretum. Nam profecto indigni* etc. Subita conversio bene declaratur in scholio. De seqq. *τουτὶ παρὰ πάντ' ἔσται τὸν λόγον αὐτοῖς* vid. ad p. 457, 6. F. A. WOLF.

474, 1. *τουτὶ γὰρ—αὐτοῖς.*] Utrum *hoc per totam orationem inculcabunt*, an *praecipue hoc veluti firmamento nitentur?* H. WOLF. Prius verum. SCHAEF.

474, 4. *τὸ μὲν—μὴ δοῦναι*] Potuit eodem sensu dici *τὴν ἀρχήν τι μὴ δοῦναι*, *aliquid omnino non dare*. Locus hic est ex iis, unde discitur, quomodo *ἀρχὴν* vel *τὴν ἀρχὴν* particulae neganti junctum, servata proprietate sua, significare potuerit *plane, omnino*. Ubicunque enim dicitur *ἀρχὴν μή*. *τὴν ἀρχὴν οὔ*, ibi notio inest rei non modo non factae, sed *ne inceptae quidem*. Conf. Lennep. ad Phalarid. Epp. p. 82. Mox inverso ordine citat Aristides Art. p. 483. (310. Norrm.) *ἐστὶν ἔργον ἀνθρώπων* et seq. versu *ἀφελέσθαι*. Memoriter hoc ille, ut pleraque alia. F. A. WOLF.

474, 12. *ταῦτα δὲ—διώρισται*] *νόμοι* et *leges* et *consuetudines* sunt. *δόξαι* *opiniones* et *judicia* hominum. Quae utraeque res

quomodo respiciantur in affinitatibus jungendis, per se patet. Caussa nulla est cur locum cum Marklando pro mutilo habeamus. Non male respondent quae sequuntur, γένει καὶ δόξῃ, siquidem γένος ad νόμους pertinet. Sunt enim leges de nuptiis legitimis. F. A. WOLF.

474, 13. κοινῇ—σώζῃ] Scilicet σκοπεῖ. *civitas contra, a quocunque beneficiis affecta aut servata est, ejus publice rationem habet; scilicet in hominibus sibi adjungendis, in praemiis et honoribus tribuendis.* Verum haec posteriora quum facile subaudiantur, non diserte poni opus erat. Proxima. τοῦτο δ' οὐ γένει καὶ δόξῃ κρινόμενον ἴδοι τις ἄν, ἀλλ' ἔργῳ, sic accipe: *tale autem judicium fieri videas non ex generis aut opinionum ratione, sed ex factis.* Videlicet in homine, qui nos demeruit, non quaerimus publice, ante quam remuneremur, *cujas* sit, quam *frugi*, quam *numatus*, *albus an ater*; unice spectamus *facta*, spectamus magnitudinem eorum, quae in nos ab eo profecta sunt. F. A. WOLF. Suspicor Leptinem ejusque subscriptores legi suae speciem etiam inde quaesivisse, quod in τοῖς εὑρημένοις τὴν ἀτέλειαν homines numerari ἀγενεῖς καὶ ἀδόξους dictitarent. SCHAEF.

474, 17. In annot. d. post ἐάσωμεν excidit sigla A.

474, 19. ἀλλὰ νὴ Δί' οὗτοι μόνοι—] *Leuco, Epicerdes et reliqui.* Saltem primo adspectu hos omnes animo repetimus. Nescio tamen an primaria notio sit οἱ ξένοι, ut et posthac περὶ τούτων sit περὶ ξένων. Conf. p. 477, 7. F. A. WOLF. οὗτοι et τούτων vix quisquam dubitet indicare eos, quos orator supra commemoravit. V. Reiskius ad v. 20. SCHAEF.

474, 21. ἐξετάζειν] *commemorare, enumerare, recensere.* ὧν ἐπέρχεταί μοι πρώτους ἐξετάσαι τοὺς ἐκ Κορίνθου φυγόντας p. 472, 18. SCHAEF.

474, 26. Θασίους τοὺς μετ' Ἐκφάντου] Lucramur ex h. l. nomen Thasii, qui ducem se factioni praebuerat, quae Thrasybulo, τῷ δημοτικῷ, Thasum insulam et urbes Thraciae adjunxit. Rem ipsam narrant Xenophon Hellen. in prioribus libri primi, ubi inprimis vid. c. 1. §. 23. et c. 4. §. 4., et Diodorus 13, 72. Pertinet res ad Olymp. 92. 4., hoc est, ad annum belli Peloponn. 23., ut auctor noster cum Xenophonte collatus docere potest. Diodorus paullo serius ponit, ut monuit Wesselingius. F. A. WOLF.

475. 3. Ἀρχέβιον καὶ Ἡρακλείδην] Hinc quoque notitiam quandam lucramur in historia, quam brevius tangit Xenophon Hellen. 4, 8, 27. Haud diversam enim rem ab historico narrari fidem faciunt quae apud eum leguntur de decimis Ponticarum navium venditis. Nam id ipsum vectigal quum jam prius Athenienses exegissent, eo spoliati videntur clade ad Aegospotamos. Vid. Xenoph. Hellen. 1, 1, 14. Polyb. 4, 44. Heraclides an alibi occurrat equidem nescio. Sed Archebius in studiosis Atheniensium numeratur a nostro in Aristocrat. p. 683, 28. Ambo h. l. principes dicuntur Byzantiorum civium, qui partibus Atheniensium faventes urbem suam, Lacedaemoniis tum sub-

jectam. in illorum societatem et ditionem redegerunt. Factum id est circ. Olymp. 97, 1. Archebius pater fortasse illius, quem commemorat Orat. in Aristocrat. l. c. Nam quo minus eundem putes tempora vetant. F. A. WOLF. Tempora non vetare monet Weberus ad locum illum.

475, 5. ἀποδόσθαι] Verbum ἀποδόσθαι proprium est in re vectigalium, sicut Lat. *vendere*; *verpachten*: ex eodemque genere est ὠνεῖσθαι τὰ τέλη, *publica redimere*, unde τελώνης, δεκατώνης, quem alias dicunt δεκατευτήν. Conf. Harpocrat. in h. v. Notanda est haec notio emtionis et venditionis vectigalium, ut quae vim suam in ipsum jus antiquum habuit. F. A. WOLF.

475, 6. Λακεδαιμονίους—τὴν εἰρήνην] Locus hic diu male me habuit, propterea quod vix accipi posse videbatur de pace Antalcidea, quam constat omnes Atticos ubique tam vehementer detestari: v. locos citatos a Moro ad Xenoph. Hellen. 4, 8, 12. Verum tamen quae alia pax in h. l. memorari potuerit non invenias, praesertim si Xenoph. Hellen. 5, 1, 32. compares. Statuendum ergo tres insulas, Lemnum, Imbrum et Scyrum, ex conditionibus istius pacis Atheniensibus relictas, Demostheni satis visum esse, ut diceret non dubitaret eam pacem populo suo utilem et ex animi sententia factam. Magis hoc mihi persuasit locus Andocidis de Pace p. 95., quae tota oratio insigne specimen est rhetoricae fidei. Omnino quum res publice gestae a nostro narrantur, plerumque oratorem narrantem audimus, non historicum. F. A. WOLF. Non dicam oratorem hic scripsisse quod historicae fidei adversaretur. Sane utilis et ex animi sententia facta Atheniensibus pax Antalcidea dici potuit: pervicerunt enim ut obtinerent quae ab initio negata erant, (v. Xenophont. Hellen. 4, 8, 15. coll. 5, 1, 31.) dedecusque pacis ad solos Lacedaemonios redundavit. Ut autem plura non obtinerent fecit quod καθ' αὑτοὺς οὐκ ἦσαν ἀξιόμαχοι. V. Diodorus 14, 110. Meminisse igitur debuerat Wolfius Demosthenem, cum scriberet τοιαύτην, οἵαν ὑμῖν ἐδόκει, ποιήσασθαι τὴν εἰρήνην, respexisse non quid totius Graeciae fieri interfuisset, sed quid civitatis Atheniensium. SCHAEF.

475, 10. εὐεργεσία] H. e. *nomen et jura* εὐεργέτου, ornamentum est perhonorificum, quod civitates Graecae privatis impertiri solebant, et fere etiam apud posteros mansit, ut Inscriptt. docent. Conf. Xenoph. Hellen. 1, 1, 17. Demosth. in Aristocrat. p. 688. et Inscript. ap. Reines. Cl. 7. N. 23. Is autem honos, praesertim a pop. Athen. profectus, non raro a principibus aliarum civitatum viris impense expetebatur. Xenoph. de Vectig. Athen. 3, 11. Utebantur in hac re verbis ἀναγράφειν, ἀνακηρύττειν εὐεργέτην τινὰ τῆς πόλεως. Conf. Hemsterhus. ad Lucian. D. M. p. 367. Ceterum quum passim reges in historiis occurrant nomine *Euergetarum*, non dubito quin ab eodem more ea appellatio ducta sit. F. A. WOLF. Conf. Spanhem. de U. et P. N. Diss. 7. IDEM *in Ind.* Thucydides 1, 129. in Xerxis ad Pausaniam litteris: κεῖταί σοι εὐεργεσία ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ ἐσαεὶ

ἀνάγραπτος. ubi scholiastes: διὰ παντὸς εὐεργέτης κληθήσῃ ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ. SCHAEF.

475, 13. Praestat Wolfii interpunctio. μάθοιτε δὲ τοῦτο μάλιστ' ἄν, ἐκείνως εἰ λογίσαισθε πρὸς ὑμᾶς αὐτούς· εἴ τινες etc. Vid. ad p. 475, 25.

475, 21. Marklando ante καί τινες elapsum videbatur καὶ Ἡρακλείδῃ. Sed satis poterat habere orator h. l. principem beneficii nominare. In seqq., τινὲς τούτων, notanda venit versuta admodum conversio ad adversarios, quum suffecisset universe dicere τινὲς ὑμῶν, τινὲς Ἀθηναίων. Non dubito enim pronomen illud οὗτοι nunc ad adversarios referre, licet sit ubi in oratore *omnes auditores* designat. F. A. WOLF. Recte intellexit τούτων. Sed cur hanc ad adversarios conversionem admodum versutam dixerit non exputo: est enim tam simplex ut simplicior cogitari non possit. SCHAEF.

475, 23. μόνοι τῶν ἄλλων μετοίκων] Cur tandem μετοίκων? Scilicet loquitur de peregrinis, qui accepta immunitate domicilium Athenis collocarunt. Ita ibi sunt in numero τῶν μετοίκων. F. A. WOLF. Notanda locutio μόνοι τῶν ἄλλων μετοίκων: cujus locutionis plura exempla in iisque etiam hoc Demosthenicum memoravi in H. Stephani Thes. s. v. Ἄλλος p. 1841 C. In his ἄλλων abundare vulgo dicunt. Non abundare facile intelligas, si vertas e. e. nostrum *sejuncti a ceteris inquilinis, exemti numero ceterorum inquilinorum*: ut sit i. q. χωρὶς τῶν ἄλλων μετοίκων. SCHAEF.

475, 25. ἢ δηλονότι —] ἢ δῆλον ὅτι φωνὴν οὐκ ἂν ἀνάσχοισθε. Exarant vulgo ἢ δῆλον ὅτι, pars δηλονότι, et deinde ἢ πᾶσι πρόδηλον. Utrobique ἢ circumflecti debere patet, et monuit Toupius ad Longin. 3, 4. Vix ullum peccatum solennius est in libris. F. A. WOLF. Wolfianam rationem probavit etiam Bastius p. 637. Longini Weiskiani: altera jure placet Heindorfio formulae vim scite explicanti ad Platon. Phaedr. p. 188. s. et ad Protag. p. 457., ubi inprimis comparanda Ciceronis translatio, omnem illa, si quam adhuc habeas, tollens dubitationem. Quam formulam cum interrogatio recta praecedere soleat, etiam hinc apparet Wolfium recte interpunxisse v. 13. s. SCHAEF.

475, 26. Post συκοφαντούντων ponatur signum interrogationis.

475, 29. Recte sequi indicativum ἀκούσεσθε, antecedente optativo ἡγοῖσθε, docent Meletem. Crit. p. 111. Qui optativus quod junctam sibi habet particulam ἄν, ne quis miretur, reputet hoc dici hypothetice, hypothesi latente in verbis τὸν ταῦτα λέγοντα, quae valent εἴ τις ταῦτα λέγοι. Xenophon de Vectig. 6, 2. εἰ λῷον καὶ ἄμεινον εἴη ἂν τῇ πόλει οὕτω κατασκευαζομένῃ. SCHAEF.

476, 5. πότερον οὖν μᾶλλον ἔδει σε κ. τ. λ.] Sensus: Apage legem tuam, Leptine, quae tantum abest ut nostrae civitati prosit, ut nos nequeas magis demereri, quam si hostibus nostris auctor fias talem legem ut in suos εὐεργέτας, nostros κακεργέτας, sanciant. SCHAEF.

476, 15. οὐκ ἔτ' εἰσὶν] Solennis locutio de defunctis, οὐκ ἔτ' εἰσίν. Aelianus, venator ubique talium, V. H. 12, 46. ἀπῄει, ὡς οὐκ ἔτι τὸν ἵππον ὄντα αὐτοῦ ἀπολιπών. Contra Andocides de Myster. p. 60. ἡ παῖς ἀπέθανεν, ἡ δ' ἑτέρα ἐστὶν ἔτι. F. A. WOLF.

476, 17. ἐᾶν] τηρεῖν Aristides p. 194. Post ἐᾶν aut χρόνον deesse videtur εἶναι. REISK. Extritum mihi quoque ante ἵνα aliquando videbatur verbum εἶναι. Sed conjecturae nihil tribuo, et Aristidis lectio, κυρίας τηρεῖν τὸν πάντα χρόνον, citata in Art. p. 447., a lapsu memoriae est. Et deinde habemus ἐᾶν τὰ δοθέντα, simplici accusativo ad verbum ἐᾶν. Ceterum columnis, quae publicis et sacris in locis servabantur, publicas literas insculpere Graecis inprimis morem fuisse ipsa haec oratio passim docet. Etiam supersunt ex antiquitate ejus generis monumenta quaedam, quaerenda apud eos, qui de reliquiis Graecarum artium scripserunt. F. A. WOLF.

476, 19. τοῦ τῆς πόλεως ἤθους] Locum hunc citat Thomas M. v. ἦθος. REISK.

476, 23. τὰς μὲν συμφορὰς—καὶ δὴ λελυμένας] Non sine quadam insolentia συμφοραὶ dicuntur κύριαι pro μένουσαι aut βέβαιαι, ut est in Epist. de Lycurg. liberis p. 1480, 7. Sic vero melius illucescit oppositio verborum τὰς δωρεὰς λελυμένας. Quippe ex eodem genere sunt κύρια et λελυμένα. F. A. WOLF. Sic opponuntur inter se νόμος κύριος et νόμος λελυμένος. ἑαυτῷ μὲν ἀκύρους εἶναι τὰς παρ' ὑμῶν δωρεὰς, ὑμῖν δὲ μένειν τὰς παρ' ἑαυτοῦ p. 467, 27. Supra v. 17. τὰς στήλας ταύτας κυρίας ἐᾶν. SCHAEF.

476, 27. καὶ δὴ] I. q. ἤδη, *jam*. Hesychius vol. 2. p. 107. Καὶ δή· ἐπὶ τοῦ ἤδη. SCHAEF.

476, 28. τῶν ἀτυχημάτων] Genitivus significat casus adversos τῶν εὐεργετῶν donis illis non omni ex parte compensari. SCHAEF.

ἀφαιρεῖν—ἀφαιρεῖσθαι] ἀφαιρεῖν, omnino adimere: ἀφαιρεῖσθαι, adimere quod ademtum tuos in usus cedat. SCHAEF. Deleatur comma post ἀφαιρεῖν.

477, 5. πάνυ τοίνυν ἀχθοίμην ἂν—] De externis hominibus hactenus: jam de civibus Atheniensibus. *Illud aegerrime ferrem, si hoc uno nomine lex a me juste accusari videretur, quod externos multos bene de republ. meritos immunitate spoliaret, civium autem neminem proferre possem dignum* etc. F. A. WOLF.

477, 15. οὗτος γὰρ ἀνὴρ—] Ipse longior spiritus, quo verborum comprehensio hic liberius se effert, indicium quoddam habet hunc hominem ab oratore studiosius ornari. Sed cujus tandem caussa Cononem ornet non dixit. Suspicioni igitur quum locus sit, rem factam opinor maxime propter illius ex Timotheo nepotem, cui et ipsi nomen Cononi fuit, de quo praeter alios loquitur Nepos in Timoth. c. 4. [Frequens ejus mentio fit in inscr. nav. a Boeckhio editis, quem v. p. 271 et 375. G. DINDORF.] Ad hunc per aetatem quidem haec caussa immunitatis pertinere potuit quam maxime. [Paullo alia Westermanni

conjectura est in *Zeitschr. f. d. Alterthumsw.* a. 1844. p. 770., qui Cononis facta ab Demosthene propterea celebrata esse opinatur, ut favorem populi conciliaret filio ejus Timotheo, qui tum temporis ab Aristophonte Azeniensi cum duobus aliis praetoribus, Iphicrate et Menestheo, esset accusatus, de quo Dionys. Hal. vol. 5. p. 668. Τιμόθεος τὰς εὐθύνας ὑπέσχηκεν ἐπὶ Διοτίμου τοῦ μετὰ Καλλίστρατον (Olymp. 106, 3. i. e. proximo post orationem Leptineam anno) et Pseudo-Plut. V. decem orat. p. 857 D. Cui conjecturae, quantumvis incertae, hoc tamen non obstat, quod Rehdantz. Vit. Iphicr. p. 233. opponit, Leptineam caussam aliquot mensibus praegressam esse Timothei litem. Ipsi simplicissimum videtur totam digressionem eo esse explicandam, quod orator non Chabriae modo facinora laudare voluerit, ne Ctesippi solum gratia caussam suscepisse videretur, sed quam injusta illa lex sit antea in alio clari nominis viro ostendere.] Jam quae res gestae h. l. attinguntur, eae non sunt reconditioris doctrinae, ut summatim percurrere sufficiat. Duo insigniora, quae Cononem illustrarunt, sunt pugna navalis ad Cnidum, Olymp. 96, 3., novem annis ante Demosthenem natum facta, et eam mox secuta ἀνάστασις τῶν τειχῶν, h. e. restitutio murorum Piraeei et Athenarum, quos Lysander diruerat. Pugna illa nihil celebrius, quippe qua Atheniensibus principatus Graeciae, quem belli Peloponnesiaci infelix exitus ademerat, gloriose restitutus est. Vid. Andocid. de Pace p. 100. Dinarch. in Demosth. p. 11. Isocrat. Panegyr. c. 41. cum aliorum locis, quos ibi adfert Morus p. 80. Cujus notae occasione lubet notare, eandem pugnam, quae ubique a Cnido, urbe Rhodo vicina, nomen habet, etiam a schol. nostro ad p. 478, 24. περὶ Ῥόδον factam dici, quam lectionem in Isocrate mirus consensus librorum firmat. Ac fortasse huc pertinet monitum Ernesti ad Xenoph. Mem. Socr. 3, 5, 4. Porro bellum illud quum unis copiis Persicis confectum sit a Conone, plane nihil adjuto a civibus suis, vere adjicitur παρ' ὑμῶν οὐδ' ὁτιοῦν ἀφορμὴν λαβών. In quo vox ἀφορμὴ ad pecuniam, naves, milites, omnem apparatum belli gerendi pertinet. Conf. de ea voce Pricaeum in Ep. 1. ad Timoth. 5, 14. Sed ne quid omittamus, e verbis ἐκ τοῦ Πειραιῶς articulum eximit Dionysius vol. 6. p. 997. et Aristides Art. p. 456., a quo bene notatur loci virtus ex adjunctis περιστάσεσι. Mox de oppresso statu Athenarum sequitur: τῆς πόλεως ναῦν οὐδεμίαν κεκτημένης. Quod paullulum a veritate rerum recedere dixeris. Constat pacis legem Atheniensibus reliquisse 12 naves longas. Vid. Wesseling. ad Diodor. vol. 1. p. 630. At quidni civitas afflicta posthac eo videatur devenisse, ut plane nihil navium haberet? Bellicas dico: aliae quippe nihil ad rem. Jam prope eodem redit, quod noster de Cor. p. 258, 8. et alii iisdem fere verbis de hoc tempore aiunt, οὐ ναῦς, οὐ τείχη τῆς πόλεως τότε κεκτημένης. Ceterum ἁρμοσταὶ si cui minus ex historia noti sunt, adeat Maussacum ad Harpocrat. h. v. aut Mori Indicem Xenoph. Hellenic. F. A. WOLF.

477, 15. τινῶν—τῶν—ὄντων] *E nonnullis—illius aequalibus.* Conf. ad p. 480, 13. SCHAEF.

477, 26. μόνῳ τῶν πάντων] Vana sunt quae ad haec verba schol. habet. Melius patebit eorum vis, si cogitemus novum tunc eum titulum *liberatoris sociorum* fuisse, immo omnino antehac inauditum, monumentis publicis nomen civis aut etiam imperatoris inscribi. Optime id docemur a Demosthene de Rep. ord. p. 173., quae sententia ab eo ad verbum fere repetitur in Orat. adv. Aristocrat. p. 686. Conf. Aeschin. in Ctesiph. p. 458., quo loco etiam postea utemur. F. A. WOLF. Habet schol. haec: μόνῳ μετὰ τὸν Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα. Ridicule. Fortasse qui scholiorum farraginem primus concinnavit, quae ejus fuit negligentia, retulit huc quod referendum erat ad p. 478, 5. SCHAEF.

477, 27. ἐπειδὴ—συμμάχους.] In his verbis continetur inscriptionis tantum ea pars, quae facit ad consilium hujus loci. Absolute ibi interjectum est φησίν, aut, si mavis, subaudi ὁ γράψας. F. A. WOLF. Subaudi ἡ στήλη. SCHAEF.

477, 28. γράμμα] I. q. ἐπίγραμμα, *inscriptio.* SCHAEF.

φιλοτιμία] Eodem sensu τὴν δόξαν p. 478, 3. V. p. 22, 22. 220, 12. SCHAEF.

478, 1. πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς] Id est *solos.* Opponuntur hi soli Athenienses toti Graecorum populorum universitati. REISK. φιλοτιμία πρὸς ὑμᾶς αὐτούς, *gloria apud vos solos.* Nam ita verte, quo oppositio Atheniensium et universitatis ceterorum populorum clara sit. Lycurgus in Leocr. p. 144. περὶ μὲν γὰρ ἀγνῶτος ἀνθρώπου τοῖς Ἕλλησιν ἐν ὑμῖν αὐτοῖς ἐδοκεῖτ' ἂν ἢ καλῶς ἢ καὶ φαύλως ἐψηφίσθαι· περὶ δὲ τούτου ὅ τι ἂν βουλεύσησθε, παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἔσται λόγος. Aeschines in Ctesiph. p. 433 A. οὐκ ᾤετο δεῖν ὁ νομοθέτης τὸν ῥήτορα σεμνύνεσθαι πρὸς τοὺς ἔξωθεν, ἀλλ' ἀγαπᾶν ἐν αὐτῇ τῇ πόλει τιμώμενον ὑπὸ τοῦ δήμου. Conf. dicenda ad p. 482, 28. F. A. WOLF. Nollem Wolfius hic Reiskium perperam interpretantem secutus esset. ὑμεῖς αὐτοὶ nusquam est *vos soli,* sed ubique *vos ipsi.* Nec Cononi res illae apud solos Athenienses gloriosae fuerunt, sed apud omnes Graecos, qui jugum Spartanum impatienter tulissent. Conf. v. 11. ss. Sic in Aeschinis illo loco ἐν αὐτῇ τῇ πόλει non est *in sola urbe,* sed *in ipsa urbe.* SCHAEF.

478, 3. τούτου—καρποῦται] *Ejus rei gloria nomen patriae fruitur.* Vid. de hoc usu verbi καρποῦσθαι pro vulgari κομίζεσθαι, quod infra p. 502, 25. et p. 505, 25. occurrit, Valckenarium in Euripid. Hippol. p. 211. et 318. F. A. WOLF.

478, 5. Verba ὥσπερ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος reliquae structurae interposita sunt, id quod Wolfius vertendo recte expressit. Ad πρώτου nunc prioris membri pronomen αὐτοῦ facillime suppletur. Prorsus legitimus est secundus casus πρώτου, quoniam perpetuo usu dicitur εἰκόνα στῆσαί τινος, *statuam alicui ponere,* ut ἱερὸν ἱδρύσασθαι θεοῦ τινος et alia. In promtu est locus et huic constructioni firmandae aptus et memoriam simul

de hac statua et regis Euagorae servans, ex Isocrat. Euag. p. 293. ἡμεῖς μὲν αὐτοὺς ἐτιμήσαμεν ταῖς μεγίσταις τιμαῖς. καὶ τὰς εἰκόνας αὐτῶν ἐστήσαμεν, οὗπερ τὸ τοῦ Διὸς ἄγαλμα τοῦ σωτῆρος. πλησίον ἐκείνου τε καὶ σφῶν αὐτῶν, ἀμφοτέρων ὑπόμνημα, καὶ τοῦ μεγέθους τῆς εὐεργεσίας καὶ τῆς φιλίας τῆς πρὸς ἀλλήλους. Praeterea conf. Ulpian. ad Or. in Midiam p. 655 B. ed. Francof. F. A. WOLF. πρῶτον dicit quia statua vivi et auctoritate publica posita est. Conf. Lysiae fragm. ex orat. pro Iphicrate p. 140. ed. Hoelsch. De quo monuit Bergkius in Diariis antiq. a. 1845. p. 963. Cononis statuas memorat Pausan. 1, 3, 2. 1, 24, 3. 6, 3, 16.

478, 6. καὶ τοῦτον] Id est, *Cononem non minus quam veteres illos, Harmodium et Aristogitonem.* De reliquo, etiam hic statim plura psephismata habemus, de honoribus singulis, credo, Cononi a republica decretis. F. A. WOLF.

478, 11. Οὐ τοίνυν ὑφ' ὑμῶν κ. τ. λ.] Citat hunc locum Aristides p. 238. REISK.

478, 15. παρὰ τοῖς ἄλλοις] αἱ παρὰ τοῖς ἄλλοις δωρεαὶ, *dona quae apud ceteros habet*: τῆς παρ' ὑμῶν, *doni quod a vobis tulit*. SCHAEF.

478, 16. μόνης] Vox μόνης relata est ad *plures* donationes ceterorum populorum, contra quas posita *unius* populi Athen. donatio, quamlibet multiplex, duntaxat pro *una* haberi potuit. F. A. WOLF.

τοῦτο videtur dici *haec pars doni nostri*, h. e. *immunitas*. Vide ad p. 501, 28. F. A. WOLF. Omnem tollit dubitationem quod sequitur v. 21. ἀφελέσθαι τι τῶν δοθέντων τότε. SCHAEF.

478, 24. κάλλιστον] μέγιστον Aristides *T.* p. 206. REISK.

478, 25. εἰ παραθείη—ἐποίησε] Scilicet κλέπτων τὴν τῶν Ἀθηναίων τείχισιν, Aelian. V. H. 3, 47. Rem post auctorem principem, Thucydidem 1, 90., nusquam non repetitam accuratius quam pro modulo scriptionis persequitur Nepos Themistocl. c. 6., Noster locus inprimis placet nativa quadam narrandi elegantia. F. A. WOLF. Adverte oratoris artificium Cononem cum Themistocle sic comparantis, major ut in illum gloria redundet. Scilicet suae ut caussae serviret, neglexit περιστάσεις, quae satis ponderatae Themistoclem aliquanto magis illustrant. SCHAEF.

478, 26. λέγεται ἐκεῖνος—οἴχεσθαι πρεσβεύων—ἀρνεῖσθαι—κελεύειν—παραινεῖν πέμπειν ἑτέρους] En verba contigue posita, quae summam compagem periodi faciunt; reliqua interjecta sunt. F. A. WOLF.

479, 4. οὐχ ἧκον] *Domum non revertebantur.* SEAGER. *Diar. Classic.* 56. p. 257.

479, 7. ἀλλὰ νὴ Δία τὸν παῖδα τὸν Χαβρίου] Ad locum venimus, ad quem orator omnem vim dicendi, quae in hujus quidem dictionis orationem cadere posset, et omne πάθος suum reservasse videri debet. Chabriae honores et praemium propter heredem ejus, Ctesippum, sibi inprimis cordi esse, si aliunde non constaret, facile id quemque hujus loci tractandi modus et arti-

ficium doceret. Nec minus illud artificiose, quod nunc demum ad hoc argumentum ducimur, ducique videmur temporum ordine magis quam aliquo consilio oratoris. Neque tamen ullus erat huic argumento locus magis idoneus. Praeterea ipse transitus artem habet, quam scite notat scholion cod. Bav. Τὸ σχῆμα τῆς μεταβάσεως πάνυ θαυμαστόν· τὸ γὰρ μὴ ἐκ περιβολῆς μηδὲ πεφροντισμένως ποιήσασθαι τὴν ἀρχὴν ἀφείλετο τὴν ὑπόνοιαν τοῦ δοκεῖν πρὸς χάριν ὑπὲρ τοῦ Χαβρίου παιδὸς λέγειν κ. τ. λ. F. A. WOLF. Vix erres, si suspiceris Leptineae reapse non aliud consilium fuisse quam ut orator patrocinaretur nepoti perditissimo. Adeo Demosthenes h. l. omnes nervos intendit, adeo totis lateribus lacertisque luctatur. Nec mirum. Caussa enim agebatur non optima: tuendus erat ganeo profligatissimae ἀσωτίας καὶ κιναιδίας. Quod ipsum videtur perpulisse oratorem ut adversarium solito lenius tractaret. Aliter, sed vix probabiliter, de homine Wolfius in Proleg. p. 53 sq. SCHAEF.

479, 8. Deleantur commata quibus verba ἂν ἀληθὲς ᾖ inclusa sunt, quae Schaeferus recte interpretatur *verumne sit.*

τὸ φανερῶς τοῦ λάθρα] Scilicet πράττειν ὁτιοῦν. SCHAEF.

479, 10. παρακρουσαμένους] Premitur quodammodo Themistoclis factum significatu humilis fraudis, qui huic verbo adhaeret ex origine sua. F. A. WOLF.

479, 21. ἴστε μὲν οὖν ἴσως κ. τ. λ.] Citat h. l. Aristides *T.* p. 260. REISK.

479, 22. οὐ μὴν—αὐτῷ] Citant Anecd. Bekk. p. 137, 18. SCHAEF.

479, 25. ὑμᾶς ἔχων] Quomodo vos habentes, quomodo comparatos, in quanta rerum omnium inopia, quanta infirmitate et animorum dejectione. REISK. Unum ὑμᾶς intelligi debere ὑμᾶς μόνους, evincitur oppositis verbis, quae continuo adduntur, *contra Peloponnesios omnes.* Sed illud ὑμᾶς ἔχων, h. e. *a vobis solis comitatus, cum unis copiis vestris*, magis oratorie dictum videtur quam ex veritate. Quod historias in h. l. attinet, praeter Xenophontem, qui eas minus accurate prodidit, vide Diodor. 15, 25 seqq. et Nepot. Chabriam, quod scriptum tamen totum jejunius compilatum puto e Theopompo. Res summas ut brevissime complectar, post Thebas ope Pelopidae, Mellonis aliorumque liberatas atque Piraeeum a Sphodria occupatum Thebani, Athenienses et aliae gentes Graeciae Olymp. 100, 4. societatem belli coëunt contra Lacedaemonios, qui resumtis viribus tunc superbius dominabantur. Bellum administrat Chabrias, qui jam Olymp. 96, 4. bello Corinthiaco ducem fortem se praestiterat, cum eo Timotheus, Cononis filius, et Callistratus, orator alias nobilis. Eodem, quo bellum exarsit, anno fit pugna illa apud Thebas, noto Chabriae strategemate insignis, et alia, eodem duce, apud Naxum navalis, cujus victoria ubique celebratur, quippe a bello Peloponnesio prima, quam Athenae propriis viribus ex Lacedaemone retulerunt. Vid. Diodor. 15, 35. Plutarch. Camill. p. 138 B. et Phoc. p. 744 C. Graeciae populi etsi LXX

fere in illud foedus convenerant, tamen Peloponnesii ut accederent adduci se passi non sunt. Hinc explic. πρὸς ἅπαντας Πελοποννησίους. Mox ἐν Θήβαις, *ad Thebas.* Sequitur Gorgopas, Lacedaemonius, ἐπιστολεὺς nauarchi Hieracis, a quo relictus erat Aeginae. Sed legitur hoc apud unum Xenophontem Hellen. 5, 1, 5. seqq. Quo ex fonte correxi scholion Στρατηγὸς ἦν Λακεδαιμονίων, ὃν κτείνει Χαβρίας ἐν Αἰγίνῃ, ἀπιὼν βοηθῆσαι Εὐαγόρᾳ. sic vulgo lectum: Στρατηγὸς ἦν Θηβαίων· ὃν κτείνει Χαβρίας ἐν Αἰγίνῃ ἀπιόντα βοηθῆσαι Εὐαγόρᾳ. Dein ὅσα ἐν Κύπρῳ τρόπαια ἔστησε. scilicet Euagorae Persarum armis petito publice in auxilium missus Chabrias circ. Olymp. 97, 3. Vid. Diodor. 14, 98. et Cornel. Nep. Chabr. c. 2. μετὰ ταῦτα ἐν Αἰγύπτῳ, quo sua sponte venerat, ut privatam operam Aegyptiis navaret. primo Olymp. 100, 4., iterum 104, 3. Vid. Diodor. 15, 29. et 92. et Cornel. l. c. F. A. WOLF. Reiskii interpretatio nullo modo ferenda. Primum enim orator, si tale quid voluisset, fere sic scripturus erat: ὃν μὲν οὖν τρόπον ὑμᾶς ἔχοντας ἄγων—. Deinde ὃν τρόπον jungendum esse verbo παρετάξατο satis docent sequentia, ὡς ἀπέκτεινεν et ὅσα τρόπαια ἔστησεν. Sed non magis probanda interpretatio Marklandi Wolfiique ellipsin vocabuli μόνους fingentium, quam nullius linguae ratio patitur. Adde quod ὑμᾶς ἔχων hoc sensu intellectum repugnat fidei historicae: ut ipsi Wolfio videatur magis oratorie dictum quam ex veritate. Quid h. l. valeat ὑμᾶς ἔχων, non dubitabis, si contuleris quod orator dixit de Conone p. 477, 18. παρ' ὑμῶν οὐδ' ἡντινοῦν ἀφορμὴν λαβὼν κατεναυμάχησε Λακεδαιμονίους. Scilicet Chabrias cum Conone sic confertur, ut aliquanto plus laudis reportet. Conon vicit Lacedaemonios armis barbarorum: Chabrias omnes Peloponnesios armis Atheniensium. SCHAEF.

479, 27. ὅσα ἐν Κύπρῳ τρόπαια ἔστησε] ὅσα ἐνῆν πρώην ἐποίησε Aristides *T.* p. 232. portentoso errore. REISK.

479, 28. δέω λέγειν] Omisit Aristides e memoria recitans. REISK.

480, 3. ἐν ἑκάστῳ] παρ' ἑκάστῳ Aristides. REISK.

νῦν] Deest exemplaribus Aristidis. REISK.

480, 5. ἐνίκησε—τριήρεις] Citant Anecd. Bekk. p. 158, 15. SCHAEF.

ναυμαχίᾳ] Ad Naxum insulam, de qua pugna v. ad p. 686, 23. et Rehdantz. V. Iphicr. et Chabriae p. 61. G. DINDORF. Plura hoc in loco oratorie exaggerata esse ad Chabriam ornandum, suspicionem movent quae paullo post leguntur de nulla urbe, nulla navi, nullo milite, ductu illius amissis. Talia haec sunt, quae post hominum memoriam nulli unquam ne felicissimo quidem duci contigerunt. Potest autem fieri ut res, quas hodie ignoramus, splendida haec mendacia Atheniensibus verisimiliora fecerint; nec sane rationem narrationis hujus in omnibus explorare nobis licet. Conf. Wesseling. not. ad Diodor. vol. 2. p. 29. F. A. WOLF. Mendacia haec sunt, si ἀπώλεσεν v. 18. cum Wolfio vertas *amisit*, eaque tam absurda, ut nullus homo sanae

mentis, nedum tam catus quique satis nosset quam ageret caussam quantumque sibi esset cavendum ne adversariis praeberet latus, dicere potuisse videatur. Licet enim concedamus Chabriam tam felicem fuisse, ut nullam urbem, nullum castellum, nullam navem amitteret, quod sane fidei non repugnat, non tamen potuit nisi mente captus negare milites a Chabria amissos esse. Sin ἀπώλεσεν vertas *perdidit*, h. e. in caussa fuit ut periret, cum servari posset, quid tandem est quod Demosthenem ridiculae exaggerationis arguamus? Conf. p. 482, 6. Omnino ut Chabriae laudes justo splendidius praedicatae sint, tamen non puto quidquam dictum esse, cui ipsa rerum ab illo gestarum memoria adversaretur. SCHAEF.

480, 5. ναυμαχίᾳ] μάχῃ Anecd. Bekk. SCHAEF.

480, 6. δεούσας] δεούσης, ut codd. nonnulli, etiam in Bekk. Anecd.: qui frequens in hac structura est error librariorum, nunc ubique fere sublatus. V. L. Dindorf. ad Xenoph. Hist. Gr. 1, 1, 6. et Sinten. ad Plut. Vit. vol. 3. p. 129.

ἔλαβεν αἰχμαλώτους τριήρεις] ἔλαβε τριήρεις Anecd. Bekk. SCHAEF.

480, 7. τῶν νήσων τούτων] Pronomen abest ab Aristide: sed bene habet. *harum, de quibus commemoro et quas vos omnes nostis, insularum.* Nominaverat paulo ante Aeginam et Cyprum. REISK. *insularum, quas nostis*, ut bene Reiskius. Qui frequens est pronominis usus, de quo dixit Marklandus ad Maximum Tyr. Diss. 23. p. 694. Minus recte locum exponit Taylorus ad Or. in Midiam p. 580, 12. pronomen δεικτικῶς usurpatum censens, ut orator digitum intenderit ad Πράξεις Χαβρίου, h. e. ad librum memorialem in medio jacentem et mox recitandum, qui Chabriae res gestas harumque insularum nomina et memoriam complecteretur. F. A. WOLF.

480, 11. πλέον ἤ] Omisit Aristides. REISK. Conf. p. 481, 10. SCHAEF.

480, 12. πρεσβύτατοι] Alterius lectionis πρεσβύτεροι patrocinium, quod olim Taylorus suscepit, ego nunc ita exsequar ut paucis dubium sit futurum quid auctor reliquerit. Statim id in oculis positum est, quum Chabrias vix quadriennio ante hanc orationem habitam occubuerit, (Olymp. 105, 3.) hoc amplius, quum inter pugnam Naxiam, in qua maxime virtus viri enituit, et orationis nostrae tempus tantum 25 anni intersint, caussam adesse nullam, cur in rebus ab eo gestis non alii testes citentur quam natu maximi. Quid enim? An sexagenariis aut etiam majoribus opus erat, ut essent qui Chabriam in glorioso cursu laborum vidissent, aut ipsi sub eo meruissent? Minores autem sexagenariis nemo unquam sanus in numero τῶν πρεσβυτάτων habuit. At probabile est tam prima acta viri quam extrema, atque illud tempus omne, per quod meritis floruit, ab oratore respici. Sic usque ad Olymp. 96, 4. retrahimur, quo ille anno primum imperatoriae artis specimen dedit. Vid. Diodor. 14, 92. Ratio haec tuendae receptae lectionis ita mihi ipsi ali-

quando placebat ut nihil ab ea recedendum putarem. Sic vero in contextu relictum est quod ipse orator damnare videri debet. Supra enim p. 472, 21. ad fidem τῶν πρεσβυτέρων provocabat, etsi de re antiquiore et circiter Olymp. 96, 2. gesta loquens. Pariter Ulpianus ad p. 477, 15., quum Cononis victoriam ad Cnidum memorat, τῶν πρεσβυτέρων habet. Ea autem victoria 40 annis hanc Leptineam caussam praegreditur. F. A. WOLF. Non persuadet Wolfius. Vulgatam enim tuetur pronomen τινὲς, quod omittendum erat, si orator omnino majores natu, non aetate maxime provectos, antestari vellet. Sic p. 472, 21. ἃ παρ' ὑμῶν τῶν πρεσβυτέρων αὐτὸς ἀκήκοα. Nostro loco cum Demosthenes annos testium accuratius definiendos putaverit, τινὲς recte additum est: nam id aetatis pauci erant superstites, qui ταῦτα πάντα, vivendo attigissent. Compara simillimum locum p. 477, 15. ὡς ὑμῶν τινῶν ἔστιν ἀκοῦσαι τῶν κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν ὄντων: pro quo poterat scribi ὡς ὑμῶν τινῶν ἔστιν ἀκοῦσαι τῶν πρεσβυτάτων, non poterat ὡς ὑμῶν τινῶν ἔστιν ἀκοῦσαι τῶν πρεσβυτέρων. Vides iisdem me locis usum esse, qui Wolfio in promtu fuerunt: uter nostrum iis recte usus sit, alii judicent. Quod autem Ulpianus l. c. Cononis aequales generali appellatione τῶν πρεσβυτέρων complectitur, nihil quidquam valet ad vulgatam convellendam. SCHAEF.

480, 13. πρὸς δὲ τούτοις—] Haec non ad pugnam Naxiam esse referenda, sed ad alia Chabriae acta spectare probabiliter statuit Sievers. Hist. Gr. p. 222.

480, 19. τρόπαιον—κἀκεῖνον] Frequentissimus est hic usus particulae ἀπό, ubi tropaei *de* populo positi mentio fit; fortasse inde ductus, quod armis tropaea ornari solebant victo hosti detractis. Verum simpliciter quoque dicitur τρόπαιον στῆσαί τινων vel κατά τινων. Exempla dabit Taylorus ad Lysiae Or. fun. p. 89. F. A. WOLF.

480, 25. τῶν τροπαίων, οὗ ἕκαστον] *quo loco quodque.* Sic et paullo ante accipio οὗ ἑκάστην, non *cujus populi.* Jam Πράξεις Χαβρίου, quae recitantur, scriptum id videtur mihi oratoris fuisse, et huic actui destinatum, non publicum. F. A. WOLF.

481, 3. καὶ γὰρ ἂν ἄλογον εἴη, μίαν—] Annotari, non corrigi debebat structura hujus periodi, cujus duo primaria membra negligentius et sine ullo conjunctionis vinculo posita sunt. Dicas quidem cum Lambino ante μίαν a praegresso εἴη absorptum deesse εἰ, quod exspectes ad εἰσήγγελλον, ἀπολώλει et ἔσται. Sic autem minimo intervallo ter eandem particulam legeremus. Quod ut caveret, quidni potius statuamus auctorem ad illud genus constructionis ἀσύνδετον devenisse? F. A. WOLF.

481, 6. οὗτοι] In οὗτοι post εἰσήγγελλον eadem amarities inest, quae antea p. 475, 22. Simul in transcursu mores populi notantur. Una urbs, una minima classis amissa imperatori rebus optime gestis claro in crimen προδοσίας ducitur et capitis periculum afferre potest. De actione εἰσαγγελίας vid. Salmas. de Mod. usur. p. 589. et Herald. ad I. A. et R. p. 221. F. A. WOLF.

481, 7. ἑπτακαίδεκα μὲν πόλεις εἷλεν κ. τ. λ.] Hinc descripsit Aristides Declamat. §. 103., forsan alio nullo auctore nixus. F. A. WOLF.

481, 13. φανήσεται] Futuro hujus verbi non raro sic utuntur, ut Aeschin. in Ctesiph. p. 440 A. Δημοσθένης ἐνιαυτὸν βουλεύσας, οὐδεμίαν πώποτε φανεῖται πρεσβείαν εἰς προεδρίαν καλέσας, ἀλλὰ τότε μόνον καὶ πρῶτον κ. τ. λ. Ellipsis est, ἐὰν σκοπῆτε. Plene supra p. 466, 18. οὗτος, ἂν σκοπῆτε, φανήσεται συνεχῶς ἡμᾶς εὖ ποιῶν. F. A. WOLF. Ellipsis est de genere illarum, quas alibi dixi dialecticas. Ceterum etiam infra v. 27. φανήσεσθε: sed mox v. 18. φανούμεθα, qua forma etiam Aeschines l. c. usus est. SCHAEF.

481, 19. Χίων] De Chiis non magis cognoscitur ex historiis, quae praemia Chabriae dederint, quam illud, quod de Conone ab aliis populis ornato legimus p. 478, 12. Ceterum antitheta praeclare h. l. cumulata pro se quisque notabit. Conf. ad p. 465, 5. F. A. WOLF.

481, 25. ἐπ' ἐκείνους ἐλθὼν ἐτελεύτησεν] Occidit videlicet Chabrias in obsidione Chii, belli socialis anno primo, Olymp. 105, 3. Interitum ejus narrant Diodorus 16, 7. et Nepos extr. F. A. WOLF.

481, 26. τι] De hac sede pronominis τὶς v. ad Longi Pastor. p. 363. et Porsoni Advers. p. 49. SCHAEF.

482, 8. τούτῳ] H. e. τῷ ἀσφαλεστάτῳ. *vestra quidem caussa hac summa cautione utebatur.* Ita de Agesilao Xenophon Hellen. 4, 3, 12. ἐνταῦθα δὴ ἀνδρεῖον μὲν ἔξεστιν εἰπεῖν ἀναμφισβητήτως· οὐ μέντοι εἵλετό γε τὰ ἀσφαλέστατα κ. τ. λ. Quem ad locum conf. Plutarch. in Pelop. p. 278. F. A. WOLF. De re ipsa conf. p. 480, 17. 482, 2. SCHAEF.

482, 15. ὑπὲρ ὑμῶν—ἔστησε] *Tropaea quae statuit tum, quum imperator erat vestri exercitus,* ad verbum, *vestro nomine, vestra auctoritate.* Ἐστρατήγησε γὰρ ὁ Χαβρίας καὶ ὑπὲρ ἄλλων τινῶν, ὑπὲρ Κυπρίων καὶ Αἰγυπτίων. Sed illic ab eo parta tropaea nihil huc pertinent. Isocrates de Conone Paneg. c. 41. ὑπὲρ τῆς Ἀσίας στρατηγήσας τὴν Λακεδαιμονίων ἀρχὴν κατέλυσεν. Notanda haec vis particulae ὑπὲρ, cujus immemor Marklandus sic verba connectit: ἃ ὑπὲρ ὑμῶν ἔστησε, *quae vestrum in commodum statuit.* Ipsam structuram non reprehendo, στῆσαι τρόπαια ὑπέρ τινος, eamque adeo memini me in oratoribus legisse. Verum sic verba ambigue trajecta essent. F. A. WOLF.

482, 17. οὐ σκέψεσθε—καὶ λογιεῖσθε] *Considerate vobiscum et reputate.* Nam est illud pro imperativo. Proxima redde: *Non jam de lege judicium est, utrum illa utilis sit, an minus, sed de vobis, utrum digni in posterum beneficiis sitis, necne sitis.* Repetitur non sine gravitate ἐπιτήδειος in altero membro. Proprie enim et solenniter dicitur νόμος ἐπιτήδειος, *lex bona, civitati utilis, ideoque jubenda.* F. A. WOLF.

482, 20. πάσχειν ἐστὲ εὖ] Simili trajectione p. 483, 2. εὖ

τινας πεποιήκατε. Ibid. v. 22. *πεποίηκεν ἕκαστος αὐτῶν ὑμᾶς εὖ.* SCHAEF.

482, 21. *ὅρα δὴ καὶ σκόπει κ. τ. λ.*] Locus hic apud Aristidem in Τέχνῃ p. 258. sed admodum corrupte legitur. REISK. Leguntur haec verba apud Suidam in voc. Ὅρα. sed nuda hodie et elapsis iis, quae lexicographus adscripserat. Ibi, opinor, notarat figuram τοῦ αὐτοσχεδίου, qua orator nunc utitur. Nam orationes, quotquot ex antiquitate supersunt, quamvis pleraeque omnes post demum sint literis perscriptae quam publice habitae essent, occurrunt tamen in iis loci artificiose sic commentati, ut in rem praesentem adducti non legere videamur elaborata, sed audire ex tempore fusa. Ita Demosthenes h. l. scribam nobis ob oculos ponit cunctantem et psephisma requirentem, quem jubet circumspicere curatius; mox ut homini spatium ad quaerendum det, simulans se quod in solum, ut dicunt, loqui velle, ad novum enthymema in Leptinem accingitur. Simile quid reperitur in notabili loco nostri de fals. leg. 407, 13. ubi si quando proposito aliena legere lubebit, legas Reiskium in not. Demosthenis hunc quoque modum imitator Romanus, non magnopere ille de verbis singulis aut sententiis exprimendis sollicitus, sed artem universam Graeci exempli aemulatus, hunc ergo modum Cicero transtulit in Verrinam 4, 3. hoc est, in eam orationem, quam scriptam tantum scimus esse, non habitam. Ibi quum dixit, *Canephorae ipsae vocabantur*, statim auditorem aliquem de nomine artificis interrogare se simulans, quasi ipse talis rei rudis, addit: *Sed earum artificem quem? quemnam?* Tum parvo intervallo: *Recte admones; Polycletum esse dicebant.* Quae ultima verba sic efferuntur, ut nomen artificis oratori ab aliquo ex corona suggestum videatur. Jam ex tribus his locis puto cognosci posse cur ita antiqui fecerint, quum consulto fecisse appareat. Nimirum sicut poetae scenici fabulas suas ita faciunt, ut etiam in cubiculo lectae nos mente animoque in scenam abripiant, eodem plane modo illi, quorum scena erat forum et judicia, ita nativum colorem quendam et gratiam putarunt orationibus scriptis accedere, si habitis essent simillimae; qua arte lector sibi e cubiculo suo videretur in solem et pulverem translatus. Simul non dubium est, hanc speciem extemporalitatis *ἀξιόπιστον ποιεῖν λόγον*, quod ad h. l. observat Aristides in Arte p. 467. Ad Ciceronis locum conf. Quinctil. 9, 2, 61. F. A. WOLF. V. not. ad p. 407, 13., ubi non dicam Reiskium proposito aliena scripsisse. Quis enim praefracte neget Demosthenem hujusmodi interlocutionibus vere usum esse, cum oraret? SCHAEF. Conf. ad p. 242, 29.

482, 25. *τιμῶντές ποτε Ἰφικράτην*] Scilicet Iphicratem donarunt statua aenea, victu Prytanei, aliis praemiis, teste Demosthene in Aristocr. p. 663. Quocum conf. Aeschin. in Ctesiph. p. 467 D., ubi etiam similium honorum Timothei meminit et rerum, quae suos utrique meruerant. Ἐπερώτησον τοὺς δικα-

στάς, inquit ille Demostheni coronam affectanti, εἰ ἐγίγνωσκον Χαβρίαν καὶ Ἰφικράτην καὶ Τιμόθεον, καὶ πυθοῦ παρ' αὐτῶν, διὰ τί τὰς δωρεὰς αὐτοῖς ἔδοσαν καὶ τὰς εἰκόνας ἔστησαν· ἅπαντες γὰρ ἅμα σοι ἀποκρινοῦνται ὅτι Χαβρίᾳ μὲν διὰ τὴν περὶ Νάξον ναυμαχίαν, Ἰφικράτει δὲ, ὅτι τὴν μόραν Λακεδαιμονίων ἀπέκτεινε, (v. locc. laudd. a Lambino ad Cornel. Nep. Iphicratem et Wesseling. ad Diodor. vol. 1. p. 712.) Τιμοθέῳ δὲ διὰ τὸν περίπλουν τὸν εἰς Κέρκυραν. His conf. loca, quae designant Muretus Varr. Lectt. 8, 22. et Taylorus ad Lysiae Fragm. p. 18 seqq. F. A. WOLF.

482, 26. Στράβακα καὶ Πολύστρατον] Posteriorem una cum Chabria et Iphicrate ducem fuisse conducticii exercitus (τοῦ ξενικοῦ ἐν Κορίνθῳ. Conf. Aristoph. Plut. 173. ibique schol. et Harpocr. hh. vv.) novimus ex Philipp. I. p. 46, 20. Quo loco Didymus quum temere poneret Πολύτροπος, non videtur is nostrae orationis meminisse. Vid. Harpocrat. v. Πολύστρατος et conf. Apsin. p. 704. Strabax et ipse de commendatione Iphicratis ornatus videri potest Iphicratis in eodem bello adjutor fuisse. Hominem aliquanto melius nossemus, nisi manci hodie essent Harpocratio et Suidas, qui ipse jam olim mutilo exemplo Harpocrationis usus videri debet. [Strabacem ex Theodectis oratione memorat Aristot. Rhet. 2, 23. p. 1399, 2. ed. Bekk.] Clearchum suspicatur Reiskius eundem esse, qui Heracleae, Pontica urbe, tyrannus fuerit ab Olymp. 104, 1. ad Olymp. 106, 4. auctore Diodoro 15, 81. et 16, 36. Mihi in homine aliunde ignoto nec ulla re hic nobis notato conjectura abstinendum videtur. F. A. WOLF.

482, 27. Κλεάρχῳ καί τισιν ἄλλοις] Fortasse Phrasieridem et Polysthenem intelligit, de quibus p. 688, 4. πάλιν Τιμοθέου δόξαντός τι ποιῆσαι τῶν δεόντων ὑμῖν πρὸς τῷ πάνθ' ἃ μέγιστ' ἦν αὐτῷ δοῦναι προσέθηκαν αὐτῷ δύο, Φρασιηρίδην καὶ Πολυσθένην etc. Quem locum comparavit Sievers. Hist. Gr. p. 228.

482, 28. αὐτὸς] Ipse solus, nullo cum socio. Pro μόνος. REISK. αὐτὸς—μόνος. Per se αὐτὸς est μόνος, *ab aliis sejunctus*. Vid. Hemsterhus. ad Lucian. vol. 1. p. 230. Sed nonnunquam utraque vox conjungitur, praesertim quum vim quandam sententia habet. Exempla dabit Abreschius in Thucydid. vol. 2. p. 223. Frequentius Latine juncta leguntur *unus* et *solus*. F. A. WOLF. Verte: *ipse vero Chabrias a vobis solus dona accepit*. Nihil hîc pleonastici. SCHAEF.

483, 8. οὐδὲ γὰρ ὑμῖν κ. τ. λ.] Citat Aristides p. 272. REISK.

483, 14. τῶν Χαβρίου τιμῶν] Honores Chabriae a populo decreti, quantum quidem liquet, fuerunt statua in foro posita et haec immunitatis donatio, fortasse alia plura. Statuae in transitu meminit Aeschines in Ctesiph. p. 467 E. Conf. Diodor. 15, 33. et Nepos c. 1. Dederunt autem eos honores Chabriae adhuc vivo, quod praeter Nepotem l. c. noster docet p. 482, 11. εἶτα ὑπὲρ ὧν ἐκεῖνος κ. τ. λ. F. A. WOLF.

483, 16. οὓς ἀκηκόατε] Non dubitem, a Phormione oratore.

Nisi quis πολλοὺς ἄλλους accipere malit de exteris, Corinthiis, Thasiis, Byzantiis, de quibus ante; ut ita distinguantur a civibus, Conone et Chabria. Sed illud probabilius. Etsi Demosthenem miror hic verborum tam parcum, qui ne unum quidem adverbium, πρότερον aut simile aliquod, addiderit. F. A. WOLF.

483, 17. *σκοπεῖτε—καὶ λογίσασθε*] Potuit orator scribere aut *σκέψασθε—καὶ λογίσασθε*, ut p. 629, 26. *σκέψασθε—καὶ θεωρήσατε*, aut *σκοπεῖτε—καὶ λογίζεσθε*, ut p. 122, 3. *λογίζεσθε—καὶ θεωρεῖτε*. Nunc diversa tempora conjunxit, idque nullo ad sensum discrimine: nam *σκοπεῖν* et *λογίζεσθαι* esse *ἰσοδυναμοῦντα* copularique h. l. *πλεοναστικῶς* ecquis negabit? Conf. ad p. 494, 17. SCHAEF. V. Schoemann. ad Isaeum p. 235.

εἴ τινες—αἴσθησιν] Plato Menex. c. 21. *εἴτις ἐστὶ τοῖς τετελευτηκόσιν αἴσθησις τῶν ζώντων κ. τ. λ.* Lycurgus in Leocr. p. 231. *εἴτις ἐστὶν αἴσθησις τοῖς ἐκεῖ περὶ τῶν ἐνθάδε γινομένων.* Cicero Philipp. 9, 6. *Mihi autem recordanti Ser. Sulpicii multos in nostra familiaritate sermones gratior illi videtur, si quis est sensus in morte* etc. Sic antiquitas saepe manibus sensum tribuit et cognitionem quandam rerum terrestrium. F. A. WOLF.

483, 21. *ὧν*] Genitivus pro accusativo positus per legem attractionis: *ὧν—κρίσις γίγνεται.* Abundat igitur quod statim sequitur demonstrativum *τούτων*: sed ita abundat, ut vi sua non careat. V. Melet. Crit. p. 84. SCHAEF.

483, 22. *ἔργῳ πεποίηκεν*] Compares *ῥηθῇ τῷ λόγῳ* v. 25. Locutiones ad speciem pleonasticae, sed consulto satisque significanter positae: scilicet ut oppositio magis exsistat. SCHAEF.

εὖ] De hac sede adverbii *εὖ* v. not. ad p. 384, 5. SCHAEF.

483, 26. *ἵνα τοίνυν εἰδῆτε κ. τ. λ.*] Sequitur hinc orationis pars altera, quae in locum legis Leptineae hactenus oppugnatae novam surrogat; qua de re diximus in Prolegomenis. F. A. WOLF.

483, 27. *ἐπὶ πᾶσι δικαίοις*] Verte, *convenienter summae aequitati*, proprie, *conditionibus aequissimis*. Eodem modo Aeschines in Ctesiph. p. 455 F. (p. 78, 12.) *ὁ λογισμὸς ἔστω ἐπὶ πᾶσι δικαίοις.* F. A. WOLF. Aeschin. c. Timarch. p. 25, 19. et Demosth. p. 92, 13. 136, 4. addit Dobraeus.

483, 29. *ἕνεκα*] Adverte praepositionem casui suo ita postpositam, ut tribus verbis intersertis ab illo disjungatur. Uno disjunctam interserto dignam de cujus sede moneret habuit Sylburgius ad Dionys. Halicarn. vol. 3. p. 1514 R. SCHAEF.

484, 1. *παρεισφέρομεν*] *ἀντεισφέρειν* legitur p. 486, 25. SCHAEF.

484, 6. *κρίνας παρ' ὑμῖν*] Usitata sunt *κρίνειν* et *κρίσις* de accusatore. Docuit hoc Taylorus ad Lycurg. in Leocrat. p. 137. et dudum antea Muretus Varr. Lectt. 19, 16. id agens, ut eodem modo Lat. *judicare* poni ostendat e Livio 26, 3. Sed ibi vid. Duker. Proxima loci nostri diverse scribunt membranae. Aliae *καὶ ὅπως οὐδεὶς ἂν ἀντείποι*, aliae *μὴ οὐ δεῖν ἔχειν τοὺς ἀξίους τὰ δοθέντα*, aliae *μὴ οὐ δεῖν ἔχειν ἐξουσίαν τὰ δοθέντα.* Videndum

ne ista varietas gravius aliquod mendum occulat, aut integra sententia desit, his vel similibus concepta verbis: *καὶ ὅπως ὑμεῖς ἐξουσίαν ἕξετε δοῦναι τὰ ὑμῶν.* Sententia quidem, quam modo posui, non solum alibi a nostro diligenter inculcatur, uti p. 457, 17. et p. 487, 5., sed et talis est, quam hoc maxime loco prope necessariam dixeris. Neque ea satis exprimitur illis: *ὅπως ὑμεῖς μηδὲν αἰσχρὸν ποιῆσαι δόξετε.* F. A. WOLF. Sed oratores dialectica subtilitate adstringi non patiuntur: loquiturque h. l. Demosthenes de immunitate jam concessa, quae indignis auferenda, dignis conservanda sit; quod nisi fiat, fore ut Athenienses infamiam contraxisse videantur. SCHAEF.

484, 8. *καὶ τούτων*] Apud Aristid. vol. 2. p. 446. *καὶ τούτων οὐδὲν καινὸν οὐδὲ εὕρημα ἐμὸν, ἀλλὰ* etc.

484, 10. *ἀλλ' ὁ παλαιὸς ὃν οὗτος*] Aristides p. 190. vitiose dat *ἀλλὰ παλαιοὺς ὧν οὗτος.* REISK.

484, 17. *τοὺς μὲν θεσμοθέτας κ. τ. λ.*] Totum locum sic cape: *Solon quum thesmothetas, qui legum caussa creantur, post duplicem demum* δοκιμασίαν *voluerit inire magistratum* (ἀρχήν). *Solon igitur multo minus ipsas leges, ad quarum praescriptum et illos suo munere fungi, et reliquos omnes rempubl. administrare oportet, temere ac fortuito latas, sine ulla* δοκιμασίᾳ *recipiendas censere potuit.* Lycurgus ap. Harpocrat. v. *δοκιμασθείς*: *Τρεῖς δοκιμασίαι κατὰ τὸν νόμον γίνονται· μία μὲν, ἣν οἱ ἐννέα ἄγχοντες δοκιμάζονται· ἑτέρα δὲ, ἣν οἱ ῥήτορες· τρίτη δὲ, ἣν οἱ στρατηγοί.* Sed de hisce *δοκιμασίαις* e libris Antiquitatum nota omnia. Conf. Petit. LL. AA. p. 320. seqq. F. A. WOLF.

484, 20. *ἐπὶ καιροῦ*] *ἐπὶ καιροῦ*, quod proprie est *quando cuique commodum videtur*, definitur per adjecta, *ὅπως ἔτυχον.* Utrumque postea verbis commutatis sic effertur: *ὅταν τις βούληται, καὶ ὃν ἂν τύχῃ τρόπον.* F. A. WOLF.

484, 28. *χειροτονεῖθ' ὑμεῖς τοὺς διαλέξοντας*] Thesmothetas dicit, de quibus Aeschines p. 59, 7. a Dobraeo comparatus: *μήθ' ὑμεῖς ποτε εἰς τοσαύτην ἀταξίαν τῶν νόμων προβαίητε, οὔτε ἠμέληται περὶ τῶν τοιούτων τῷ νομοθέτῃ τῷ τὴν δημοκρατίαν καταστήσαντι, ἀλλὰ διαρρήδην προστέτακται τοῖς θεσμοθέταις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν διορθοῦν ἐν τῷ δήμῳ τοὺς νόμους, ἀκριβῶς ἐξετάσαντας καὶ σκεψαμένους εἴ τις ἀναγέγραπται νόμος ἐναντίος ἑτέρῳ νόμῳ ἢ ἄκυρος ἐν τοῖς κυρίοις* etc. Quo loco Harpocration s. v. *θεσμοθέται* utitur addito Theophrasto *ἐν γ' Νόμων.* De ratione autem legum ferendarum et abrogandarum v. Prolegomena ad orationem Timocrateam.

484, 29. *ἐπὶ πάμπολυν ἤδη χρόνον*] I. e. *diu est ex quo sic facitis.* *ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας* p. 527, 19. comparat Dobraeus.

485, 2. *νεώτεροι*] Sententia est, tam crebras ferri leges, rogari et rursus abrogari, aliasque aliis debilitari, ut earum legum non major sit quam plebiscitorum auctoritas. Valebant autem plebiscita ad annum ferme, nisi inter leges reciperentur; leges autem vim perpetuam habebant. Non video cur optima sententia juguletur. REISK. De legum novarum super novas subinde acervatarum immensa multitudine Demosthenem queri

apparet. Jam quid sibi velint verba ψηφισμάτων οὐδοτιοῦν διαφέρουσιν οἱ νόμοι, ipsa explicatio docet, quae additur, haec: νεώτεροι οἱ νόμοι τῶν ψηφισμάτων ὑμῖν εἰσίν. Scilicet quum Athenis sancitum esset ut psephismata omnia fierent e praescripto legum receptarum. (τὰ ψηφίσματα γράφεσθαι κατὰ τοὺς νόμους,) unde etiam is obnoxius esset γραφῇ παρανόμων. quo auctore psephisma aliquod legibus contrarium esset factum: resp. recte dici potuit turbari legibus nimis saepe novis rogandis, eaque re tolli id ipsum, quod inter psephisma et legem maxime videretur differre (ἐν ᾧ ψηφισμάτων μάλιστα οἱ νόμοι διαφέρουσιν). Atqui hoc illud est, quod, quum psephismata et propter subitas necessitates scriberentur, et essent temporaria. ut, ubi illae desiissent, neque ipsa diutius valerent, leges in republ. propter stabiles caussas latae vim et auctoritatem habebant perpetuam. Tum ergo οὐδοτιοῦν διαφέρουσιν οἱ νόμοι ψηφισμάτων. quando adeo frequenter leges novae rogantur, veteres abrogantur, ut earum imperium non diuturnius sit quam psephismatum. Nec id tamen praecise verum est, quod Reiskius affirmat, populiscita in annum valuisse. nisi inter leges recepta. Vid. Or. in Aristocr. p. 649. et Ulpian. p. 766. A. F. A. WOLF.

485, 7. ἦσαν οἱ πρότερον νομοθέται] Verbum εἶναι non raro cum quadam specie simplicitatis ponitur. Ut in Demosth. Prooem. p. 1427, 2. ad judices: νόμος, ἐφ' οἷς ὑμεῖς ἐστέ. Hinc nostra vertes: *Cape legem, qua olim tenebantur ii, qui leges rogare vellent.* F. A. WOLF. Sed τὸ ἑξῆς hoc esse puto: καθ' ὃν οἱ πρότερον ἦσαν νομοθέται (i. e. ἐνομοθέτουν). Aristophanes Av. 599. οὓς οἱ πρότερον κατέθεντο. V. infra p. 491, 10. 20. Quod autem Wolfius e Prooem. citavit verto *quibus tutandis vos estis.* Speciem simplicitatis. qua verbum εἶναι hic positum sit. non video: nisi proprietatem dicere velis simplicitatem. SCHAEF.

485, 10. Συνίετε—τιθέναι] Signum interrogandi a Reiskio positum rejeci. Recitatas literas publicas sequitur ubique ἀκούετε. ὁρᾶτε aut simile quidpiam nulla interrogatione. F. A. WOLF.

485, 15. ταὐτὰ] Respicitur enim illa pars legis, qua Solon jussit νομοθετεῖν λύοντα τοὺς ἐναντίους νόμους, ne αἱ ἀντινομίαι τοὺς ἰδιώτας implicarent fraudibus τῶν ἅπαντας εἰδότων τοὺς νόμους. SCHAEF.

485, 26. πάντα] Sc. ποιοῦμεν. SCHAEF.

486, 3. ΝΟΜΟΣ.] Scripsi ΚΑΤΗΓΟΡΗΜΑΤΑ ΝΟΜΟΥ. Vulgatum ΝΟΜΟΣ fallit legentem, dum facit ut lex quaedam a scriba statim recitari videatur. Recitare autem ille jubetur primum ea, quae ad *accusationem legis Leptineae tanquam vitiose latae* pertinent, deinde *Demosthenis legem.* Sed interpellatur homo, ne alteram partem uno tenore legat, interjectis verbis: Ταῦτα μέν ἐστιν—. Mox pergere jubetur ad legem Leptineae contrariam. Ad quam audiendam orator excitatione judicum opus putans clamat: προσέχετε τούτοις ἀναγιγνωσκομένοις τὸν νοῦν. Jam legitur ΝΟΜΟΣ ΑΝΤΕΙΣΦΕΡΟΜΕΝΟΣ, ut ex usu

Graeco inscriptionem feci. Verum hic quoque, ubi ad eum locum ventum est, qui fuit de donis populi ratis habendis, Demosthenes interpellat, quo gravius eum locum auditoribus commendet v. 10. sqq. Atque hoc ipso consilio ducitur ad aliam quandam legem a Leptine non minus violatam: *κατ' αὐτὸ τοῦτο ἔνοχον*—. Postremo rursus post hanc legem recitatam Demosthenes se immiscet praeludens alteri parti legis contrariae. F. A. WOLF. Verissima haec. Sed non propterea opus fuit ut titulus mutaretur. Quae enim et hic et deinceps (*ἐφεξῆς* v. 6.) recitari jubentur, omnia complectitur unum idemque legis carmen: ut scriba *τὰ κατηγορήματα* alterius legis recitare jussus ipsam Demosthenis legem (*τὸν νόμον*), cujus illa sunt tanquam exordium, recitare incipiat. SCHAEF.

486, 10. *ἐστιν*] Omittit Aristides T. p. 222. REISK.

ἐν τοῖς οὖσι νόμοις κυρίοις] Adverte trajectionem verborum. SCHAEF. Eodem modo p. 705, 13. *ἐν τοῖς οὖσι νόμοις ὑμῖν κυρίοις.*

486, 16. *καταλείπων*] *καταλιπὼν*, quod est in aliis libris, structuram facit *ἀκατάλληλον*. Graeci enim *καταλλήλως* dicunt *καταλείπων* (particip. imperf.) *ἐνομοθέτει*, ut *καταλιπὼν ἐνομοθέτησε*. Sic modo legimus *ἔλυσε γραψάμενος*. SCHAEF.

486, 17. *καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο ἔνοχον*] Statim hic et mox ad vocabulum *ἐναντίος* subaudi *νόμον*. *Vel propter hanc unam caussam lex obnoxia est accusationi* etc. F. A. WOLF. *καὶ* si abesset, non requirerem. SCHAEF.

486, 18. *ἣ*] Scilicet *nova lex*. REISK.

486, 23. *οἷς ὁ δῆμος ἔδωκε*] Ex voce *ἀτελῆ* intell. *τὸ ἀτελεῖς εἶναι*, h. e. *τὴν ἀτέλειαν*. Conf. p. 496, 13. 506, 8. F. A. WOLF.

ἀλλ' οὐκ—νόμῳ] H. e. *ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἔνεστιν ἐν τῷ νόμῳ, ὃν νῦν ὅδε ἀντεισφέρει.* F. A. WOLF.

ὅδε] Vulgo referunt ad Ctesippum; optime, ut puto. Ulpianus ad Aphepsionem [Apsephionem] F. A. WOLF. V. ad p. 501, 15. SCHAEF.

486, 25. *ἅ τε δεδώκατε κύρια*] Ad haec verba supple *ἐν τῷ τούτου νόμῳ ἐστίν*. *Quae dedistis, fixa et integra manent per hanc legem.* Ita dicunt *ἐν νόμῳ* pro *ἐκ νόμου*. Deinde quoque *ἐνταῦθα ἔνι*, *per hanc quidem legem licet.* F. A. WOLF. Recte supplet: secus interpretatur. Orator enim simpliciter commemorat legis argumentum. Etiam p. 487, 2. *ἐνταῦθ' ἔνι* nihil aliud valet quam *hac in lege inest*, coll. v. 5. V. not. ad p. 497, 1. SCHAEF.

486, 26. *ἢ παρακρουσαμένων, ἢ μετὰ ταῦτ' ἀδικούντων*] *παρακρουσάμενοι* omnino sunt, qui dolo sibi immunitatem pararunt: *μετὰ ταῦτα ἀδικοῦντες*, qui post acceptum donum in remp. peccant. F. A. WOLF.

487, 1. ΝΟΜΟΣ.] ΝΟΜΟΣ ΑΝΤΕΙΣΦΕΡΟΜΕΝΟΣ F. A. Wolf. V. not. ad p. 486, 3. SCHAEF.

487, 2. *ἐνταυθ' ἔνι*] V. not. ad p. 486, 25. SCHAEF.

487. 10. παραγεγράφθαι] Promulgatam. publico in loco propositam et fixam et in tabula perscriptam esse. ut ad cognitionem omnium veniret. REISK. Add. not. ad παρέγραψαν v. 15. SCHAEF.

487, 11. τοῦτον τὸν νόμον] H. e. *Legem nostram, Leptineae contrariam.* Licet continuo τούτου τοῦ νόμου ad legem Leptinis redeat. Sed ut interiorem sensum loci declarem. si potero. ejus mihi haec videtur ratio esse. Leptini facile suspicio oriri poterat, omni hac controversia mota adversarios suos id unum agere ut legem de tollendis immunitatibus abrogarent. Illud ab iis pulchre provisum iri, ne. qui indigni viderentur. in judicium unquam adducti e nova Demosthenis formula donis exciderent. Esse hanc ipsam formulam fraudis caussa et ad antiquum morem obtinendum oppositam. Credibile esse adversarios, quum Leptineam sublatam vidissent, nihil fore sollicitos ut nova lex sua perlata vigeret, satis habituros istam aut sibi aut amicis quibusdam suis incommodam perfregisse. Tribus verbis haec omnia Demosthenes innuit, ut rem auditorio suo perspectu facillimam. Similiter supra p. 483. 28. καὶ οὐδέν ἐσθ' ὅ τι τοῦ παρακρούσασθαι καὶ φενακίσαι λέγεται παρ' ἡμῶν εἵνεκα. F. A. WOLF. Non disputat orator. quae Leptini suspicio oriri potuerit. sed quam Leptines suspicionem coronae movere voluerit, ut illa in fraudem inducta Demostheni ne suffragaretur. Loci sensus mihi quidem satis apertus videtur. SCHAEF.

τοῦτον οὐ τεθήσεσθαι] τοῦτον, hanc nostram legem, qua legi Leptinis obrogamus. At versu 16. τούτου redit ad legem Leptinis. REISK. Non redit ad legem Leptinis. sed περὶ τούτου est *de hac re.* SCHAEF.

487, 15. ὑμῖν] H. e. *in gratiam vestram* seu *ut verba legis ab omnibus, qui vellent, legi et judicari possent.* F. A. WOLF.

παρέγραψαν] παραγράφειν est, ut modo dixi, publico in loco. in tabula publice proposita aliquid scribere. ut possint omnes legere. Sententia est: cujus legis ex praescripto thesmothetae novam nostram legem ad eponymos fixerunt et spectandam omnibus judicandamque proposuerunt. REISK.

487, 16. ἵνα μὴ—ἀντιλέγῃ μοι] Videntur haec inter se pugnare. Dixerat modo claris et disertis verbis legem hoc pronunciare. Jam, *Ego vero hoc*, ait. *omittam, ne quis super eo mecum contendat.* Qui poterat contendere. si lex claris verbis pronuncians controversiam omnem amputaret? REISK. ἵνα μὴ—ἀντιλέγῃ μοι talia sunt, quae vix puto hodie plene intelligi posse. Nam paullo ante legitur, perspicue sancitum esse νόμου τινὸς λυθέντος τὸν παρεισενεχθέντα κύριον εἶναι. Nunc oratorem dubitantem videmus et timentem ne quis secum ea de re contendat. Qui, malum. in perspicua lege vir alias minime timidus subito frangi et cedere potest? An fortasse vetus ista lex in desuetudinem abierat? Omnino aut hoc ipsum aut simile quid ponere debebimus. F. A. WOLF. Quod tibi verum amanti satis σαφῶς

dictum videtur, potest sic comparatum esse, ut cavillatori largam praebeat materiem contradicendi. SCHAEF.

487, 16. ἀλλ'] Refertur ad μὲν v. 12. Igitur ante hanc particulam minus plene interpunxi. SCHAEF. Recte.

487, 17. ὅταν ταῦτα λέγῃ κ. τ. λ.] Hic quoque locus nobis obscuratur ignoratione momenti alicujus, quod sententiae olim lucem dare potuit. In verbis πῶς τεθήσεται particula πῶς pertinet ad *modum*, quo lex nova auctoritatem accipere possit. Potuit autem id fieri, ut vidimus, aut sola abrogatione veteris legis, aut sic, ut qui tulisset νόμον ἀντεισφερόμενον, idem etiam legitime perferret. Jam nihil refert, inquit, dum lex mea recipiatur, utro id modo fiat, et de hac re Leptines frustra loquitur. Nempe si Demosthenes cum suis eo judicio, quod nunc agitur, illud vicerint, ut Leptinis lex tollatur, non solum haec inutilis aut reip. perniciosa, sed contraria simul illa Demosthenis videri debebit melior ac justior judicata. Sic ad novae legis praestantiam demonstrandam non videtur necesse esse ut ab eo, qui scripsit, solennibus modis perferatur. F. A. WOLF. Neque hujus loci sensus mihi videtur obscurus. Orator hoc vult: Quando Leptines haec dicit (scilic. ἐξαπάτης εἵνεκα—οὐ τεθήσεσθαι), tantum abest ut mihi obsit, ut suae ipse caussae noceat; ita enim fatetur meam sua legem esse meliorem et justiorem, omnisque disceptatio huc redit, ut de modo meae legis perferendae agatur. πολλοὶ δ' εἰσὶν τρόποι κ. τ. λ. SCHAEF.

487, 23. ἄλλον εἴ τινα βούλεται] Notabile attractionis exemplum, cujus similia in usu adjectivorum ἄλλος et ἕτερος passim occurrunt. Nec quenquam offendat quod εἴ τινα, non ὅντινα, sequitur. SCHAEF.

487, 24. ἐάν τις ὑποσχόμενός τι κ. τ. λ.] Legem ubi inferius repetit p. 498, 5., orator ipse τὰ ἔσχατα πάσχειν explicat verbis θανάτῳ ζημιοῦν. Et sic Aristides Declam. §. 86. Lex pertinet ad majestatem populi Atheniensis et est apud Petitum in Collectione legum Attic. p. 527. seq. F. A. WOLF.

487, 25. βουλὴν] Duo Athenis fuerunt consilia publica, ἡ βουλὴ quae eximie dicebatur, et ἡ ἐν 'Αρείῳ πάγῳ. Libanius Argum. in Androt. Δύο ἦσαν ἐν 'Αθήναις βουλαὶ, ἡ μὲν διηνεκὴς, ἡ ἐν 'Αρείῳ πάγῳ—ἑτέρα δὲ ἡ τὰ πολιτικὰ πράττουσα. Utrumque consilium auctori hujus legis in animo fuisse probabile est. Lex est antiqua: antiquiore autem tempore Areopagus rarius potuit simplici nomine δικαστηρίου appellari. F. A. WOLF.

487, 26. ἐγγυώμεθα, ὑπισχνούμεθα] Scilicet ἡμᾶς τοῦτον. REISK. Voluit θήσειν τὸν νόμον. *Spondemus, pollicemur, legem nos nostram perlaturos esse.* SCHAEF.

488, 2. εἰ δὲ ταῦτα λόγους κ. τ. λ.] Absurde ad οὐ λόγος in schol. adjectum οὐδὲ φροντίς. Plane ut Graeci λόγους et φλυαρίας, sic Latini dicunt *verba* et *ineptias*. Cicero in Pison. c. 27. *Existimatio, dedecus, infamia, turpitudo, verba sunt atque ineptiae.* Etiam solum λόγον in singulari numero opponunt τῷ ἔργῳ, τῇ ἀληθείᾳ. F. A. WOLF.

488, 6. ἀφ' ἑαυτοῦ] Verte: *de sua ipsius fabrica*, i. e. a se ipso excogitatam, commentam. Conf. Sylburgius ad Dionys. Halic. vol. 3. p. 1865. R. SCHAEF.

488, 7. καί μοι—ὀργισθῇς] Repente oratio ad ipsum Leptinem convertitur: οὐδὲν φλαῦρον ἐρῶ σε—σὺ δὲ εἰσενήνοχας—πῶς σέ τις φήσει κ. τ. λ. Dicam de hoc genere ad p. 501, 8. Jam lex h. l. commemorata ipsis verbis, quibus concepta ferebatur, exstat apud Nostrum adversus Stephan. 2. p. 1133, 7. Ὅσοι μὴ ἐπεποίηντο, ὥστε μήτε ἀπειπεῖν μήτ' ἐπιδικάσασθαι, ὅτε Σόλων εἰσῄει τὴν ἀρχὴν, τὰ ἑαυτοῦ διαθέσθαι εἶναι, ὅπως ἂν ἐθέλῃ, ἂν μὴ παῖδες ὦσι γνήσιοι ἄρρενες, ἂν μὴ μανιῶν, ἢ γήρως, ἢ φαρμάκων, ἢ νόσου ἕνεκεν, ἢ γυναικὶ πειθόμενος, ὑπὸ τούτων του παρανοῶν, ἢ ὑπ' ἀνάγκης, ἢ ὑπὸ δεσμοῦ καταληφθείς. Verba legis dedi ad verissimam correctionem Wesselingii in Petit. LL. AA. p. 580., unde etiam explicatio eorum petenda. Legem praeterea affert Plutarchus in Solone p. 90. A. verbis nostro loco appositissimis: ὁ δ' ᾧ βούλεταί τις ἐπιτρέψας, εἰ μὴ παῖδες εἶεν αὐτῷ, δοῦναι τὰ αὑτοῦ φιλίαν τε συγγενείας ἐτίμησε μᾶλλον καὶ χάριν ἀνάγκης. F. A. WOLF.

488, 12. οὐχ ἵν' —τῆς ἀγχιστείας] Structura sociari debent haec, οὐχ ἵνα τοὺς ἐγγύτατα τῷ γένει ἀποστερήσῃ τῆς ἀγχιστείας. ἀγχιστεία in jure Attico est *jus legitimae successionis*, h. e. succedendi in bona et jura defuncti civis vi cognationis. F. A. WOLF. V. Ammonius p. 3. SCHAEF.

ἐγγυτάτω γένει] Sic p. 1072, 2. ὡς προσήκοντας καὶ γένει ὄντας ἐγγυτάτω. Recte sic dici fugit Valckenarium, cum in Ulpiano, qui huic favet scripturae, alteram substituendam censeret Animadv. ad Ammon. p. 8. SCHAEF.

488, 17. τῶν φιλοτιμησομένων] Scilicet εἰς αὐτόν. Pronominum usum Graeca lingua aliquanto minus appetit quam vernacula. V. not. sequ. SCHAEF.

488, 21. μηδ' ἂν—παίδων αὐτός] *Ne tum quidem, si conviciis aut maledictis fuerit ipse a liberis defuncti provocatus.* Nempe κακῶς repetendum ad verbum ἀκούῃ, quod perfacile est. Monuit etiam Dorvillius ad Charit. p. 355. ed. Lips. Nota structura καλῶς ἢ κακῶς ἀκούειν ὑπό τινος seu πρός τινος, quam Latinus sermo ad amussim exprimit. De ipsa lege hic allata tum alibi a Demosthene mentio fit (p. 1022, 26.) tum a Plutarcho V. Solon. c. 21., quae loca occupavit Petitus LL. AA. p. 604. Ibi simul notari poterat vetustum hoc praeceptum esse, τὸν τετελευτηκότα μὴ κακολόγει. Legitur sic Chiloni illi tributum apud Stobaeum Serm. 124. p. 620. F. A. WOLF.

488, 25. φάσκων] Sensus est: *Tu vero male non dicis, sed facis defunctis euergetis nostris, dum oratione tua passim homines, qui immunitate fruuntur, ita exagitas ut nunc hic tibi videatur nescio qua culpa notabilis, nunc ille omnino sine merito suo donum consecutus: verum nihil hujusmodi, nihil harum rerum in illos magnos viros convenit.* Patet, relativum ὧν pertinere ad verba μέμφεσθαι et ἀνάξιον εἶναι φάσκειν. F. A. WOLF. Hoc si

orator voluisset, scriptum legeremus ὧν οὐδέτερον ἐκείνοις προσήκει. Immo ὧν est generis masculini. *qui quae deliquerunt, eorum nihil ad illos pertinuit.* Docet oppositio in illa Solonis lege: μηδ' ἂν ὑπὸ τῶν ἐκείνου τις ἀκούῃ παίδων αὐτός. SCHAEF. Sed haec sententia obscurius enuntiata foret quam ut intelligi potuerit. Recte, ut videtur, Dobraeus "Lege ὧν οὐδεὶς οὐδὲν ἐκείνοις προσήκει, *quorum nemo* (τῶν ἀναξίων scil.) *cum illis heroibus conjunctus est. Solon forbad to speak ill of the dead, though one should be provoked to it by ill language from their children: you do worse than speak: you do ill to the worthies of former times, because you have a quarrel with this and that person, no way related to them.*"

488, 27. πάνυ τοίνυν—ἀπήγγειλέ μοι] Sic saepe oratores produnt ex aliis se cognovisse quid adversarii pro se dicturi sint: unde illud φήσει et φήσουσι in futuro, quod interpretibus interdum molestum fuit. Conf. Demosth. in Midiam p. 525, 23. *Quidam nuntiavit mihi serio*, h. e. *cultu qui magnum aliquod firmamentum caussae suae promitteret.* Verba sic juncta πάνυ σπουδῇ frequentat inprimis Thucydides. Vid. Valcken. ad Phalarid. Epp. p. 17. F. A. WOLF. Πάνυ σπουδῇ cum παρεσκευάσθαι jungit Shilleto ad p. 373, 27.

489, 1. τοιαύτην οὐδεμίαν τιμήν] Haec verba ad immunitates spectant, ut et posthac verba τῶν τοιούτων ἐθῶν. Ita autem hunc morem suos donandi abjudicari Lacedaemoniis mirari potest qui locum Aristot. de Rep. 2, 7., aut Aelian. V. H. 6, 6. meminerit, ubi illis ἀτέλεια diserte tribuitur. Suspicor satis id Nostro visum fuisse, quod Lacedaemonii propriam et ab Attica diversam rationem in donatione sequerentur. F. A. WOLF. Ἀτελείας apud Lacedaemonios exempla Westermannus (*Zeitschr. f. d. Alterthumsw.* 1844. p. 777.) memorat ex Plut. V. Ages. c. 35. Inscr. ap. Boeckh. n. 1335., apud Thebanos ib. n. 1565., collata inscr. Orchomenia 1564. Fuit tamen ea, ut videtur, apud Athenienses certioribus normis adstricta quam in aliis Graeciae civitatibus.

489, 5. πρὸς τὸ—πεῖσαι] Ordo verborum syntacticus: πρὸς τὸ πεῖσαι ὑμᾶς ἀφελέσθαι τὰς ἀτελείας. SCHAEF.

489, 6. οὐ γὰρ ἀγνοῶ] Prima persona verbi Reiskio injuria displicet. Caussam edit orator cur tales sermones *sibi* videantur injusti. Modo enim dixit: ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν κ. τ. λ. SCHAEF.

489, 16. ἅπας] *Universus populus, ne iis quidem exceptis, qui adhuc favent legi Leptineae.* SCHAEF.

τὰς—καθ' ἕκαστον] Hinc manifesto apparet ἕκαστον talibus in formulis semper esse generis neutrius. SCHAEF.

489, 18. τὴν καλουμένην γερουσίαν] Et appositum καλουμένην docet, et aliunde scimus, hoc proprium nomen senatus Lacedaemoniorum fuisse. Inflectitur tantum ab Atticis ad aures suas, quum e Spartana dialecto fuerit γερωνία aut potius γερωσία. Athenis autem senatus nunquam aliter dictus quam βουλή. De summa auctoritate Lacedaemonii senatus quod legimus, con-

firmant alii: Isocrates Panath. p. 389., qui Lycurgum ait instituisse, τὴν τῶν γερόντων αἵρεσιν τῶν ἐπιστατούντων ἅπασι τοῖς πράγμασι μετὰ τοσαύτης σπουδῆς ποιεῖσθαι, μεθ' ὅσησπέρ φασι καὶ τοὺς ἡμετέρους περὶ τῶν εἰς Ἄρειον πάγον ἀναβήσεσθαι μελλόντων· ἔτι δὲ τὴν δύναμιν αὐτοῖς περιθέντος τὴν αὐτὴν, ἥνπερ ᾔδει καὶ τὴν βουλὴν ἔχουσαν τὴν παρ' ἡμῖν. Plutarchus Lycurg. p. 43 C. et p. 55 E., ubi senatori Spartano tributum dicit τὸ σύμπαν κράτος ἐν τῇ πολιτείᾳ, κυρίῳ ὄντι καὶ θανάτου καὶ ἀτιμίας καὶ ὅλως τῶν μεγίστων. Pausanias 3, 11. p. 231. Ἡ γερουσία συνέδριον Λακεδαιμονίοις κυριώτατον τῆς πολιτείας. Cicero Cat. Maj. c. 6. *Apud Lacedaemonios ii, qui amplissimum magistratum gerunt, ut sunt, sic etiam nominantur senes.* Quem locum comparans cum nostro Budaeus Annott. pr. ad Pandect. p. 269. adfert simul Aristotel. de Rep. 2, 7., ubi ἡ ἀρχὴ αὕτη dicitur ἆθλον τῆς ἀρετῆς, plane ut a nostro. F. A. WOLF. νικητήριον τῆς ἀρετῆς Plutarcho p. 55 E. SCHAEF.

489, 18. ἐγκριθῇ] Verbum est proprium. κρίσις dicebatur illa senatorum electio, cujus modum describit Plutarchus l. c., qui modus non immerito παιδαριώδης visus est Aristoteli, alia quoque in senatu Spartano improbanti. F. A. WOLF.

489, 21. τῶν ὁμοίων] Qui fuerint οἱ ὅμοιοι, valde dubito an ex veteribus satis sit compertum. Cives in rep. Laced. eminentiores fuisse, docent quidem omnia, eoque redeunt quae notavit Morus ad Xenophont. Hellen. 3, 3, 5. Sed eorum dignitatem magis definitam si quaeras, nusquam invenias. Ac non omnino assentior Palmerio Exercitt. in opt. auctt. Gr. p. 629. putanti hoc nomine eos dici, e quibus senatus constitutus sit; minus etiam Augerio, qui Ephoros intelligit. Adeo is mirabatur fortasse, magistratum tam potentem ab oratore plane omissum. Enimvero cogitare debebat ne regum quidem Spartanorum ullam mentionem fieri, et potestatem Ephororum, quamvis jam tum satis magnam et insolentem, magis in bellicis quam domesticis rebus valuisse, tum horum mentionem auctori a consilio loci alienam videri potuisse. F. A. WOLF. Quidni vocem h. l. sensu vulgari intelligamus? *cum paribus* (hominibus ejusdem dignationis), *mit seines gleichen.* SCHAEF.

489, 22. ἀραί] Demosthenes ἀραὶ (*dirae*) dedit, ἀρχαὶ inepti et tardi grammaticastri mentem oratoris non assequentes. Quavis in concione diris devovebantur insidiatores libertatis popularis. REISK.

489, 23. φυλακαὶ] Id est magistratus, quibus injunctum esset ut viderent ne quid detrimenti libertas civilis caperet. REISK.

489, 26. καὶ ταῦτ' ἀμφότερα κ. τ. λ.] Cur h. l. tam belle tractentur Lacedaemonii, cur tam acerbe Thebani, dixi in Prolegomenis. Alio tempore si orator de his populis dixisset, longe dixisset aliter. Sic et Isocrates et alii variant stilum pro tempore, quum de Thebanis scribunt. F. A. WOLF.

489, 27. ὅτι τὰς μὲν διὰ τῶν ὀλίγων πολιτείας τὸ πάντας ἔχειν ἴσον ἀλλήλοις, τοὺς τῶν κοινῶν κυρίους, ὁμονοεῖν ποιεῖ.] Constructio-

nem mutata leviter distinctione adjuvi. Jam junges: ὅτι τὸ πάντας τοὺς τῶν κοινῶν κυρίους ἔχειν ἴσον ἀλλήλοις ποιεῖ ὁμονοεῖν τὰς διὰ τῶν ὀλίγων πολιτείας. Ubi notabis, maximum bonum oligarchiis tribui concordiam inter optimates, cum servitute ceterorum omnium fere conjunctam, et huic splendide opponi Atheniensium libertatem. De forma Spartanae reip. protrita omnia. Atheniensibus quum ea videretur vulgo esse ὀλιγαρχία, ipsi Lacedaemonii gratiore vocabulo ἀριστοκρατίαν dicere malebant. Vere mixta erat et antiquiori Romanae similis, ut bene Menander scribit de Encom. 3, 1. Ceterum conf. cum hoc loco nostro Thucydideum 2, 37. F. A. WOLF. In Reiskiana sic interpunctum: τὰς μὲν διὰ τῶν ὀλίγων πολιτείας, τὸ πάντας ἔχειν ἴσον ἀλλήλοις, τοὺς τῶν κοινῶν κυρίους ὁμονοεῖν ποιεῖ. Deletis subdistinctionibus, ut oportebat, locum continuavi. SCHAEF.

490, 3. ἑαυτοὺς] ἀλλήλους. SCHAEF.

490, 5. μεῖζον—πονηρίᾳ] Hinc Aristides ad Athenienses de iisdem: Ὑμῖν φιλανθρωπίας, ἐκείνοις δ' ὠμότητος περίεστιν. vol. 1. p. 450. Et conf. totam Plataicam Isocratis. Probrum ὠμότητος *truculentiam* reddas sensu eo, quo veteres Latini dixerunt. Ἀπήνειαν interpretatur Apsines p. 702., ubi hujus loci sententiam profert, verbis mutatis. Nam ita solent Rhetores, idemque facit Syrianus Comment. ad Hermog. p. 28., ubi respicit orat. nostrae p. 461. et 489. Notum est de Thebanis *Boeotorum in crasso aere natis*, quam parum ingenii acumini et artibus tribuerint. Satis docet Nepos Alcib. c. 11. Hinc passim ἀναισθησία et ἀναλγησία eorum traducta et ferox asperumque ingenium. Adjectum crimen πονηρίας debebatur illis propter mala, quae inde a Persico bello Atheniensibus et reliquae Graeciae intulerant. Res sunt notissimae. F. A. WOLF.

490, 7. μήτ' οὖν ἐκεῖνοί ποτε κ. τ. λ.] Votum est δημοτικόν. Cum Euripidis Hecub. 329. comparavit Musgravius. F. A. WOLF.

490, 10. ὃν τρόπον Ὀρχομενίους διέθηκαν] Orchomenum Thebani everterunt in incolas crudeliter saevientes Olymp. circ. 104, 1., uti prius fecerant in Plataeenses et Thespienses. Sed illud unum facinus h. l. memoratur, cujus adhuc memoria esset recentior. Vid. Demosth. pro Megalop. p. 203, 3. 208, 18. Diodor. 15, 57. et 79. et ibi Wesseling. (Adde Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 397. 398. G. DIND.) Obscurius est, quid illud sibi velit συγγενεῖς. Alias συγγένεια necessitudo est inter metropolin et ejus colonias. Potuit tamen eadem continere ἐπιγαμίαν, aliudve simile vinculum, vel antiquissima aetate populorum ortum. Pertinet huc locus Or. de Cor. p. 290, 20, ubi Thebani Atheniensibus juncti dicuntur τῇ συγγενείᾳ καὶ τῷ ὁμοφύλῳ. F. A. WOLF.

490, 12. λόγῳ μετὰ τῶν νόμων] Verbo λόγῳ continentur *ratio* et *oratio*, quibus res et caussas nostras parium judicio subjicimus. Opponitur *vis*, aliena a libera civitate. μετὰ τῶν νόμων, quod alibi effertur σὺν τοῖς νόμοις, *ducentibus, praeeuntibus legibus*. Vulgare est κατὰ τοὺς νόμους. F. A. WOLF.

490, 16. βέλτιον ἐκείνους πράττοντας ὑμῶν] *Meliore illos fortuna*

rerum uti quam vos. Aliud sonat, quod sequitur, *καλῶς ποιοῦντες.* Quae formula, participio ad aliquod nomen relato, orationi injicitur, ubi nos injicimus *dei beneficio,* significantes, nihil nos invidere, gaudere potius et congratulari. Demosth. Philipp. IV. p. 141, 14. *ἡ τύχη, καλῶς ποιοῦσα, πολλὰ πεποίηκε τὰ κοινά.* Aeschines in Ctesiph. p. 465. E. *φατὲ μὲν εὐτυχεῖς εἶναι, ὡς καὶ ἐστὲ, καλῶς ποιοῦντες* etc. F. A. WOLF. Notabile hanc formulam, ut h. l., etiam ibi poni, ubi significatur *πάθος,* non *ἐνέργημα.* SCHAEF.

490, 21. *τὸν λογισμὸν*] *ὁ λογισμός, ratiocinatio, le raisonnement.* Contra ponitur *experientia, fortuna, qua populus adhuc bona usus sit.* F. A. WOLF.

τῆς γε τύχης ἕνεκα] Sumta videtur haec *ἔννοια* ex Lysiae Orat. in Nicomach. p. 854, 9., ubi antiqua majorum sacrificia ait servari oportere, *εἰ μηδὲν δι' ἄλλο, τῆς τύχης ἕνεκα τῆς ἐξ ἐκείνων τῶν ἱερῶν γεγενημένης, si ob nihil aliud,* saltem ob fortunam, *quae ista sacrificia est sequuta.* MARKLAND.

490, 27. *δι' ὧν μὲν ἐκεῖνοι μεγάλοι εἰσί*] Additur hic in omnibus libris *τῆς ὀλιγαρχίας καὶ δεσποτείας.* Pluribus quidem de caussis verba haec mihi suspecta sunt. Primum insolentior est hic usus vocis *δεσποτείας* de civitate, qualis erat Thebana. Tum, quod caput est, verba cum reliquis plane nulla sana structura coëunt, ut ratio loquendi emendata et Attico scriptore digna exeat. Adscripta h. l. verba videntur explicandi caussa ad *ὧν μὲν* aut ad *τούτων,* deinde intrusa ab eo, qui haec pronomina vaga et minus perspicua putaret. Neque pannum habuit scholiastes in codice suo, quod facile ex ejus interpretatione eruent qui nasum habent. Ceterum periodi hujus partes eleganti circuitu posita sunt, quum hic sit ordo structurae: *οὐδὲ βούλεσθαι μὲν κἂν ἀποκτεῖναι τὸν παρ' ἡμῖν κατασκευάσαντα* (*molitum*) *τὶ τούτων, δι' ὧν ἐκεῖνοι μεγάλοι εἰσίν· ἐθέλειν δὲ ἀκούειν τινῶν λεγόντων ὡς δεῖ ἀνελεῖν ταῦτα, δι' ὧν ὁ παρ' ἡμῖν δῆμος εὐδαίμων ἐστίν.* F. A. WOLF. Pannum esse vincit vel sola concinnitas membrorum inter se oppositorum, *δι' ὧν μὲν ἐκεῖνοι μεγάλοι εἰσὶ, διὰ δ' ὧν ὁ παρ' ἡμῖν δῆμος εὐδαίμων.* SCHAEF.

βούλεσθαι] Mox in opposito membro *ἐθέλειν*: ut satis appareat verba esse synonyma. SCHAEF.

490, 28. *διὰ δ' ὧν*] *δι' ὧν δ'* correctus O. Correxit homo male feriatus, quo concinnius responderet opposito *δι' ὧν μέν.* SCHAEF.

491, 1. *ἔστι τοίνυν τις πρόχειρος λόγος κ. τ. λ.*] Commentarios h. l. habemus locos eos, quos laudavi ad p. 477, 26., inprimis Aeschinis in Ctesiph. p. 457. inde a verbis *ἐπεὶ δὲ στεφάνων ἀνεμνήσθην,* ubi praemiorum et titulorum florente republ. tenuitas cum posterioris aetatis profusione comparatur. Maxime huc pertinet, quod ibi paullo inferius legitur, iis, qui, Persis ad Strymonem devictis, Eïonem in ditionem Atheniensium redegissent, (v. Herodot. 7, 107. et ibi intpp.) nihil honorum publice decretum fuisse praeter tres hermas, et ne hos quidem ducum

nominibus inscriptos, sed epigrammatis in honorem reipubl., quae carmina exstant apud Aeschinem, et ex eo apud Plutarchum in Cimone p. 482 E. Inde lux verbis ἀγαπητῶς ἐπιγράμματος ἐν τοῖς ἑρμαῖς ἐτύγχανον, ubi ἀγαπητῶς est *aegre*, aut *ita*, *ut praeclare secum actum putarent tantulam rem consecuti*. Οἱ ἑρμαῖ spectant ad *Stoam hermarum*, locum Athenis, cujus notitiam vide in Meursii Athen. Att. 1, 3., ubi cum aliis locis hic quoque Demosthenis citatur. F. A. WOLF.

491, 2. πόλλ' ἀγάθ'] Dicitur et πολλὰ ἀγαθά et πολλὰ καὶ ἀγαθά, sed non sine discrimine sensus: quippe illud habet synthesin, hoc parathesin partium notionis. Facile autem intelligas copulam addi, ut notio ob partes deinceps positas ad animadversionem exstantior magis attendatur. SCHAEF.

491, 3. τοιούτου] Qualia nempe virtutis praemia hodie usurpantur, ut immunitates, statuae etc. REISK.

491, 5. τοῦθ' ὑμῖν ἀναγνώσεται τὸ ἐπίγραμμα] Non dubito inscriptionem designari illam, quam Aeschines p. 80, 9. Attulit, qui locus nostri hujus velut interpres est. ἀναγνώσεται redit ad Leptinem. REISK. Vere Reiskius ait Aeschinis illum locum hujus nostri velut interpretem esse. Recte autem Demosthenes τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα dicit. Scilicet mentio Atheniensium, qui majorum aetate de republica egregie meriti epigrammatis Hermarum honorem tulissent, tam definita erat, nullus auditorum ut ambigere posset, quodnam Leptines epigramma ad recitationem esset electurus. Omnes autem versus (Aeschini ποιήματα dicti) illic citati unius fuerunt inscriptionis ita tripartitae, ut trium singuli Hermarum suam sibi partem epigrammatis insculptam haberent. SCHAEF.

491, 8. κἀκείνους] Scilicet τοὺς ἐπὶ τῶν προγόνων, illos fortes viros, qui majorum memoria bene de rep. meriti sunt. REISK. Intelligendi οἱ ἐπιγράμματος ἐν τοῖς Ἑρμαῖς τυχόντες. SCHAEF.

491, 10. εἰ μήτε—ὕστερον] Locus, qualem vulgo editores exhibent. quid offensionis habeat, ipse Latine versus ostendat: *Si quis etiam illos*, h. e. qui majorum nostrorum memoria bene de republ. meruerunt, *indignos honore fuisse putabit*, *dicat nobis*, *quisnam dignus sit*: [*si neque quisquam eorum*, *qui priore tempore vixerunt*, *nec qui posteriore*:] *si vero neminem putabit*, *reipublicae nostrae vicem doleam*, *quod nemo per tot saecula in ea honore ac praemiis dignus exstiterit*. Ex istis verbis uncinatis ad utramcunque partem periodi rettuleris, nihil inde sani coloris extuderis. Mihi recte judicasse videtur Marklandus, irrepsisse post illud, τίς ἄξιος εἰπάτω, notam marginis, εἰ μήτε τῶν πρότερον μηδεὶς, μήτε τῶν ὕστερον. F. A. WOLF. Nihil mutandum. οἱ πρότερον sunt qui ante ἐκείνους, οἱ ὕστερον qui post vixerunt. SCHAEF. Haec interpretatio nemini haec verba audienti in mentem venire poterat. Recte intellexerunt Marklandus et Wolfius, sed falluntur quod verba ille ejici volunt, non animadvertentes oratorem, ut clariore in luce collocaret adversariorum.

perversitatem, paullo aliis verbis et majore cum vi iterasse quod brevius dixerat in protasi, εἰ ἀναξίους εἶναί τις φήσει κἀκείνους.

491, 13. καὶ μὴν εἴ γε ὁμολογῶν κ. τ. λ.] Dilemmate adversarius ab utraque parte sic constringitur, ut effugium vix pateat. Aut nullos unquam cives praemiis dignos vixisse dicendum erit, aut rempubl. erga suos ingratam esse. F. A. WOLF.

491, 14. δείξει] δείξει nunc poni de solo conatu apertum est. F. A. WOLF. Nec de conatu intelligendum nec mutandum in λέξει. Quippe ipsum δεικνύναι passim idem valet quod λέγειν. V. Porsonus ad Euripid. Phoeniss. 540. SCHAEF.

μηδενὸς] Scilicet ἀγαθοῦ καὶ καλοῦ καὶ τιμὴν προσήκουσαν ἐπιφέροντος. REISK.

491, 15. ἐπειδάν τις—ἀνάγκη φαίνεσθαι] *Si quis, insidiosis argumentis usus, ad res non consentaneas, aut quae male inter se congruunt, orationem subdole traducit, necesse est eam subabsurdam fieri*, h. e. *ita disputando conclusiunculas ineptas et absonas exire.* Subjicit hoc auctor irretitum satis dilemmate suo Leptinem tenens. F. A. WOLF. ἐπὶ μὴ προσήκοντα πράγματα verte *ad res alienas*, i. e. ad res cum oratione non conjunctas, ad quas οὐ μετοιστέον τὸν λόγον. SCHAEF.

491, 16. κακουργῶν] κακουργῶν, oratione nequam, captiosa et insidiosa utens. REISK. Verbum κακουργεῖν, ut et κακούργως cum aliis hujus familiae, solenne puto de disputatore captiosis rationibus agente aut verum malitiose occultante. Plato Gorg. p. 483 A. et 489 B. κακουργεῖν ἐν τοῖς λόγοις. De Rep. 1. p. 341 B. πρὸς ταῦτα κακούργει καὶ συκοφάντει. Et paullo superius ibidem: Οἴει μ' ἐξ ἐπιβουλῆς ἐν τοῖς λόγοις κακουργοῦντα σε ἐρέσθαι, ὡς ἠρόμην; Hinc Aristides Declam. Leptin. §. 17. jungit κακουργίαν et συκοφαντίαν. F. A. WOLF. Conf. Pollux. 4, 48. 49. SCHAEF.

491, 17. δυσχερεῖς] Λόγοι δυσχερεῖς tales sunt, in quos incurrere solet disputator res dissimiles fallendi gratia componens. *repugnantia inter se et absurda.* Passim eo sensu in Metaphysicis Aristotelis legimus τὰ δυσχερῆ, αἱ δυσχέρειαι, ut 11, 8. p. 962. Duvall. F. A. WOLF. Malim componere, quod legimus v. 7., λόγον ἀσύμφορον τῇ πόλει λέγεσθαι κ. τ. λ. SCHAEF.

491, 21. τἄλλα πάντα] Scilicet πράγματα, ut bene schol. F. A. WOLF.

491, 22. ἦν ἐπὶ τοῖς—ἔθεσι] *Pendebant e moribus.* SCHAEF.

491, 26. Λυσιμάχῳ] Est hic Lysimachus filius magni Aristidis, in summa paupertate defuncti, ipse quidem, quod Ulpiano facile credamus, nulla admodum re de civibus suis meritus; ut id praemii non sua, sed patris caussa ipsi datum videatur. Nec fortasse verba, ἑνὶ τῶν τότε χρησίμων, aliter olim acceperunt quam pro perfunctoria laude. (Vix putem. Infra p. 492, 11. τοὺς χρηστοὺς dixit eundem Lysimachum cogitans. Conf. not. ad p. 459, 5. SCHAEF.) Conjicio hoc ex iis, quae de neglecta educatione et moribus hominis apud veteres legimus, velut Plat.

Menon. p. 94 A. Lach. p. 179 C. et Aeschin. Dial. 1. §. 6. De donatione eadem fere nostro narrat Plutarchus in Aristid. p. 335 C. Λυσιμάχῳ τῷ υἱῷ μνᾶς μὲν ἑκατὸν ἀργυρίου καὶ γῆς τοσαῦτα πλέθρα πεφυτευμένης ἔδωκεν ὁ δῆμος, ἄλλας δὲ δραχμὰς τέσσαρας εἰς ἡμέραν ἑκάστην ἀπέταξεν, Ἀλκιβιάδου τὸ ψήφισμα γράψαντος. Aliter multo Suidas v. πλέθρον, quem locum Valesius comparavit ad Harpocrat. p. 50. Sed de quatuor drachmis diurnis Wolfius quaerit, utrum διὰ βίου, an μέχρι του? Prius quin verum sit nullus dubito, praesertim quum rem ex ratione temporum videam Lysimacho obtigisse aetate provectiori; qua ipsa re magnitudo doni aliquanto minuitur. Nempe non potuit Alcibiadis psephisma fieri ante Olymp. 87., neque etiam post 92. Paruit Euboea Atheniensium ditioni ab Olymp. 68, 2. ad 92, 1. Vid. Herodot. 5, 77. Thucydid. 8, 95. seqq. et Dukeri ad hunc not. ad 1, 113. Ante Olymp. 87. autem Alcibiades vix potuit forum attingere, natus, mea quidem sententia, Olymp. 82., non, ut vulgo putatur, 84. Isto vero tempore quomodo insulae illius bonis resp. sit usa, bene hic locus monstrat. Quocum confer Isocrat. Paneg. c. 31. Denique γῆ πεφυτευμένη est *terra arboribus consita*, opposita τῇ ψιλῇ h. ἀδένδρῳ, ἀροσίμῳ. Homerus Iliad. ι, 576. τέμενος, τὸ μὲν ἥμισυ οἰνοπέδοιο, ἥμισυ δὲ ψιλὴν ἄροσιν πέδιοιο. F. A. WOLF.

492, 1. τῆς ἡμέρας] καθ' ἑκάστην ἡμέραν. Utrum vero διὰ βίου, an μέχρι του? H. WOLF. Plutarchus l. c. εἰς ἡμέραν ἑκάστην. V. not. ad p. 491, 26. SCHAEF.

492, 3. εὐπορήσει] Exspectatur post priora simplex et praefractum ἀπορεῖ. At euphemismus praetulit εὐπορήσει, h. e. *speramus tempus omnibus rebus abundans aliquando esse rediturum.* Sic acceptum futurum, si rem cogites, ad votum redit, ut hactenus scholiastes scribere potuerit ἐπηύξατο εὐπορεῖν τὴν πόλιν. F. A. WOLF.

492, 12. ἕτερόν τι τοῦτ' ἂν εἴη] *Id nihil huc pertinet, nihil valet ad propositum nostrum.* Alias hoc ita effertur, ἄλλος ἂν εἴη λόγος, aut, λόγος ἕτερος οὗτος. F. A. WOLF.

492, 16. ἀφαιρεθεῖεν] Constructionis ratio est talis: τί; μᾶλλον δικαίως ἂν ἀφαιρεθεῖεν (i. e. ἀφαιρεθείησαν) διὰ τοῦτο ἐκεῖνοι, οἷς ἔδομεν νῦν ἡμεῖς; *quid? num minus esset injustum eos, quibus hoc tempore aliquid dedimus, spoliare?* F. A. WOLF.

οὐ γὰρ etc.] Dicit Demosthenes: *Neque enim, qui non dederunt, quae omnino non placuit dare, quidquam mali fecerunt; at faciunt ii, qui, quod antea dederunt, postea rursus adimunt, idque nulla de caussa.* Satis constat, post voces negativas pro τὶ poni οὐδὲν et μηδὲν, et a Latinis *quidquam*, etsi hodie ibi plures, et tales quoque, quos saepe summos viros salutant, pessime scribunt *aliquid.* F. A. WOLF.

492, 19. κἀκείνους—ἀφῃρημένους] κἀκείνους ὧν ἔδοσάν τῳ τι τοῦτ' ἀφῃρημένους. Id est ἀφῃρῆσθαί τι τοῦτο ἐκείνων, ἃ ἔδοσάν τινι. F. A. WOLF. *Quarum rerum alicui dederant aliquam, hanc eripuisse.* Idem recurrit p. 493, 20. SCHAEF.

492, 22. τίνος—ἔργον;] *Cur nostra demum aetate talis rei exemplum edatur?* F. A. WOLF.

492, 25. ὀμωμοκότες κατὰ τοὺς νόμους δικάσειν—κρινεῖν] Verba οὐχὶ τοὺς Λακεδαιμονίων — — τῷ νόμῳ legi postulant sic ut audiatur duobus primariis membris ea interjecta esse; infinita autem δικάσειν et κρινεῖν pendere a participio ὀμωμοκότες. Sic caussa in promtu est, cur editores mutarint olim male scriptum κρίνειν. Non minus vero cavendum erat alterum vitium, quo indivise scribunt κρίνειν καλῶς. Orationi interpositum hoc καλῶς, approbationis vox. Conf. p. 496, 2. et p. 506, 8. Ceterum ad οὓς ἀφαιρεῖται e verbo ἔλαβον sumendum est ἐκεῖνοι, ne quis tentet τὰς ἀτελείας, ἃς ἀφαιρεῖται. Rem ipsam quod attinet, judicum Atheniensium jusjurandum iisdem paene verbis refert Pollux 8, 122. Ὁ ὅρκος ἦν τῶν δικαστῶν, περὶ μὲν ὧν νόμοι εἰσὶ, κατὰ τοὺς νόμους ψηφιεῖσθαι· περὶ δὲ ὧν μή εἰσι, γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ. i. e. *ex aequo et bono, nulloque cujusquam amore aut odio.* Reliquos locos, ubi hoc occurrit, γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ κρίνειν, v. apud P. Fabrum de Magg. Rom. in Thes. Sallengr. vol. 3. p. 1163. Non id tamen inest in Heliastarum jurejurando, cujus formulam legimus in Demosth. adv. Timocrat. p. 746. Nostri jurisjurandi adactionem Athenis singula judicia praecessisse credibile est, ut et apud Romanos, quorum eadem fuit consuetudo. Vid. Justinian. L. 14 C. de Judic. F. A. WOLF. V. ad p. 652, 25.

492, 28. ἔλαβον τὰς ἀτελείας] Subaudi οὗτοι vel ἐκεῖνοι. REISK.

τῷ νόμῳ] Subaudi τῷ ἑαυτοῦ. REISK.

493. 1. καὶ] Subaudi repetitum a communi e v. 25. ὀμωμοκότες. *et vos huc convenisse juratos in hanc formulam:* Περὶ ὧν ἂν νόμοι μὴ ὦσι, γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ κρίνειν. *Vos oportet meminisse, religione jurisjurandi vosmet vos obligasse in hanc formulam, vos mente aequi studiosissima rem esse judicaturos, ubi leges taceant.* Erat enim haec jusjurandi formula, qua adstringebantur judices, antequam ad judicandum admitterentur. REISK.

493, 2. τὸ τοίνυν τῆς γνώμης—ἵν' εὐορκῆτε] Memoriter citat Tiberius p. 36. SCHAEF.

τὸ τῆς γνώμης] Hoc est quod ἡ τῆς γνώμης δόξα dicitur p. 652, 26.

493. 5. αὐτοί] Delirat Ulpianus. Luce clarius est αὐτοὶ opponi τοῖς προγόνοις. F. A. WOLF. Ulpianus: αὐτοὶ δὲ ἢ πρὸς διαστολὴν τοῦ Λεπτίνου, ἢ ὅτι πλέον ἐχέτωσαν τῶν ἄλλων φρονήσεως οἱ Ἀθηναῖοι.

493, 7. παραδείγματα] Scilicet τοῦ διδάσκειν vel tale quid. *exempla, argumenta, unde constet.* REISK.

μεγάλα εὖ παθόντες] V. not. ad p. 471, 12. SCHAEF.

493. 8. ἀπαιδεύτους—ἀμαθεῖς] *Inurbanos* Wolfius. *Inscitos* Nannius. *Ignoranti* Italus. TAYLOR. ἀμαθεῖς nihil aliud est, quam ἀπαίδευτοι, h. *illiberales, elegantiae morum expertes.* Quippe ἀμαθίαν Attici dicunt leniter suo more pro ἀγροικίᾳ. F. A. WOLF. Conf. Hemsterhus. ad Aristophan. Plut. p. 382. IDEM in Ind.

Italum sequi malim. Statim enim legimus διότι ἐκεῖνο ἀγνοοῦσιν. SCHAEF.

493, 17. χαλκοῦς ἱστάναι—πλὴν τούτου] Est apud nostrum saepe χαλκοῦν τινὰ ἱστάναι, *aeneam statuam alicui ponere.* Conf. Hemsterhus. ad Lucian. vol. 1. p. 165. F. A. WOLF.

493. 18. πλὴν τούτου] Scilicet τοῦ διδόναι τὴν ἀτέλειαν. REISK. *Excepta immunitate*, ad verbum *excepto eo, de quo nobis agitur.* Sic locum adde iis. quae explicui ad p. 471, 12. De infinito τὸ τιμᾶν itidem egi superius ad p. 457, 18. F. A. WOLF.

μὲν] Male abest ab aliquot codd. Refertur enim ad ἀλλὰ μὴν p. 494, 8. SCHAEF.

493, 20. καταλείπειν] Alii καταλιπεῖν. Utrum praestet docet quod legitur p. 494, 11. SCHAEF.

φήσει] Alii libri φησί hic et p. 494. 8. Tempus futurum spectat ad orationem, qua Leptines respondere debuit. Ac si fere judicari potest varietas haec, quam multi habent alii loci oratorum. Conf. quae scripsi ad p. 488, 27. F. A. WOLF.

493, 22. τί γὰρ ἔσται πιστότερον. τὸ τῆς εἰκόνος ἢ τὸ τῆς σιτήσεως ἢ τὸ τῆς ἀτελείας. ἣν πρότερόν τισι δόντες ἀφῃρημένοι φανεῖσθε;] Comma post πιστότερον positum deleatur: nam τί π. h. l. non significat *quid* sed *qui magis fidum*, ut τί βελτίων p. 94. 4. 501, 9. quod comparavit Dobraeus. Quem in verbis proximis offendit ἢ τὸ diversis sensibus accipiendum: quod incommodum minuere licet τὸ ante τῆς σιτήσεως tollendo, quo tres codd. carent. Schaefero καὶ τὸ τῆς σιτήσεως scribendum videbatur.

493, 24. εἰ μηδὲν ἔμελλε etc.] *Etiamsi hoc, quod modo dixi, nullo pacto incommodum futurum esset*, seu, *etiamsi haec difficultas non esset futura.* δυσχερὲς eodem fere sensu, quo antea p. 491, 17., et μηδὲν est μηδαμῶς, *nullo modo*, uti saepe οὐδὲν et μηδὲν in Atticis. Haec tantilla res fortasse vexavit intpp., ut conjicerent aut εἰ μηδὲν ἔμελλε τοιοῦτ' ἔσεσθαι, aut εἰ μηδ' ἔμελλε τοῦτ' ἔσεσθαι, aut εἰ μηδὲν ἔμελλεν ἐκ (vel ἀπὸ) τούτων ἔσεσθαι δυσχερὲς, ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνό γε καλῶς—. F. A. WOLF. οὐδὲν et μηδὲν sic usurpata non Atticorum propria sunt, sed communia omnium Graecorum. Similiter intelligendum τί v. 22., si mea me non fallit suspicio. SCHAEF.

493, 26. ἅπαντας—εὐεργετοῦσιν] *Omnes (etiam minus insignibus in remp. meritis conspicuos) prorsus iisdem praemiis dignabitur, quibus eos, quorum merita sunt maxima et amplissima.* Casum tertium cum verbis τῶν αὐτῶν constructum nemo ignorat vel ex usu Latinae linguae. F. A. WOLF.

τῶν αὐτῶν] Intellige honorem statuae jusque epulandi. SCHAEF.

493, 28. μεγάλων μὲν οὖν εὐεργεσιῶν κ. τ. λ.] Videlicet magna beneficia civium non solent esse nisi in magnis casibus reipubl. Contrarium est ἐν πολιτείᾳ, *salvis rebus, republ. bene constituta.* Supra p. 463. 21. ἄνπερ ἡ πόλις ᾖ. F. A. WOLF. ἐν εἰρήνῃ καὶ πολιτείᾳ, *pacis tempore inque administratione reipublicae.* SCHAEF.

494, 6. καὶ] Etiam honores et praemia dividi et alia aliis dari pro magnitudine meritorum debent, prout merita alia aliis pariter majora et minora sunt. REISK.

τὰ τῶν δωρεῶν] *Quae ad dona spectant, quae pro donis dantur.* SCHAEF.

494, 8. ὑπὲρ ὧν γε κ. τ. λ.] H. e. ὑπὲρ ἐκείνων γε, ἃ φήσει Λεπτίνης καταλιπεῖν τὰς τιμὰς τοῖς εὑρημένοις. *Quantum vero ad id, quod Leptines dicet* est. Est haec posterior pars responsionis. In priore a verbis ἐγὼ δ' ὑπὲρ ὧν μὲν τῇ πόλει confutavit *respectu reipublicae* id, quod Leptines obvertere poterat, non omnino praemia tolli sublata immunitate: nunc ipsos respicit *hoc praemio ornatos.* F. A. WOLF. Verte: *De iis autem, quae se relinquere dicet adeptis honores.* SCHAEF.

494, 9. οἱ μὲν—οἱ δὲ] οἱ μὲν sunt ii, qui *pluribus donis impertiti* videbantur suo jure postulare posse ut maneret sibi totum nec ulla parte imminutum, quod olim accepissent *propter beneficia in remp. a se profecta*, ἕνεκα τῶν εὐεργεσιῶν αὐτῶν. In his postremis ne junctim accipe τῶν αὐτῶν, *eorundem.* Verissime jam Wolf. Et similis ambiguitas est in Hom. Il. β. 685. 713. 718. et alibi. Deinde οἱ δὲ sunt *una tantum immunitate donati.* Quippe tales queri poterant se ludos fieri (φενακίζεσθαι) ab eo, qui diceret non omnia praemia hac nova lege aboleri. Aboleri enim id ipsum, quod unum sibi obtigerat, satis erit miseris. Atque ad hos eosdem pertinet, quod sequitur, ὁ ἄξια τῆς ἀτελείας εὖ πεποιηκέναι δόξας, id est, auctore ipso statim interprete, *talis qui propter merita sua uno immunitatis dono dignus est habitus.* δοκεῖν sollenne de populo, quatenus decernit et scita facit. (Verum hoc. Sed de illa vi verbi δοκεῖν h. l. non cogitandum. SCHAEF.). De structura autem εὖ πεποιηκέναι ἄξια τῆς ἀτελείας vid. notata ad p. 471, 12. Ceterum paullo ante legitur ἁπλᾶ καὶ δίκαια. Id alibi effertur adverbiis δικαίως καὶ ἁπλῶς, ut de Cor. p. 244, 25. Opponitur, quod quis profert τοῦ παρακρούσασθαι ἕνεκα. Conf. ad p. 483, 27. F. A. WOLF.

494, 16. μὴ τοίνυν—τοῦτ' ἀφέλῃ] Pronomen οἵδε refer ad eos, qui unum praemium impetrarant, immunitatem; ἐκεῖνοι ad eos, qui tum hoc, tum aliis donis pluribus fruebantur. Horum priores, utpote qui minora beneficia in remp. contulissent, facilius tanquam indigni traduci poterant, ὡς φαῦλοι. Mox ad ἀφαιροῦ e nostri sermonis indole τι aut μηδὲν adjici debuisset. Sententiam pressius ita verte: *Noli igitur hoc praetextu, quod hos ut malos accusas, illos spoliare; aut rursus propterea, quod illis aliquid a te relictum dicis, his, quod unum habent, eripere.* Totius loci ratio subtilior est illa quidem, sed apta ad persuadendum. F. A. WOLF. τῶνδε, qui immunitate indigni esse praedicabantur.—ἐκείνους, qui non immunitatem tantum, sed et σίτησιν et statuas habebant.—τούσδε, qui immunitatem solum habebant. SEAGER. *Diar. Classic.* 56. p. 258.

494, 17. ἀφαιροῦ—ἀφέλῃ] Dicta nullo significationis discrimine, quod a temporum diversitate pendeat. Conf. not. ad p. 483, 17.

σκέψασθε—καὶ λογίσασθε p. 538. 6. ubi libri non contemnendae notae habent σκέψασθε—καὶ λογίζεσθε: quod et ipsum ferri possit. SCHAEF.

494. 20. εἰ τῶν πάντων—ἢ ἐλάττονα] Recte Wolfius: *si aliquem sive parva sive magna injuria afficiemus.* F. A. WOLF.

ἢ ante μείζονα abest ab libris nonnullis. Male. Conf. mea in H. Stephani Thes. p. 6000 B. 6005 C. ed. Lond. quibus accedat Herodoteum 5, 106. ἐκ τοῦ σοί τι ἢ μέγα ἢ σμικρὸν ἔμελλε λυπηρὸν ἀνασχήσειν. SCHAEF.

494, 27. πρὸς τὸ—πεῖσαι] Verba sic junge: πρὸς τὸ πεῖσαι ὑμᾶς ἀφελέσθαι τὰς ἀτελείας. SCHAEF.

495. 1. αἱ χορηγίαι καὶ αἱ γυμνασιαρχίαι] Immunes qui essent, triplici illi onere erant relevati, conferendarum scilicet pecuniarum ad choros publicos, tum ad gymnasia, denique ad epulas solennes. Videtur itaque post voc. γυμνασιαρχίαι deesse αἱ ἑστιατορίαι vel tale quid. Duo tantum genera contributionum non videntur satis implere amplitudinem vocabuli ἅπαντα ταῦτα. Quare tertium adhuc accedat velim. REISK. Reiskius bene suspicatur, post vocem γυμνασιαρχίαι deesse καὶ αἱ ἑστιατορίαι aut quidpiam simile. Bene, inquam: modo aliquid simile reperiatur. Nam ipsum hoc, ἑστιατορία, nondum credo aut Demosthenis fuisse, aut alius Attici cujusquam. Sed sane tale quid h. l. exspectatur. Nam quum duo genera munerum posita sint, qui tandem tertium genus, nec illud minus solenne, praetermitti potuit, praesertim post vocem ἅπαντα? At mihi non de vitio istiusmodi, sed plane de glossa suspectus locus est. Omittam nominativum horum verborum, αἱ χορηγίαι καὶ αἱ γυμνασιαρχίαι, quo ipso casu mihi quodammodo fraudis vestigium proditur. Omnia haec grammatico quidem ad perspicuitatem necessaria videri poterant; auctori ejusve auditori quamlibet rudi vix poterant. Clara sunt per se ταῦτα ἅπαντα τὰ ἀναλώματα, eaque etiam supra suffecerunt in loco hujus simillimo p. 464, 18. F. A. WOLF. Qui recte delere videtur quinque illa verba.

495, 4. τούτων] Ald. τοῦτον, nullo sensu. Igitur Felic. dedit τοῦτο, ut esset, ἀτελεῖς εἶναι, τοῦτο δίκαιον ἡγοῦμαι. Et hoc si novos patronos inveniat, non mirer. Praetuli tamen codicum scripturam, τούτων, quam tum in primarum editt. mendo latere, tum scholiastae unam prae oculis fuisse arbitror. Persuadent id scholii verba: εἰ καὶ ἱερῶν ὁ δῆμος ἀτέλειαν ἐθέλει διδόναι, οὐ χρὴ ἀντιλέγειν· ἐγγὺς θεῶν αὐτὸν ποιῶν. Quae quamvis sint insulsa nimium et putida moribusque Atheniensium repugnantia, quum totius loci tenor doceat nunquam in illo populo cuiquam datam ἀτέλειαν ἱερῶν, quod etiam nefandum fuisset; verum tamen ut explicatio pessima sit, lectione nititur bona et sincera. Ne multa; τούτων ad nihil aliud trahendum erat quam ad nomen praecedentis periodi primarium, τῶν ἀναλωμάτων. Quae una res non animadversa locum tam diu obscuravit. Obscuritatis remedium speciosum est, non verum, in Felic. scriptura, τοῦτο. Progressio enim sententiae hoc videtur postulare, ut τοῦτο non

prius quam in ultimo membro positum clausulam distinguat. Omnis vis sententiae est in his duobus, δίκαιον et δεινόν. F. A. WOLF.

495, 6. ἐπὶ τῷ τῶν θεῶν ὀνόματι ποιεῖν] Id est, *facere obtentu nominis deorum, quasi fieri oporteat deorum et religionis gratia.* Eodem pertinet ἐπιφημίζειν τοὺς θεούς, *deos afferre caussam, ut culpam suam hac specie praetexant.* [V. Schoemann. ad Isaeum p. 464.] In proximis ne inepto scholio fidem habeas. verba ἐπ' ἀνθρώπου sic accipies: *humana auctoritate.* Conf. ad p. 473, 8. F. A. WOLF.

495, 7. ποιεῖν] H. e. δεῖξαι δίκαιον ὑμᾶς ἀφελέσθαι. SCHAEF.

495, 10. τοὺς θεοὺς ἐπιφημίζων] *Praetexens honestum et speciosum deorum nomen* REISK.

495, 11. ἐπ' ἀνθρώπου] V. not. ad v. 6. SCHAEF.

495, 12. ἱερῶν ἀτέλειαν] *Immunitatem a vectigalibus, quae sacris faciendis penduntur.* Sic in inscr. ap. Boeckh. vol. i. p. 122. ὅποι ἂν δὲ δέῃ Πλωθέας ἅπαντας τελεῖν ἀργύριον ἐς τὰ ἱερὰ, ἐκ τοῦ κοινοῦ τοὺς ἄρχοντας, οἳ ἂν ἄρχωσι τοῦ ἀργυρίου, ἐς τὴν ἀτέλειαν τελεῖν ὑπὲρ τῶν δημοτῶν.

495, 13. τὸ τῶν ἱερῶν] *Nomen liturgiarum captiose traducentes ad tributum, quod sacrorum caussa fit*, h. e. *nomina haec duo callide inter se permutantes.* Utrum ad ἱερῶν repetas ὄνομα, an τὸ τῶν ἱερῶν accipias τὰ ἱερά, ad sensum prope nihil interest. F. A. WOLF. τὸ τῶν ἱερῶν absolute sumendum: *quidquid ad sacra spectat.* Conf. p. 493, 22. 23. SCHAEF.

495, 15. Λεπτίνην—μάρτυρα] Qua specie Leptines argumento suo uti potuerit, docet oratio adversus Midiam, in qua noster ipse passim choregiam ad munera sacra trahit. Sed illum nunc praeclare ita refutat. Immunitatem posteris Harmodii et Aristogitonis olim datam, palam est fideque columnarum testatum, non sacrorum esse, quippe quorum nemini civi esse immuni licet, sed liturgiarum civilium. Jam posteros illos lege sua eximit Leptines et horum praemium disertis verbis ratum habet. Sequitur itaque, nisi forte illos novo dono augere voluit, minime virum ignorasse aliam esse immunitatem ἱερῶν, aliam λειτουργιῶν, quin etiam se id probe scisse ipse testatur. F. A. WOLF.

495, 16. γράφων—φησὶν] Construendo junge verba γράφων et φησίν. F. A. WOLF.

τὴν ἀρχὴν] ἀρχὴν dictum puta absolute pro ἐν ἀρχῇ. Exempla vocis ἀρχὴν sic sine articulo positae dedit Lennepius ad Phalarid. Epist. p. 83. Alia ratio est deinde, ubi bis legitur τὴν ἀρχὴν τοῦ νόμου. F. A. WOLF. ἀρχὴ perinde ut τέλος est ex iis substantivis, quae solenniter ἄναρθρα ponuntur, nisi definitio quaedam aut relatio articulum addi poscat. SCHAEF.

495, 20. τί τοῦτο μαθὼν προσέγραψεν;] τί μαθὼν, τουτέστι, δι' ἥντινα αἰτίαν: τίνι λογισμῷ: sicut τί παθὼν, διὰ τί πάθος; τί ἐπῆρεν αὐτόν; H. WOLF. Lambinus, τί τοῦτο παθών. Atque hoc ipsum in Aristophane, quoties τί μαθὼν occurrit, reponi jubet Brunckius, etiam optimis codd. invitis, potius in difficiliore

scriptura plane consentientibus, atque is ita ubique loquitur, ut periculum sit ne bona locutio a tantis viris in dubium vocata ex auctoribus aliquando ejiciatur et e civitate deturbetur. Vide notas ad Aristophan. Plut. 908. Lysistr. 599. Nubb. 1507. Vesp. 251. Acharn. 826. Forsan ergo non ingrata lectoribus erunt quae ad harum formularum vim monstrandam additurus sum, ut quam nemo alius, quod sciam, recte explicuerit. Nam sunt qui utrumque, τί παθὼν et τί μαθών, promiscue ab Atticis dici putent pro simplici τί, *quare, qua de caussa?* Ut Kusterus ad locum Pluti, L. Bos Animadv. ad Scriptt. Gr. p. 97. et 192. et alii. Reiskius autem ad p. 850, 21. alterum, τί μαθών, altero contendit magis esse Atticum. Propius veritatem accedit Bisetus in schol. ad Nubb. l. c. et Wolfius ad h. l., etsi hic non satis certus sententiae est in aliis locis oratoris. Equidem excussis sedulo et Aristophanis et aliorum exemplis plurimis, ubi constanti fide librorum scribitur τί μαθών, compertum habeo utriusque formae diversam potestatem esse, sed discrimen tenue. Nempe τί παθών saepius locum alterius bene occupare poterit, interdum tamen sine detrimento elegantiae non poterit. Sic recte videor Graece alloqui posse Lambinum: τί παθὼν ταύτην τὴν παραδιόρθωσιν προσέγραψας; rectius tamen multo et significantius: τί μαθὼν——προσέγραψας; Etenim τί παθὼν omnino est *quanam re affectus? quo casu? quibus intemperiis agitatus? qui fit ut* etc.? et plane ad πάθος quoddam, quod aut volentes aut nolentes patimur, pertinet. Contra τί μαθών, ne hic quidem obliterata prima verbi potestate, forma est exprobrantis inconsiderantiam, temeritatem et pravum judicium ac pertinet, ut Aeschyleo verbo utar, ad μάθος quoddam, quod in nobis desiderari patimur; vertique debet *quo argumento? quid secutus? qua ratiocinatione usus?* Quae ipsa vis plane deprehenditur in nostro loco. Ceterum numerarim hoc, τί μαθών, ad euphemismum Atticorum. Nam solum sensum si spectes, saepe id reddi potest *cur tam stulte, tam temere* etc. Et in Aristoph. Vesp. 251. additur etiam ὦ ἀνόητε. Utrumque ergo si reddes *qua de caussa*, non male quidem Latine exprimas, sed pinguius nec satis presse. Conf. Demosth. Philipp. IV. p. 141, 19. in Aphob. III. p. 851, 21. in Steph. I. p. 1113, 4. ibique Wolf. et Reisk. Dionys. Halic. de Thucyd. vol. 6. p. 951. Liban. Epist. 241. p. 116. etc. F. A. WOLF.

495, 25. ΑΝΤΙΓΡΑΦΑ] ἀντίγραφον August. primus. REISK. Pluralem tuentur v. 23. et v. 26. V. Moeris p. 7. ibique Piersonus. SCHAEF.

495, 27. πλὴν ἱερῶν] Haec in editt. prioribus et Reiskii habent signum interrogandi. Conf. ad p. 485, 10. F. A. WOLF.

496, 2. Καλῶς. κατάθες.] Etiam hic interpellatur scriba, quum tantum e lege recitavit, quantum oratori ad consilium suum videretur satis esse. F. A. WOLF.

496, 5. τίνος ἕνεκ'] Scilicet τοῦτο προσέγραψεν. F. A. WOLF.

496, 5. εἴ γε—λειτουργεῖν] Post τέλος videtur τελεῖν deesse. *si pensionem sacris consecratam pendere tantundem est atque* λειτουργεῖν. τέλος est praestatio aeris debiti praescripta et sancita. qua praestatione redimitur jus et fas rei alicujus aut tenendae et possidendae aut faciendae aut fruendae atque participandae. Est itaque τὸ τῶν ἱερῶν τέλος illa pensio aeris, qua acquiritur jus et potestas cum aliis consortibus sacra participandi. Sed locus hic mihi, ut verum fatear, obscurus et vexatus est. REISK. Si orator scripsisset εἴγε τὰ ἱερὰ τελεῖν ταὐτόν ἐστι καὶ λειτουργεῖν, eequis h. l. haereret? Atqui idem est sensus vulgatae. SCHAEF.

496, 13. οὐδ' ἔχουσιν] Post ἔχουσιν videtur ἀτέλειαν deesse. REISK. Subaudi τὴν ἀτέλειαν. *ne habent quidem immunitatem munerum, si modo sacra sunt.* Accuratius dicere debuerat οὐδ' εἰσίν. Nam praecedit οὐκ εἰσὶν ἀτελεῖς. Sed videtur hoc εἰσίν, jam bis positum, fecisse ut orationem commutaret. Ellipsin vero in verbo ἔχουσιν eandem habemus p. 457, 18. 486, 23. 506, 8. Ceterum in genitivo ἱερῶν relato ad λειτουργιῶν vix tiro offenderit. F. A. WOLF. Ad ἔχουσιν intelligendum ἀτελεῖς εἶναι.

ἀλλὰ μὴν—τοῦ μετοικίου;] γέγραπται, puta ἐν τῇ στήλῃ, non in lege Leptinis. Jam ad absurda recidere videmus Leptinis cavillationem, nec tam Demosthenis arte captus quam suis propriis laqueis irretitus laborat. τὸ μετοίκιον pendere μετοίκων fuit proprium. Drachmae fuerunt duodecim annuae. Vid. Petit. LL. AA. p. 248. et Valcken. Animadv. ad Ammon. 2, 7. F. A. WOLF.

496, 18. τοσούτῳ τὸ πλῆθος] Haec verba analogiam habent in dictione χρόνος παμπληθής, *tempus immensum.* F. A. WOLF.

496, 20. οὔτε φυλὴ—οὐδεὶς ἀντιδοῦναι] Sic vertes: *neque ulla unquam tribus ausa est quenquam ex illorum gente choragum nominare, neque etiam quisquam alias nominatus illos ad permutationem facultatum adigere.* ἐκείνων et statim αὐτοῖς Harmodii et Aristogitonis posteros spectat. F. A. WOLF. De hoc usu verbi φέρειν conf. p. 996, 21.

496, 21. ἐκείνων] ἐκείνου August. primus. qui etiam saepe ab illa formula. τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, postremum nomen arcet: ideo fortasse. quia Aristogiton improles decessit. Ideoque ἀπ' ἐκείνου dedit, ab Harmodio puta. qui solus posteros reliquit. REISK.

496, 23. ἐπισύροντες] ἐπισύρει seu ἐπισεσυρμένως λέγει is, qui rem non subtiliter, non accurate, non veritatis caussa tractat dicendo, sed leviter, perfunctorie ac rapide summa capita perstringens, gravissimum quodque momentum occultans artificiose aut ita transmittens, ut auditor ad aliena abstractus cogitandique otio fraudatus inducatur et circumveniatur. Generalis omnino verbo notio est *supine et negligenter agendi*, sive consulto id fit, seu imprudenter. V. Marklandum ad Lysiam p. 788., Reiskium Animadvv. ad Graecos auctt. vol. 4. p. 335. seqq. et Heyn. ad Epict. Enchir. c. 31. Quo in loco libelli verborum parcissimi admodum vereor ne aliena manus invexerit duo verba

μηδὲ ἀμελῶς, glossam antecedentium *μὴ ἐπισεσυρμένως*. F. A. WOLF.

496, 23. *ὡς Μεγαρεῖς καὶ Μεσσήνιοί τινες κ. τ. λ.*] Locum hunc apud Apsinem reperimus p. 697., sed mutatum adeo ut quid in eo rhetor legerit aliis divinandum lubens relinquam. Legitur ibi: *ὡς Μεγαρεῖς καὶ Μεσσήνιοι ἀτελεῖς τινες ἀθρόοι ἄνθρωποι δοῦλοι καὶ μαστιγίαι κ. τ. λ.* In promtu est videre subjectum orationis esse *τινές*, et huc referri *φάσκοντες εἶναι Μεγαρεῖς καὶ Μεσσήνιοι*, et ita periodum accipi debere: *Dicent adhuc fortasse adversarii nostri homines quosdam reperiri, qui quamvis ne ipsi quidem dissimulent aut occultent Megarenses et Messenios se esse*, (h. e. *non cives Atticos*) *nihilominus immunitate fruantur ad unum omnes.* Dein quae leguntur nomina articulo destituta, *Λυκίδας καὶ Διονύσιος*, optime nostra aut aliqua recentiore lingua exprimas *ein Lycidas, ein Dionysius.* Sed alterum horum prorsus ignoramus; Lycidam vero ipse orator docet olim Chabriae servum fuisse, mox populi Athen. proxenum. Addit schol. hominem conducticio exercitui praefuisse. F. A. WOLF.

496, 26. *ἐξειλεγμένοι* postulat ut *Λυκίδας* pro accusativo plurali accipiatur ideoque etiam *Διονυσίους* in eodem casu legatur; quo pacto erit sententia: *posteaquam assertionis suae comprobandae ergo delegerint Lycidas quosdam et Dionysios et alios ejusdem farinae.* Nam potest utique participium hoc perfecti passivi vim activi obtinere, quod frustra negatur. REISK. Nominativos Dobraeus ita defendit ut subito detortam orationem esse putet, ubi exspectasses tertium nomen, quemadmodum p. 505. 3. oratio abrumpatur verbis *καὶ τὸ λοιπὸν ἐῶ.* Quod generis valde diversi est. Mihi longe probabilior Reiskii conjectura videtur, quam Dobraeus quoque alio tempore probaverat.

497, 1. *ἐν οἷς ἀτελεῖς εἰσὶν οὗτοι*] Bene Reiskius: "Scilicet *γεγραμμένοι.*" Sed cave hoc addas. *psephismata, quae horum tenent nomina ut adeptorum immunitatem.* SCHAEF.

497, 3. *πρόξενοι—παρ' ὑμῖν*] Citant Anecd. Bekk. p. 163, 23. SCHAEF.

497, 8. *διὰ τοὺς—πρόξενοι γεγόνασι*] Junxerant ante Marklandum omnes *ἑτοίμως πρόξενοι γεγόνασι*, idque forsan aliquis ferendum putet. Sed malui cum illo incisum ponere post *ἑτοίμως*, ut sit: *propter eos, qui ejusmodi decreta pretio atque mercede scribunt faciles et parati.* Ceterum pravum hunc morem Athenis tum fuisse ut quaestui haberent remp., nemo dubitet, qui ex Aeschinis Or. in Ctesiph. p. 427. meminerit fraudum in honoribus tribuendis versari solitarum. Nostrum autem illud fraudis genus eo facilius fieri potuit, quia *προξενία ornamentum* erat, non *magistratus.* Vid. hac de re Valcken. Animadv. ad Ammon. 3. 10. *Προξενία* honor in posteros quoque cedens. Vid. Xenoph. Hellen. 6, 1, 4. F. A. WOLF. Subdistinctionem a Reiskio post *ἑτοίμως* positam delevi. *ἑτοίμως* autem jungendum esse participio *γράφοντας* ecquis dubitet? SCHAEF.

497, 15. *ἐξαρκέσει*] Alii libri *ἐξαρκέσειε.* Mutarunt qui ob

sequens *ἀφέλοιντο* etiam in priori membro optativum requirerent, parum illi reputantes in hujusmodi enuntiationibus bimembribus haud raro prius membrum definite, posterius hypothetice dici. Orator, opinor, hoc vult: Factio ista satis habere debebit tale mancipium in Chabriae dedecus proxenum fecisse. Quod si hac una re non contenti, praetextu indidem sumto, immunitatem viro de republ. tam egregie merito datam abolerent, ecquis negaret summam Chabriae injuriam fieri? SCHAEF.

497, 17. *τῶν ἐκείνῳ τι δοθέντων*] Notabilis positura encliticae. V. not. ad Longi Pastoral. p. 363. Recurrit eadem horum verborum structura p. 501, 28. SCHAEF.

497, 19. *οὐ γάρ ἐστιν—ἀτελής*] Inter haec et sequentia Reiskius suspicatur deesse *haec pauca*, *οὐδεὶς γὰρ ἀτελής*. Quin nihil deest, et bene stringit argumentum. *Neque enim Lycidas, nec alius quisquam, qua est proxenus* (*propter hanc dignitatem*) *immunis est, nisi si populus ei nominatim et proprie immunitatem concesserit.* Res ipsa loquitur. Potuit aliquis proxenus immunis esse; ita vero singulari decreto populi Atheniensis ad eam rem opus fuit. F. A. WOLF.

497, 21. *οὐχὶ καλῶς ποιήσουσιν*] Urbane, de more Atticorum, pro *κακῶς* seu *κακούργως ποιήσουσιν*. Conf. p. 499, 8. Sed exempla ubique sunt. F. A. WOLF.

ὃ τοίνυν μάλιστα πάντων κ. τ. λ.] Oratoriam quandam technam in h. l. notat Aristides Art. p. 467. (258.) *Παρὰ πάντα ἀξιοπιστίας τό τε ἐπισημαίνεσθαι τοῖς εἰσαγομένοις καὶ τὸ ὑπερβολαῖς χρῆσθαι· ἐπισημαίνεσθαι μὲν, ὅταν λέγῃς· ὃ τοίνυν μάλιστα — βούλομαι. τοῦτό ἐστιν ἀρχόντων τῶν προειρημένων τῷ μέλλοντι εἰσάγεσθαι. ἡ δὲ ὑπερβολὴ ἐν τῷ ἑξῆς· εἰ γάρ τις κ. τ. λ.* Varietas lectionum in verbis ibi laudatis levis est. F. A. WOLF.

497, 25. *συγχωρήσειεν*] *συγχωρῆσαι τούτοις* Aristides *T.* p. 258. REISK.

497, 26. Notanda formula *οὐδ᾽ ἂν εἴ τι γένοιτο*, Latine *nullo pacto, nulla ratione.* Demosthenes de Cor. p. 284, 17. loquens de Philippo: *οὕτως ἧκεν ἔχων τὴν δύναμιν καὶ τὴν Ἐλάτειαν κατέλαβεν, ὡς οὐδ᾽ ἄν, εἴ τι γένοιτο, ἔτι συμπνευσόντων ὑμῶν καὶ τῶν Θηβαίων.* Sed nihil frequentius his exemplis. F. A. WOLF. Continuanda autem *ἕν γε — ἀναιρεθείη.* Male Reisk. interpunxit: *ἕν γ᾽ αἰσχρὸν, οὐδ᾽ ἂν εἴ τι γένοιτο, ἀναιρεθείη.* Nec rectius F. A. Wolf.: *ἕν γε αἰσχρὸν οὐδ᾽ ἄν, εἴ τι γένοιτο, ἀναιρεθείη.* Utraque enim interpungendi ratio disjungit jungenda: haec *οὐδ᾽* et *εἰ*, illa *ἂν* et *ἀναιρεθείη.* Videlicet *οὐδ᾽ ἂν* formula est tam crebro usu trita, ut etiam ibi locum habeat, ubi *τὸ ἑξῆς* particulae potentiali aliam assignare sedem videatur. SCHAEF.

497, 27. *ὃ συμβήσεται—τῇ πόλει*] Junge *ὃ συμβήσεται τῇ πόλει*, non *κυρίου γενομένου τῇ πόλει*, ut aliquos fecisse video. F. A. WOLF.

498, 15. Cave jungas *μηδὲν τοῦτο* vertasque *nihil tale*, quod est *μηδὲν τοιοῦτο. τοῦτο* et hic et v. sq. habet eam vim, quam indicavi

ad Dionys. Halic de C. V. p. 106. Perquam autem notabile est, quod nunc refertur ad negativas voces μηδὲν et οὐδέν: cujusmodi exempla sunt e rarioribus. SCHAEF.

498, 21. F. A. Wolfius duas hic classes hominum indicari putavit, alteram eorum qui non fecerint ob quae immunitatem acceperint, alteram eorum qui quid contra remp. commiserint: quas classes tanquam formas complectatur generalis notio τοῦ εἶναι ἀναξίους. Falso. Demosthenes enim non duas enumerat classes, sed tres: primam τῶν ἀναξίων, alteram τῶν οὐ πεποιηκότων ἐφ' οἷς εὕροντο, tertiam τῶν ἄλλο ὁτιοῦν ἐγκαλουμένων. Ne dubites, compara quae leguntur p. 486, 25. πρόφασις δικαία κατὰ τῶν ἢ παρακρουσαμένων, ἢ μετὰ ταῦτ' ἀδικούντων, ἢ ὅλως ἀναξίων. SCHAEF.

498, 26. τῷ μὲν — Εὔβουλος] Ergo Diophantus et Eubulus repererant immunitatem? REISK. Plures a Demosthene memorantur Diophanti, plures Eubuli. Et de Eubulis quidem erudite egit Ruhnkenius Histor. Oratt. Gr. p. 65. seqq., qui docet, ubicunque Eubulus simplici nomine occurrat, intelligendum esse Anaphlystium, summae auctoritatis demagogum, qui per plures annos cum oratore nostro remp. administravit. Hoc tamen loco qui viri intelligendi sint, conjectura satis certa non assequor. F. A. WOLF. Hoc quidem satis manifestum est, homines in numero fuisse τῶν ἀτελῶν. SCHAEF.

499, 7. διὰ τούτων] *Per hos*, Leptinem ejusque socios. REISK.

499, 8. ταῦτα] Hos puta mores, quorum auctor est Leptines, auferentes honores semel datos. REISK.

499, 9. Verba σκοπῶ δὲ καὶ τοῦτο vulgo lecta post ὑμῶν, quae delevit Reiskius, mihi plane videntur ex emblemate marginis esse et adscripta ad explicandam rariorem locutionem, οὐδ' ἐκείνου γε ἀποστατέον τοῦ λόγου. F. A. WOLF.

499, 15. τοῦτο] Scilic. vos ab istis jam donatis injuria esse affectos. *Hoc si adversarii dicent, eorum erit demonstrare, illos eo tempore, quo peccaverint, judicium subiisse.* Vertimus haec ideo, ut declaremus verba παρ' αὐτὰ τἀδικήματα, quae eadem potestate occurrunt et alibi et apud Demosth. de Cor. p. 229, 19. Certa multis exemplis est haec vis illius praepositionis de *tempore* positae, quod vulgo *praesens* aut *durans* dicunt, unde Lat. verti potest *in* vel *sub*. Ut in loco Xenoph. M. S. 2, 1., παρὰ τὴν ἐκείνου ἀρχήν, *sub illius imperio, illo imperante.* F. A. WOLF. παρὰ τοὺς μεγίστους καιροὺς p. 470, 11., pro quo ibid. v. 20. ἐν ὁποίοις καιροῖς, et mox p. 471, 1. τοὺς καιρούς, ἐν οἷς. SCHAEF.

φήσουσι] Significanter dictum de iis, qui quid temere jactant. Opponitur δεῖξαι. Sic φήσουσιν et δείξω inter se opponuntur p. 464, 28. SCHAEF.

499, 27. μόνοι] Scilicet alii etiam Graeciae populi viros de se bene meritos publice sepeliverunt, ut Syracusani Timoleontem (v. Plutarch. V. Timol. c. 39.): soli Athenienses condecorarunt λόγοις ἐπιταφίοις. SCHAEF. Laudationes funebres memorat

haud privatas, quales Roma norat, sed publicas et populi jussu celebratas. Quem talem morem Atheniensibus solis h. l. recte vindicari colligas partim ex eo, quod nusquam simile quidquam de alia natione Graeciae narratur, partim etiam ex verbis Aristidis vol. 1. p. 190., licet ab hoc rhetore nostrum locum respici dixeris. Ipsius autem hujus moris vera origo et institutio a tempore Persici belli repetenda, auctoribus Diodoro 11. 33. et Dionysio Halic. A. R. 5. 17. Oratores λόγους ἐπιταφίους habituri legebantur a senatu, solemnitas in Ceramico extra urbem facta. Conf. Meursii Ceramic. gem. c. 22. Restant etiam nunc tales conciones ex antiquitate quatuor, Periclis Thucydidei l. c., Platonis in Menexeno, Lysiaeque et Demosthenis. At hujus postremi quae hodie prostat oratio, ea jam olim obelis Criticorum confossa est, ut praeter alios docet Taylorus Lectt. Lys. c. 3. Lysiacum adhuc tolerarunt patientius. Neque haec tamen ipsa eo stilo scripta, qui senem Lysiam decebat, sed ex Isocratis Panegyrico aliisque orationibus veterum ac veri Lysiae locis eodem paene modo, quo Aristidis declamatio ista, a quodam Sophista composita videbatur mihi olim in Censura Menexeni a Gottlebero editi, quae inserta est Ephemm. Erfurt. litterariis a. 1782. p. 34. Cujus opinionis nondum me poenitet, quum praesertim nuper Valckenarium viderim in eandem incidisse. Vid. Hemsterhus. et Valckenar. Orationes etc. p. 218. F. A. WOLF.

500, 1. κοσμεῖτε] Quia orator nomine et jussu populi defunctos pro patria oratione ornabat, ideo dicitur h. l. populus ipse eos ornare. REISK.

500, 6. τοὺς στεφανίτας] Nempe duplicis generis fuerunt οἱ ἀγῶνες, alii στεφανῖται, alii θεματικοί. Conf. Wesseling. ad Diodor. vol. 1. p. 260. Sed apud Graecos, *nullius rei praeter laudem avaros*, priorum certaminum dignitas habita longe major. Ceterum notissimi sunt honores victoribus ludorum sacrorum a civitatibus suis decreti, saepe amplissimi ac prope divini, praecipue apud Athenienses, de quibus vide locc. cc. in Petiti LL. AA. p. 131. F. A. WOLF.

500, 7. τούτων] Denuo cogitandum τῶν δωρεῶν. F. A. WOLF.

500, 9. εὖ ποιῶν δοκεῖ νικῆσαι] V. Lennepius ad Phalar. p. 194. a. SCHAEF.

500, 10. τοσαύτας—παρέσχηται] Scilicet ἡ πόλις. Atque ὑπερβολαὶ τῶν δωρεῶν sunt δωρεαὶ ὑπερβάλλουσαι τὰς τῶν ἄλλων εὐεργεσίας, *dona et praemia acceptis beneficiis longe majora*. F. A. WOLF. Non *acceptis beneficiis*, sed *donis quae alibi dantur civibus bene meritis*. Est superlatio rei significans summum ejus gradum per se spectatae, non comparatae cum re generis diversi. Sensus: *adeo civitas in donis dandis omnem modum excessit*. SCHAEF. Sic p. 686, 25. τῶν τιμῶν ταῖς ὑπερβολαῖς αἷς δεδώκατε.

500, 17. ἀεὶ] Abest a Bavarico. REISK. Male abest. Solennis hujus adverbii usus an abusus in talibus formulis. V. quae congessi ad Gregor. Corinth. p. 169. et in Seidleri libro de Vers.

Dochm. p. 417.. quibus haec accedant. Sophocles Oed. Col. 682. κατ' ἦμαρ ἀεί. Mox v. 688. αἰὲν ἐπ' ἤματι. Euripides Electr. 145. ἀεὶ τὸ κατ' ἦμαρ. pro quo simpliciter τὸ κατ' ἦμαρ ibid. v. 182. Oppianus Halieut. 4, 178. ἀεὶ πᾶν ἦμαρ. Demosthenes p. 1450. 6. ἀεὶ καὶ συνεχῶς. pro quo ἀεὶ συνεχῶς Theodorus Metoch. de Polit. Cyren. in Orellii Supplem. ad Nicol. Damasc. p. 92. SCHAEF.

500, 22. πολλὰ δὲ θαυμάζων κ. τ. λ.] Citant Anecd. Bekk. p. 148, 20. usque ad vocem τεθαύμακα, iterumque ibid. v. 27. usque ad vocem νόμον. SCHAEF.

πολλὰ δὲ θαυμάζων κ. τ. λ.] Jam novum telum a Demosthene expromitur, sane quam callidum. In voc. τεθαύμακα juncto cum θαυμάζων discant tirones pravis notionibus temporum imbuti quae vis sit hujus temporis, quod rei perfectae praesens est, non, ut vulgo vocant, praeteritum. Conf. Harrisii Hermen 1. 7., librum iis omnibus, qui in utraque lingua ultra plebem sapere volunt, utilissimum. F. A. WOLF.

501, 2. περὶ ὧν—ἥμαρτεν] Rara constructio, cujus exemplum habet Xenophon Hellen. 1, 7, 27. : neque enim θανάτου in θάνατον mutandum puto. SCHAEF.

501, 3. ἐγὼ μὲν—οὐ βούλομαι] Post τὸν νόμον nihil lenius exspectatur quam hoc. ἐκεῖνος ὡς ἀληθῶς οὐδὲν δόξει ποιεῖν ἀγαθὸν παρεσκευάσθαι. Quod elegantiae studiosi videant quam urbane ab oratore emollitum sit. Similia sunt quae sequuntur, μήτ' αὐτὸς δόξεις εἶναι βελτίων μήθ' οἱ πεισθέντες σοι. F. A. WOLF. Vix dicam oratorem quae cogitaret urbane emollivisse, sed schema habeam pro exemplo ironiae Socraticae: quo colore mihi quidem totus hic locus videtur tinctus esse. SCHAEF.

501, 5. ἐπαινέσω] Ne habeas pro futuro, quod est ἐπαινέσομαι. SCHAEF.

μηδὲν οὖν φιλονείκει, Λεπτίνη] Citat Tiberius p. 23. Item scholiastes Hermogenis. V. Reiskius ad p. 297, 16. SCHAEF.

501, 8. διὰ γὰρ τὸ τελευτῆσαι Βάθιππον—] Praecedenti periodo ad Leptinem ipsum directa erat oratio, nunc ad judices conversa narrat de Leptine. Frequentes autem in oratoribus nostris sunt ejusmodi subitae a secunda persona ad tertiam transitiones. Vide praeter ea, quae ad p. 488, 7. 496, 8. 22. a me notata sunt, infra p. 506, 10. atque adv. Lacrit. p. 939, 16. adv. Spud. p. 1033, 3. F. A. WOLF.

501, 9. ὃς] Redit ad Bathippum. REISK.

501, 10. οἱ χρόνοι] Male in libris nonnullis οἱ τῆς κρίσεως χρόνοι. V. Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 334.

501; 13. καίτοι—ἐπεξῆλθον.] Citant Anecd. Bekk. p. 131, 7. SCHAEF.

καὶ] Male omittunt Anecd. Bekk. SCHAEF.

τρεῖς τινες] Sic p. 666, 27. τινὲς ἄνθρωποι γίγνονται δύο. Argument. posterius Aristocrateae p. 619, 22. μετά τινων δύο. Thucydides 7, 34. ἑπτὰ δέ τινες ἄπλοι ἐγένοντο. Plutarchus vol.

1. p. 420 R. *τρεῖς τινες οἰκέται.* vol. 3. p. 688. *περὶ πεντεκαίδεκά τινας.* SCHAEF.

501. 15. *τοῦδε*] Utrum Bathippi, an Aphepsionis, [Apsephionis] dubitans Wolfius adscripsit: *τῶνδε, τοῦ τε Ἀφεψίωνος καὶ τοῦ Κτησίππου.* Vix dubium puto esse quin et nunc *ὅδε* signet Aphepsionem primas agentem in hoc judicio. Conf. p. 486, 23. F. A. WOLF.

ἐπεξῆλθον] *ἐξῆλθον* Anecd. Bekk. l. c. V. p. 515. 6. SCHAEF.

501, 20. *ἢ πεισθεὶς—παρεσκευάσθη*] In his notari meretur ratio, qua adversario crimen gravissimum objicitur. Nam accusator *παρεσκευασμένος τινί* est talis, qui *subornatus est ab ipso reo, cum eoque in judicio colludit;* Romani dixerunt *praevaricatorem,* magnum crimen. *διαγράψασθαι* (cf. Ruhnk. ad Tim. p. 61.) Latine proprie effertur *absistere accusatione,* scilicet quae apud judicem jam instructa est. De reliquo patet, opinor, tribus his membris, *εἴ τις—ἢ πεισθεὶς—ἢ καὶ ὅλως—,* ipsos accusatores tres, quos prius Leptini fuisse legimus, indicari. F. A. WOLF.

501. 21. *οὐδὲ λέγειν καλόν*] Conf. ad p. 497. 21. F. A. WOLF.

ἤρηνται δὲ τῷ νόμῳ κ.τ.λ.] Citat h. l. Aristides *T.* p. 210. REISK.

501, 23. *Λεωδάμας—Ἐρχιεύς*] Leodamas auditor fuit Isocratis, *οὐχ ἧττον Δημοσθένους λέγειν δυνάμενος,* si fides Aeschini in Ctesiph. p. 450 C. Conf. Ruhnken. Histor. crit. Oratt. Gr. p. 63. [et Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 111.] Aristophon ex *Ἀζηνίᾳ, δήμῳ φυλῆς τῆς Ἱπποθοωντίδος,* aliquoties memoratus ab Aeschine. Sed ex uno loco nostro discimus vitam produxisse virum usque ad Olymp. 106, 2. Jam si is est idem, qui Olymp. 94, 2. legem tulit de natis peregrina matre ex numero civium expungendis, tum, quum hoc judicium ageretur, extrema senectute esse debuit. Quod ut credamus cogit etiam res, quae deinde narratur p. 502, 17 sqq., praesertim si statim post exactos 30 tyrannos facta videatur. Reliqua vide apud Ruhnken. l. c. p. 45., qui docet quo modo discernendus hic Aristophon sit ab aliis duobus, uno Collytense, [de quo v. ad p. 248, 8.] altero archonte Eponymo anni Olymp. 112. 3., in quem annum celebris contentio incidit Demosthenis et Aeschinis de corona. Ceterum quod Ulpianus scribit ad p. 502, 11., immunitatem Aristophonti hoc tempore non fuisse, id verum sit, an temere ab homine positum, quis divinet? Tertius syndicus, Cephisodotus, Ceramensis, tribu Acamantide, mox a nostro inprimis propter eloquentiam laudatur, rarius ab aliis. Hic quoque conf. Ruhnken. l. c. p. 60. Denique Dinias, Erchiensis (*Ἔρχεια δῆμος φυλῆς τῆς Αἰγηΐδος.*) obscurior jam olim videtur fuisse, certe est hodie, quippe alibi, quod sciam, non commemoratus. F. A. WOLF. Aristophontem Azeniensem, de quo v. ad p. 248, 8., prope centesimum attigisse aetatis annum testatur schol. Aeschin. ad p. 9, 34. *ἐπεβίωσεν Ἀριστοφῶν ρ' ἔτη παρὰ μῆνα.* Inter mortuos memoratur ab Demosthene in Orat. de Corona p. 281, 18., quae habita est Olymp. 112, 3. Quodsi Olymp. 94, 2., quo tempore legem

supra memoratam tulit. legitima fuit triginta annorum aetate. facile computari potest eum quattuor circiter annos antequam orationem de corona scriberet Demosthenes mortuum esse. V. Rehdantz. Vit. Iphicratis p. 223. et Arn. Schaefer. in Schneidew. Philologo vol. 1. p. 214.

501, 26. ἂν] *num.* SCHAEF.

501, 28. δωρεὰν] H. l. est decretum, quo Chabriae delati sunt honores. REISK. H. e. *universam donationem, praemia omnia Chabriae ob res bene gestas decreta.* Conf. p. 483. Accusationem autem hanc conjicio Chabria adhuc vivo factam, eandemque esse, cujus meminit Aristoteles Rhet. 1, 7., forsan etiam pertinuisse ad hanc caussam orationem Lycoleontis Chabriam defendentis, de qua vide eundem Aristotelem l. c. 3. 10. extr. F. A. WOLF. Non *decretum*, sed *donationem.* SCHAEF.

ἐν ᾗ τοῦτ᾽ ἔνεστι, τὸ τῆς ἀτελείας] Auctiora haec leguntur in omnibus editionibus: *τὸ τῆς ἀτελείας, τῶν ἐκείνῳ τι δοθέντων, καὶ πρὸς ὑμᾶς κ. τ. λ.* Ex quibus rejeci quatuor illas voces, de interpolatione praecipue suspectas; et fortasse etiam hoc, *τὸ τῆς ἀτελείας,* omittere debui. Sic plane visum Tayloro et Marklando. Displicet admodum Wolfii ratio, quam tamen unam nobis relictam video: *τὸ τῆς ἀτελείας* (h. e. *ἡ ἀτέλεια*) *τὶ* (scilic. *μέρος οὖσα*) *τῶν δοθέντων ἐκείνῳ.* Ipsum hoc *ἐκείνῳ,* nescio quo modo, fraudem prodit. *τὶ* autem in hacce sententia ab oratore isto sensu poni potuisse nemo unquam mihi persuadebit. Alia prorsus ratio est p. 477, 14. et 497, 17. Simulque accedit insignis species glossematis adscripti ad *τοῦτο,* h. e. *id, de quo nunc agitur, immunitas.* Vid. p. 502, 12. et 478, 17. ibique notam. F. A. WOLF. Verba suspecta *ἐν ᾗ—δοθέντων* etiam Dobraeo ejicienda videbantur.

502, 1. εἰσελθὼν] Dicitur is, cujus actio jam in judicium adducta est. Alias verbum *εἰσέρχεσθαι* etiam de *reo* et *materia litis* usurpatur. Unde *δίκη εἰσαγώγιμος.* F. A. WOLF.

ἡττήθη] *ἡττᾶσθαι, caussa cadere,* ut alibi *ἁλῶναι.* F. A. WOLF.

οἱ νόμοι δὲ οὐκ ἐῶσι κ. τ. λ.] Res nota esse potest vel e Terent. Phorm. 2, 3, 58., quem cum loco nostro comparavit Muretus Varr. Lectt. 19. 8. De discrimine caussarum, *δίκης, εὐθύνης, διαδικασίας,* adeundi sunt qui jus Atticum proprie illustrarunt. Ponam tamen ex Orat. in Timocr. p. 717, 19. legis verba: *Ὅσων δίκη πρότερον ἐγένετο ἢ εὐθύνη ἢ διαδικασία περί του ἐν δικαστηρίῳ, ἢ ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ, ἢ τὸ δημόσιον ἀπέδοτο, μὴ εἰσάγειν περὶ τούτων εἰς τὸ δικαστήριον, μηδ᾽ ἐπιψηφίζειν τῶν ἀρχόντων μηδένα, μηδὲ κατηγορεῖν ἐώντων, ἃ οὐκ ἐῶσιν οἱ νόμοι.* Ad haec conf. Petiti LL. AA. p. 451. F. A. WOLF.

502, 7. ἐπειδὴ δὲ ταῦτά τε ὑπάρχει—] *Quum etiam nunc maneant viri merita novaque aliorum accesserint.* Acuendum pronunciando verbum *ὑπάρχει.* Ne quis putet scribendum *ταὐτά τε ὑπάρχει. eadem sint, quae fuerunt prius.* F. A. WOLF.

502, 10. καὶ μὴν πρός γε Ἀριστοφῶντα] Infra v. 26. *καὶ μὴν πρός γε Κηφισόδοτον.* SCHAEF.

502, 12. ἐν ᾗ τοῦτ' ἐνῆν] τοῦτο quid sit neminem fugere potuit, quippe satis explicatum p. 501, 28. SCHAEF.

502. 18. γέγραφεν] Proprium verbum de eo, in cujus sententiam decretum factum. F. A. WOLF. ἀποδοῦναι γέγραφεν quid valeat ostendit quod v. 24. sequitur, ὡς ἀποδοῦναι δεῖ γράφων. SCHAEF.

502, 20. τοῖς ἐν Πειραιεῖ τοῦ δήμου] Verba τοῦ δήμου ex sequentibus illata esse conjecit Taylorus, recte, ut videtur. Nam ubicunque factio illa democratica memoratur, dici solet οἱ ἐν Πειραιεῖ. Vid. sup. ad p. 460, 11. Itaque receptam lectionem parum defendas talibus locis, qualis est Aeschinis hic de Fals. Leg. p. 337 F. ὑπομενεῖτε τὸν μὲν εὐεργέτην τοῦ δήμου καὶ τῶν ἐκ Πειραιῶς κ. τ. λ. Forsitan tamen hactenus verba tuearis, si oratorem putes a solenni locutione recessisse eo, quo melius eluceret vis illorum, ἐπὶ τῇ τοῦ δήμου προφάσει. F. A. WOLF. τοῦ δήμου addidit Demosthenes, quo gravior fieret oratio meliusque eluceret vis illorum, ἐπὶ τῇ τοῦ δήμου προφάσει: id quod ipsi Wolfio suboluit. SCHAEF.

μὴ τοίνυν—δεδόσθω—παραίνει] Hanc structuram, negatione ad utrumque imperativum relata, sic accipe: *Non igitur illa, quae nullo teste data sunt, per caussam populi Gelarcho reddere debebas; quorum autem populus ipse testimonia publice fixit, ea revocanda censere.* F. A. WOLF.

502, 28. δεινὸς εἰπεῖν] V. ad p. 603, 5.

503, 2. εἰ γὰρ—νομίζω δεῖν] Citant Anecd. Bekk. p. 122, 18. SCHAEF.

503, 5. τοίνυν] *Jam, denique.* SCHAEF.

οὗτος—λειτουργίας] *Enarrabit fortasse munera pro republ. a se obita.* Ut pro Phorm. p. 957. 11. ἀλαζονεύσεται καὶ τριηραρχίας ἐρεῖ καὶ χορηγίας. Latine pari elegantia verbum pro verbo reddas: *trierarchias loquetur et choragias.* Nam sic Latini verbo *loquendi* utuntur de homine, qui rem frequenter in ore habet, praesertim cum jactatione. Notus Tigellius poetae *reges atque tetrarchas loquens.* F. A. WOLF. Quo melius intelligas oratoris τὴν παραίνεσιν quae statim sequitur, subaudi: *nec tamen propterea immunitatem sibi datam esse.* SCHAEF.

503, 6. λειτουργίας] Scilicet τὰς ἐγκυκλίους. SCHAEF.

503, 12. ἐφ' οἷς—φθονεῖν] Rarior constructio φθονεῖν ἐπί τινι. Aliud ejus exemplum legebatur olim in Xenophont. Cyrop. 2, 4, 10. SCHAEF.

503. 15. πράγμασι] Pro τισὶ πράγμασι in quibusdam libris legitur τισὶ παραδείγμασι, alibi τὶ πράγμασι. meri errores scribarum. Dictum est πράγμασι propterea, quod syndici non tantum ad leges defendendas creari solebant, sed ad alia quoque, quae ad rempubl. pertinerent. Porro restat in h. l. quiddam, quod Graeci sermonis diligentiorem possit morari. Nam alias quum Attici dicunt ὃ μέγιστον ἁπάντων ὑπάρχει, ὃ δεινότατον πάντων ἐστὶν, ὃ πονηρότατον, aut similiter, tum in consequenti membro inferunt fere ὅτι aut γάρ. Post prius autem membrum subaudi-

untur verba τοῦτό ἐστιν. Atque hic quidem usus loquendi tot exempla habet in oratoribus et alibi, ut omissio particulae videri possit insolentior. Sunt tamen loca, quamvis rariora, quae hanc breviloquentiam ab omni suspicione defendant. Aeschines in Ctesiphont. p. 434 B. ὃ δ' ἦν ἐπιφθονώτατον· προξενίας τινὲς εὑρημένοι ἐν ταῖς ἔξω πόλεσι διεπράττοντο ἀναγορεύεσθαι, ὅτι στεφανοῖ αὐτοὺς ὁ δῆμος κ. τ. λ. Demosthenes in Midiam p. 540, 9. ὃ δ' οὖν δεινότατον, καὶ οὐ λόγος, ἀλλ' ἔργον ἤδη· τὰς δίκας, ὡς αὐτῶν οὔσας, ἠφίεσαν τοῖς ἐπιτρόποις. Contra idem de Fals. Leg. p. 406, 22. ὃ τοίνυν μέγιστον ἁπάντων, καὶ οὐ λόγος, ἀλλ' ἔργον ἤδη· βουλομένου γὰρ κ. τ. λ. F. A. WOLF.

503, 16. Advertenda adverbii μάλα sejunctio a comite καλῶς. Xenophon. Cyrop. 2, 2, 3. ὁ δὲ μάλα τοῦτό γε εὐτάκτως ὑπήκουσεν. SCHAEF.

503, 18. μὴ ἐξεῖναι] Sententia est: Nemini liceto bis advocatum sese legis ferendae gerere, tametsi a populo ei rei delegatur, sed vel ejusmodi studio populari repugnandum est. REISK. Legem ipsis his verbis exhibet Petitus LL. AA. p. 336., ibique ita vertit: *Nemo plus quam semel syndicus a populo creator.* Quae versio recte exprimit vim participii sensumque habet unice verum. Reiskius non bene cepit locum. Optime in eo versatus est Taylorus docens, χειροτονηθέντα ὑπὸ τοῦ δήμου, appositum esse ad distinguendum syndicum a privato. Conf. Prolegomena. F. A. WOLF.

503, 25. Οὗτος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,—] Locum hunc citat Aristides Τέχν. p. 274. REISK.

503, 27. ἐγὼ δ' ἔτι—καταβήσομαι] *Dicendi finem faciam, de suggestu descendam.* Ita Lysias in Eratosth. p. 441. βούλομαι δὲ ὀλίγα ἑκατέρους ἀναμνήσας καταβαίνειν. Saepissime ἀναβαίνειν et καταβαίνειν legimus in hoc genere, et rarius additur ἐπὶ τὸ βῆμα et ἀπὸ τοῦ βήματος, ut ἀναβιβάζειν quoque, *in suggestum adscendere jubere.* F. A. WOLF.

504, 16. τὰ δεινόταθ'] Absunt ab Aristide p. 260., qui etiam ὑμᾶς dat. REISK.

ἡμᾶς] ὑμᾶς Aristides.

504, 18. μηδὲ τίμημα—ἐξέστω] Locus est classicus de lege, qua cautum est ne a judicibus cuiquam unius delicti plures poenae irrogarentur. παθεῖν *poenam corporis* spectat, ἀποτῖσαι *pecuniariam.* Conf. Herald. Animadv. ad Jus A. et R. 3. 1. Lectio vero nostra, μηδὲν ὡς χρὴ, est ex Felic., eandemque videntur dare voluisse editt. principes et codices ii, qui habent μηδ' ὡς χρή. Ben. autem dedit ὡς χρὴ μηδέν. Sed alia ratio superest, ut illud, ὡς χρὴ, dicamus infinitivo explicando olim in margine adscriptum. Vid. not. ad p. 459, 20. Unde intelligi liceat cur ita varietur in libris. At post infinitum ὑπάρχειν utique dici debuisset ἐξεῖναι. Sed commutata ratio nostra sane nec insolens est neque ullo modo dura. Similiter posthac εἶναι legitur imperativis interjectum. F. A. WOLF. Sunt haec verba decerpta e media lege. SCHAEF. Recepi Wolfii emendationem.

504, 22. *καὶ ἡ οὐσία δημοσία ἔστω*] Ulpiani observationem, idem esse *καὶ* quod *ἤ*. falsam orator ipse arguit. nec ego ita intelligam virum praeclarum, qui scholion hoc laudat ad Petitum LL. AA. p. 610., quasi illud in hoc ipso loco comprobet. In seqq. *ἐνδείξεις* et *ἀπαγωγαὶ* formae sunt accusationum, de quibus vid. Salmas. de M. U. p. 773 seqq. et Herald. ad Jus A. et R. p. 320. F. A. WOLF.

504, 23. *ἐνδείξεις*] V. Anecd. Bekk. p. 187. in 250, 10. Zonaras p. 721. SCHAEF.

ἀπαγωγάς] V. Anecd. Bekk. p. 200, 25. 414, 18. 23. SCHAEF.

504, 25. *ὀφείλων*] Athenis magistratu fungi, aut judicem fieri, aut omnino rempublicam attingere, h. e. cum populo agere, non licebat eis, qui essent *ἐγγεγραμμένοι ἐν ἀκροπόλει*, h. e. *debitores aerario reip.*, quod in arce fuit *ἐν ὀπισθοδόμῳ*. Ibi etiam, qui publico debebant, tabulis aut columnis inscribebantur, quippe *ἀτιμίᾳ* quadam notati et ipsi, et eorum defunctorum filii. Res nota est, etiam de capitali supplicio. Conf. Orat. in Midiam p. 573. 11. F. A. WOLF.

505, 2. *αἰσχρὸς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,—*] Citat h. l. Aristides *T.* p. 262. et 268. REISK.

αἰσχρὸς] *αἰσχρῶς* Aristides p. 268., qui etiam pro *νόμος* dat *λόγος* et *ὁμοίως*. REISK.

505, 3. *καὶ τὸ λοιπὸν ἐῶ*] Notavit hoc genus loquendi Aristides p. 468. et 470. Nam novum nomen unum aut alterum exspectes addi prioribus, *φθόνῳ τινὶ καὶ φιλονεικίᾳ*. Subita igitur praeteritio, qua pejus quiddam cogitandum auditori relinquitur, a lectore intervallo post copulam facto indicanda est. F. A. WOLF.

505, 5. *τοιούτοις—χρῆσθαι*] Sententia horum verborum esse nequit alia quam haec: *Hujusmodi quibusdam vitiis obnoxius esse videtur legis auctor.* REISK.

505, 10. *οἱ περὶ ἀλλήλους φόνοι*] Rarior constructio. Similia dedi Ind. ad Apollon. Rhod. p. 672 b. SCHAEF.

505, 12. *ἐν τοίνυν τοῖς περὶ τούτων νόμοις—*] Commemorat Draconem, quia leges illius reliquae quidem, at non hae, quae essent de caede. Solonis legislatione sublatae erant. F. A. WOLF.

505, 13. De voce *αὐτόχειρ*, ab Atticis hujus aetatis usurpata pro antiquiore *αὐθέντης*, h. e. *aut sui aut aliorum interfector*, vid. Arnald. Lectt. Gr. p. 25. et Valckenar. Diatr. Eurip. p. 189. F. A. WOLF.

505, 15. Verba *χερνίβων—ἀγορᾶς* petita videntur e veteri lege, quae integra hodie non exstat. Mala autem fertur lectio *χέρνιβος*, quam schol. explicat de vase. Sic quidem Andocides jungit *χερνίβοις καὶ θυμιατηρίοις* Orat. IV. p. 127. Verum ibi necessario scribendum *χερνιβίοις*. Nam omnino formae *χέρνιβον* vix alia auctoritas adest quam quae ducitur ex Iliad. ω, 304., versu ne ab omnibus quidem olim genuino habito. Vulgata nostra scriptura *χερνίβων* significat *aquam lustralem*, ut optime

docet Athenaeus laudatus nuper a Brunckio ad Soph. Oedip. T. 236 seqq., qui versus ad h. l. comparati docebunt quam apte ritibus Atticis apud poetam Oedipus percussorem Laii exsecretur:

> Τὸν ἄνδρ' ἀπαυδῶ τοῦτον, ὅστις ἐστὶ, γῆς
> τῆσδ', ἧς ἐγὼ κράτη τε καὶ θρόνους νέμω,
> μήτ' εἰσδέχεσθαι, μήτε προσφωνεῖν τινὰ,
> μήτ' ἐν θεῶν εὐχαῖσι μήτε θύμασι
> κοινὸν ποιεῖσθαι, μήτε χέρνιβας νέμειν,
> ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων πάντας, ὡς μιάσματος
> τοῦδ' ἡμὶν ὄντος——

Jam lustrationes, a quibus homicidae arcebantur, fieri solebant et sacris in locis, et in foro. Vid. Aeschin. in Timarch. p. 263 E. et in Ctesiphont. p. 456 E. Mox et σπονδῶν et κρατήρων pertinet ad sacrificia. Nam κρατῆρες libationibus adhiberi soliti solenniter componuntur cum σπονδαῖς. Ut Orat. nostri de Fals. Leg. p. 431, 17. Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα—ἐν ἅπασι τοῖς ἱεροῖς, ἐπὶ ταῖς θυσίαις, σπονδῶν καὶ κρατήρων κοινωνοὺς πεποίησθε. Ceterum inest vocabulis nostri loci conjunctis notio ademti *universi juris civitatis*, τῆς πατρίδος καὶ τῶν ἐν ταύτῃ πάντων, καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν, ut Demosthenes loquitur in Aristocrat. p. 633, 1. Similiter Antiphon Orat. XV. p. 762. εἴργεσθαι πόλεως, ἱερῶν, θυσιῶν, ἀγώνων. Conf. Herald. ad I. A. et R. 7. 23. F. A. WOLF.

505, 18. ἐφ' οἷς ἐξεῖναι ἀποκτιννύναι] Exempli caussa, si cui vis illata esset, seu moechum apud uxorem, matrem etc. deprehendisset. His modis qui caedem patrasset, eum Draco voluit esse *culpae insontem*, καθαρὸν, ὅσιον, εὐαγῆ, ἀθῷον. Conf. Petiti librum saepe nobis laudatum p. 619. F. A. WOLF.

ἐξεῖναι] Infinitivus regitur a formula ἐφ' οἷς, comparabili illa cum vulgari ἐφ' ᾧ s. ἐφ' ᾧ τε. SCHAEF.

505. 27. τοὺς εὑρομένους] Participio tacite addi debet χάριν aut τιμήν τινα e prioribus, χάριν κομίσασθαι. F. A. WOLF.

Δημοφάντου] Columnam Demophanti, h. e. populiscitum statim post exactos tyrannos auctore illo (Δημοφάντου εἰπόντος) factum et columnae de more insculptum, praeter nostrum laudant duo oratores, Andocides de Myst. p. 48. et Lycurgus in Leocrat. p. 223 seqq. et in priore horum etiam servatur formula jurisjurandi tum perscripta, e qua ea apponam, quae nostro consona sunt maxime. Ἐάν τις κτείνων τινὰ ἀποθάνῃ ἢ ἐπιχειρῶν, εὖ ποιήσω αὐτόν τε καὶ τοὺς παῖδας τοὺς ἐκείνου, καθάπερ Ἁρμόδιόν τε καὶ Ἀριστογείτονα καὶ τοὺς ἀπογόνους αὐτῶν. Ubi verba tantum habes alia, rem eandem. Sic ἄν τίς τι πάθῃ est pro illo, ἐάν τις ἀποθάνῃ, euphemismus notissimus. F. A. WOLF.

506, 6. τῶν παρεληλυθότων] Infra v. 10. τὰ πρὸ τοῦ. τὰ παρεληλυθότα s. τὰ πρὸ τοῦ sunt *quae acciderunt ante legem a Leptine latam:* τὰ μέλλοντα, *quae postea accidunt.* SCHAEF.

506, 7. ταὐτὰ λέγει] Scilic. ut tollit immunitatem prius datam, ita vetat dari in posterum. Conf. p. 457, 15. SCHAEF.

πλὴν τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος] Hac exceptione vide quam callide orator utatur: nam quod inde colligit, ita comparatum est ut Leptines suo sibi argumento confutetur. Quare statim tanquam sibi plaudens addit καλῶς. SCHAEF.

506, 10. τοιοῦτοι] Quales nempe fuerunt Harmodius et Aristogiton. REISK.

εἰ τὰ πρὸ τοῦ κατεμέμφου] *Si displicebat tibi ante datam esse nonnullis immunitatem, quod hoc dono indigni viderentur.* SCHAEF.

506, 11. ὅτι νὴ Δία κ. τ. λ.] Sententia est: *Procul ais nos abesse ab illa luctuosa spe, fore ut existant aliqui Harmodio similes, qui nos a tyrannis liberent. Simus enimvero—.* REISK. ὅτι —ἐσμὲν est ὑποφορά, indice etiam formula in tali schemate solenni νὴ Δία: quam statim sequitur ἡ ἀνθυποφορὰ, καὶ εἴημέν γ'—. *At hercle a tali metu nunc longe absumus. Utinam absimus—.* SCHAEF.

506, 13. ἀλλὰ χρή γε—νεμεσῆσαι] Citant Anecd. Bekk. p. 158, 12. Sensus: Sed oportet nos, cum homines simus, et in loquendo et in legibus ferendis procul habere superbiam, ne forte nos Nemesis ulciscatur. SCHAEF.

506, 14. οἷς μηδεὶς ἂν νεμεσῆσαι] Ex veteri superstitione bonorum invidiosa praedicatio homini credebatur fortunam, quae adesset, parum tutam reddere atque adeo deorum iram concitare. Quid? quod πᾶν θεῖον φθονερὸν putarunt, ut ex Herodoto constat. Eam sententiam aliquis nuper ex instituto misere vexavit singulari scriptione, Solonem et reliquos priscos sapientes ex nostris ingeniis judicans. F. A. WOLF.

μηδεὶς ἂν] ἂν μηδεὶς Anecd. Bekk. SCHAEF.

506, 15. πάντα δ' ἀνθρώπινα ἡγεῖσθαι] Sententia est: *sortem quamcunque non alienam ab eo, qui homo sit, existimare.* Potest resp. nostra in ejusmodi tempora incidere, ubi opus sit viris egregie de se merentibus eoque munera eximia postulantibus. REISK.

506, 16. ἤλπισαν] Omnino ἐλπίζειν est *exspectare*, unde interdum occurrit sensu *timendi*, quae tamen propria vis verbi non est. In hunc modum accipias quae traduntur ab intpp. ad Thomam M. p. 299. F. A. WOLF. Sic ἐλπίδας p. 638, 25.

εἰς τοιαῦτα πράγματα] *In talem fortunam*, scilic. *quacum nunc conflictantur.* Similiter alibi ἐκεῖνα. Conf. ad p. 469, 24. F. A. WOLF.

506, 17. οὐδέ γ' ἴσως—πραττόμενοι] Citant Anecd. Bekk. p. 162, 6. SCHAEF.

τὸ πάλαι δημοκρατούμενοι] Nempe per 60 fere annos, inde ab Olymp. 78, 3., quo anno antiquiorum tyrannorum ultimus, Thrasybulus, regno privatus est. Nam prior Dionysius, qui statim memoratur, potitus regno est Olymp. 93. 4. Vid. Diodor. 11. 68. et 13. 96. Reliqua de imperio Syracusanorum latissime

patente in vulgus nota sunt. Carthaginienses illis subjecti post cladem ad Himeram Olymp. 75, 1. Vid. Diodor. 11, 20 seqq. Justin. 4, 2. et de clade Atheniensium superius notata ad p. 469. 24. F. A. WOLF.

506, 20. ναυμαχίᾳ] Bekkerus: "ναυμαχίαν r." Eadem scripturae varietas in Diod. Sic. 11, 26. Supra p. 172, 27. τὴν περὶ Νάξον ἐνίκα ναυμαχίαν Χαβρίας. V. Lennep. ad Phalar. p. 155 b. SCHAEF.

506, 21. γραμματέως] Hoc alii quoque scriptores testantur, Dionysium patrem extremo loco natum fuisse et, priusquam tyrannidem occuparit, nullius apud suos auctoritatis. Diodorus, haudquaquam spernendus auctor in rebus Siculis, 13, 96. eum γραμματέα καὶ τὸν τυχόντα ἰδιώτην vocat, et qui Wesselingio ad h. l. citatur, Polyaenus 5, 2, 2. ὑπηρετοῦντα καὶ γραμματεύοντα τοῖς στρατηγοῖς. Jam id munus γραμματέως ex multis locis oratorum patet Athenis parum honorificum fuisse. Conf. Wesseling. not. ad Petit. LL. AA. p. 342. et Corsin. F. A. vol. 2. p. 153. Non fuit illud quidem in Graecia per se inhonestum aut contemtum, ὑπηρεσία tamen, non ἀρχή, plane ut apud Romanos *scribae* interdum etiam cum lictoribus numerantur inter *apparitores magistratuum*, iisque *ministerium* tribuitur, nunquam *magistratus*. Quanquam in Graecis civitatibus paullo honorificentior ea provincia habita, quippe et ingenuorum hominum, et non mercenaria, ut puto. Conf. Nepotis Eumen. c. 1. At verbum tamen ὑπηρετεῖν solenne ubique de scribis passimque conjunctum cum γραμματεύειν et ὑπογραμματεύειν, uti apud Demosthen. de Cor. p. 315, 9. et alibi. Atque hoc non aliter fuisse Syracusis, eundemque ibi scribas locum tenuisse, pro certo poni potest, quidquid obloquatur Ulpianus, quem recte refutant Spanhemius de U. et P. N. Dissert. 9. p. 705. et Wesselingius l. c. Jam plane non dubium est, Dionysium propter hoc ipsum munus γραμματέως a nostro vocari potuisse ὑπηρέτην. Nescio tamen quid in hoc loco me offendit, quoties lego verba ὃς ὑπηρέτης ἦν, ὥς φασι. Quid enim? Haeccine, ὃς ὑπηρέτης ἦν, ad declarandum locum scribae credamus adjecta? At quis auditorum olim ignorare potuit, γραμματέως esse ὑπηρεσίαν, non ἀρχήν? Id scilicet populus Atheniensis docendus fuit. Verum ut ejusmodi declarationem huic loco, quum de Siculis rebus agatur, minus alienam putes, jam edoceri cupiam cur eam orator fecerit verbis tam ineptis. Talia sunt sane ὃς ὑπηρέτης ἦν. Unde enim hoc tempus praeteritum? Ferri id utique posset, si scripsisset ἥπερ ὑπηρεσία ἐστί, certe ita ratio dicendi constaret. Non minus tamen offendit illud, ὥς φασι. Est enim absonum, si ad totam sententiam referas; nec magis ferendum, etiam per leges sermonis, si ad unum nomen γραμματέως. Nam sic deberet esse γραμματέως ὄντος, ὥς φασι. At ratio quaedam videatur adesse salebras has omnes complanans, ut post illud, ὑφ' ἑνὸς γραμματέως, novam quandam conditionem hominis inesse dicas appositis

verbis, ὃς ὑπηρέτης ἦν. Nimirum ad hoc aliquis abuti possit Polyaeni loco, quem ante laudavi. At si nova et diversa a priore conditio nunc accederet, ista molestia praeteriti temporis eadem nos premeret. Nec video in hac ratione cur non potius orator dixisset γραμματέως καὶ ὑπηρέτου, quanquam vel sic abruptius nec non solita perspicuitate sua locutus esset. Post haec omnia, quae dixi, primum facere non possum, quin illud, ὥς φασι, absurdum judicem et alienum. Haud dubie Dionysii, principis tam potentis, prior conditio satis tum nota fuit: atque ut minus nota fuerit, *rumor vulgi et fama* locum *in tali argumentatione* non habebat. Hujus vero reperti laudem ex parte praecepit Reiskius, qui delenda esse vidit verba ὃς ὑπηρέτης ἦν. Hoc unum miror, quod Reiskius parcere potuit verbis ὥς φασι. Ea ipsa sunt, quae mihi prae ceteris corruptelae suspicionem injecerunt. F. A. WOLF. Verbis ὥς φασι recte pepercit. De Alcibiade p. 561, 28. καὶ λέγειν ἐδόκει πάντων, ὥς φασιν, εἶναι δεινότατος. ubi v. quae notavi. SCHAEF.

506, 22. ὁ νῦν ὢν Διονύσιος] Dionysii minoris ejectio ex insula incidit in Olymp. 106, 1. De tota re gesta constat ex Diodoro 16, 6., Nepotis Dione, et ex Plutarcho, quem inprimis confer in Dione p. 968 D. F. A. WOLF.

506, 26. τὸ μέλλον ἄδηλον κ. τ. λ.] Haec sententia sine comparatione locorum similium bene intelligitur. Iisdem verbis ea repetitur in Orat. de Rhodior. Libert. p. 196, 23. et Latine a Livio 27, 9. F. A. WOLF.

507, 6. τί τε—τοῦ νόμου] Citant Anecd. Bekk. p. 150, 4. SCHAEF.

τοῦ νόμου] τὸν νόμον Anecd. Bekk. SCHAEF.

507, 7. τί μὴ] Non τί μὴ συμβήσεται, sed τί συμβήσεται μὴ καταψηφισαμένοις, ut recte Wolfius. Sic autem particula tono vocis acuenda: quem tonum librarii duplici accentu gravi signarunt scribentes μὴ̀. V. quae monui ad Bastii Commentat. Palaeograph. p. 824. SCHAEF.

φυλάττετε καὶ μέμνησθε] Pleonasmus ex oratoriis: nam φυλάττειν hic i. q. μεμνῆσθαι. Infra p. 508, 11. φυλάττετε καὶ μνημονεύετε. SCHAEF.

507, 8. ἵν' ἕλησθε τὰ κρείττω] Alludit ad verba legis Solonis citatae supra p. 484, 14. ὑμᾶς δὲ ἀκούσαντας ἑλέσθαι τὸν κρείττω, scilicet νόμον. MARKLAND.

507, 11. ὡς ἔστω] Tecte negatur quenquam indignum esse. SCHAEF.

Ante τῷ τὴν typotheta omisit πρός.

507, 23. τῶν περιεστηκότων] οἱ περιεστηκότες sunt qui aliis locis vocantur οἱ ἐπακούουσι τῆς κρίσεως, οἱ ἔξωθεν περιεστᾶσι, ut apud Aeschinem in Ctesiphont. p. 428 D. 436 E. 462 A., Lat. *qui circumstant* audiendi gratia et coronam faciunt, qui in gravioribus caussis, praesertim oratore claro aut gratioso orante, solebant multi esse et Athenis et Romae. F. A. WOLF.

507, 25. ἡμᾶς] Male alii libri ὑμᾶς. Accusatorum et reorum in foro semper est ἀγὼν πρὸς ἀλλήλους, non πρὸς τοὺς δικαστὰς, minime in h. l. F. A. WOLF.

τῶν καθημένων] οἱ καθήμενοι sunt *judices*, qui solenniter Graece dicuntur καθῆσθαι, Latine *sedere*. F. A. WOLF. Hoc quidem loco significantius sic dicuntur ob antecedens τῶν περιεστηκότων. Sed omnino solennis haec appellatio est judicum. V. p. 520, 25. coll. v. 22. Aliter p. 66, 12., ubi ὑμεῖς οἱ καθήμενοι de populo Philippicam audiente dicitur. SCHAEF.

507, 26. φιλανθρωπία πρὸς φθόνον κ. τ. λ.] Sic Cicero 2. Catilinaria: *Denique aequitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignavia, cum temeritate, cum vitiis omnibus. Postremo copiae cum egestate, bona ratio cum perdita, mens cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit.* H. WOLF.

508, 2. κἄν τις—κινδυνεύειν] Citant Anecd. Bekk. p. 120, 22., ubi τις om. SCHAEF.

508, 13. τὸ νόμισμα—ζημία] Sententia haec inprimis accommodata est ad communem intelligentiam, olim adhibita explicatius a Solone. Demosthenes in Timocrat. p. 765, 23. βούλομαι ὑμῖν κἀκεῖνο διηγήσασθαι, ὅ φασί ποτ᾽ εἰπεῖν Σόλωνα κατηγοροῦντα νόμον τινὸς οὐκ ἐπιτήδειον θέντος. λέγεται γὰρ τοῖς δικασταῖς αὐτὸν εἰπεῖν, ἐπειδὴ τἄλλα κατηγόρησεν, ὅτι νόμος ἐστὶν ἁπάσαις, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ταῖς πόλεσιν, ἐάν τις τὸ νόμισμα διαφθείρῃ, θάνατον τὴν ζημίαν εἶναι· ἐπερωτήσας δὲ, εἰ δίκαιος αὐτοῖς καὶ καλῶς ἔχων ὁ νόμος φαίνεται, ἐπειδὴ φῆσαι πάντας τοὺς δικαστὰς, εἰπεῖν ὅτι αὐτὸς ἡγεῖται ἀργύριον μὲν νόμισμα εἶναι τῶν ἰδίων συναλλαγμάτων ἕνεκα τοῖς ἰδιώταις εὑρημένον, τοὺς δὲ νόμους ἡγεῖται τῆς πόλεως νόμισμα εἶναι. δεῖ δὴ τοὺς δικαστὰς πολλῷ μᾶλλον, εἴ τις, ὃ τῆς πόλεώς ἐστι νόμισμα, τοῦτο διαφθείρει καὶ παράσημον εἰσφέρει, μισεῖν καὶ κολάζειν, ἢ εἴ τις ἐκεῖνο, ὃ τῶν ἰδιωτῶν ἐστί. προσθεῖναι δὲ τεκμήριον τοῦ καὶ μεῖζον εἶναι τὸ ἀδίκημα τὸ τοὺς νόμους διαφθείρειν ἢ τὸ ἀργύριον· ὅτι ἀργυρίῳ μὲν πολλαὶ τῶν πόλεων καὶ φανερῶς πρὸς χαλκὸν καὶ μόλυβδον κεκραμένῳ χρώμεναι σώζονται, καὶ οὐδοτιοῦν παρὰ τοῦτο πάσχουσιν, ὁμοίως δὲ νόμοις πονηροῖς χρώμενοι καὶ διαφθείρεσθαι τοὺς ὄντας ἐῶντες οὐδένες πώποτ᾽ ἐσώθησαν. F. A. WOLF.

508, 16. κίβδηλον καὶ ἄπιστον] Ejusdem h. l. epitheta significationis: prius tropicum, posterius proprium. SCHAEF.

508, 17. οὐκ οἶδ᾽ ὅ τι δεῖ πλείω λέγειν] Frequens haec oratoribus formula in conclusionibus orationum. Lysias contra Frumentar. ad fin. οὐκ οἶδ᾽ ὅ τι δεῖ πλείω λέγειν· περὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων etc. Et ita saepe ille et caeteri. MARKLAND. Eadem conclusione simplici Isaeus utitur Orat. VI. et VII. et noster tribus aliis locis. F. A. WOLF.

XXI.

IN MIDIAM.

A. WESTERMANNI PROLEGOMENA.

(EX QUAESTION. DEMOSTHEN. PART. III.)

18 Novus ex caussa tutelari Demostheni exstitit ac pertinacissimus inimicus. Midias, vir aeque opulentia ac temeritate conspicuus, cui omnes, ut ait Demosthenes p. 578., *καθάρματα καὶ πτωχοὶ καὶ οὐδὲ ἄνθρωποι*. Ac de prima quidem inter eos contentione, quae fuit de bonorum trierarchiae nomine permutatione, jam dictum est. [V. Prolegomena ad orationem adversus Aphobum I.] Statim aliae insequutae sunt. Midias enim et frater Thrasylochus cum in domum Demosthenis ut accepta permutatione domini futuri irrupissent, in ipsum et matrem ejus et omnes qui aderant maledicta conviciaque conjecerunt. Quamobrem Demosthenes adversus Midiam *δίκην κατηγορίας* instituit. Midias cum dicta die se non stitisset in contumaciam ab arbitro Stratone condemnatus est. Rescindi vult sententiam, pecuniam promittit, repudiatur. Hinc exacerbatus ultimum
19 diem arbitrarii Stratonis muneris exspectat, absentem accusat. Strato indicta caussa damnatur et capite diminuitur [a]. Interea Demosthenes Midiae, non solutis quibus damnatus erat X minis [b], *δίκην ἐξούλης* intendit, quanquam frustra; namque octavo anno post in caussa Midiana altera testantur testes (p. 541.), *Δημοσθένη κρίσιν λελογχότα Μειδίᾳ ἐξούλης, τῷ καὶ νῦν*

a C. Mid. p. 540—545. Cf. Hudtwalcker de diaetetis p. 19. seqq.

b C. Mid. p. 543. *ἵνα μὴ Μειδίας ἀτίμητον ἀγωνίσηται δέκα μνῶν δίκην*. Recte hoc de duplici injuriarum actione intelligi sequitur ex Isocr. c. Lochit. p. 396. §. 3. *περὶ τῆς κακηγορίας νόμον ἔθεσαν, ὃς κελεύει τοὺς λέγοντάς τι τῶν ἀπορρήτων πεντακοσίας δραχμὰς ὀφείλειν*. Sed mire Hudtwalcker l. l. p. 150, cui assentitur Meier Att. Proc. p. 482. explicat de lite Midiae a Demosthene pro se ac sorore et pro matre illata. At ut mihi quidem videtur, hic non de numero eorum quaeritur quibus maledictum est; tum enim quot praesentes tot lites; sed potius de numero eorum qui maledixerunt. Una injuriarum actione Demosthenes Midiam, altera Thrasylochum petiit, mulctam vero a Midia ut primas partes agente petiit.

ὑπ' αὐτοῦ κρινομένῳ δημοσίᾳ, καὶ ἤδη τῇ κρίσει ἐκείνῃ διαγεγονότα ἔτη ὀκτώ, καὶ τοῦ χρόνου γεγενημένον παντὸς αἴτιον Μειδίαν ἀεὶ προφασιζόμενον καὶ ἀναβαλλόμενον.

Ex his apparet inimicitiam, quae inter Demosthenem atque Midiam intercessit, privatam primum fuisse; sed fieri non potuit quin politica, quam dicunt, atque publica brevi evaderet. Athenienses enim tunc a virtute majorum multum jam degeneraverant, studium honestatis atque amor verae libertatis libidinibus atque licentiae cesserat: libertatis nomine quidem etiamtum forum et judicia resonabant, verum non ejus libertatis, quam quis ad arcendos sceleratorum hominum impetus expetit, sed qua ad exsatiandas inhonestas libidines opus est: populus voluptatibus indulgebat, qui populo praeerant, homines divites plerumque et omni genere libidinum abundantes, ei blandiebantur, pompas, ludos, spectacula parabant, nervos reipublicae exsecabant: pauci erant qui reluctarentur, ita ut jam tum civitas 20
Atheniensium in summum discrimen incidisset, nisi post pugnam Leuctricam per universam Graeciam manus animique torpuissent. At ex quo Philippus rebus Macedonicis potitus est, malum, quod hucusque sub umbra securitatis delituerat, vehementer atque in perniciem reipublicae erupit. Populus Atheniensium iners et subsidiorum expers, ipsi qui praeerant discordes atque in duas partes disjecti, quarum una proditorum atque talium hominum qui aut lucri caussa aut ut suis libidinibus tuto indulgere possent pacem inhonestam quam libertatem ferro confirmatam multo mallent, altera eorum qui majorum virtutis memores, quamvis pauci essent, fortissime tamen pro patria pugnarunt et usque eo rempublicam ex insidiis ac periculis eripere studuerunt, donec ipsi vi doloque oppressi sunt. In tanta seditionum ac discordiarum tempestate Midias atque Demosthenes medii esse neque in alterius partis favorem inclinare non potuerunt, praesertim in ea civitate quae, si quis in seditione atque discessione populi non alterutri parti se adjunxisset, hunc exulem extorremque esse voluit [c]. Ac Midiam quidem non tam voluntas ac patriam prodendi consilium quam animus turbulentus atque improbus, maxime inimicitia et odium quod in bonos habebat omnes, ad eorum partem traduxit qui ex reipublicae detrimento lucrum facere consueverunt. Haec vero pars longe erat potentissima, quod quem petebat finem dum assequeretur quibus modis assequeretur nihil pensi habebat. Praeerat ei factioni tum Eubulus [d], cui post successit Aeschines; secundas partes pro eximia temeritate egit Midias, post Philocrates, reliqui omnes, quorum nomina memoriae tradita sunt [e], minorum gentium et ad exsequendum quam ad cogitandum 21

c A. Gell. N. A. 2, 12. Vide quos laudat Fabricius in Bibl. Graec. vol. 2. p. 54. ed. Harl.

d Vid. Ruhnken. hist. crit. or. Gr. p. 65—68 et nostr. hist. eloqu. Graec. §. 54.

e Polyeuctum, Timocratem, Euctemonem nominat Dem. c. Mid. p. 560., Philippidem, Mnesarchidem, Diotimum Id. p. 581., Neoptolemum addit p. 583.

promptiores. Quoque fortior est in homine sibi indulgendi quam bene agendi cupido, eo potentior haec erat factio quam altera, quae sola fere rei defendendae bonitate nitebatur. Licet enim, quia medium non erat, plures ad eam transiissent, plerique tamen erant homines mediocres, paullo ad male agendum timidiores; quanquam tunc quidem modo qui reipublicae non obesset pro bono viro habendus erat; pauci tantum ad reluctandum fortiter insidiis improborum hominum idonei paratique, quorum princeps Demosthenes. Hiccine ad partem accesserit, cui Midias sese addixisset? Hic a pueris injuriam passus reipublicae injuriam fieri siverit? Imo summo, quod a tutoribus Midiaque excitatum, studio eloquentiae maturatum in omnes improbos habuit, odio (qui verus est in libera civitate amor libertatis) permotus ad rempublicam accessit perfidiae ultor futurus acerbissimus. Eo tamen de quo nunc sermo est tempore periculum nondum ad ipsam urbem accesserat, ipse quoque Demosthenes vix ex aetate juvenili egressus primum tum in concione populi loquutus erat[f], sed ita ut summam sui exspectationem commoveret. Hunc fore adversarium capitalem atque acerrimum patriae propugnatorem non potuit eos fugere qui reipublicae perniciem moliebantur; itaque subnascens hoc periculum quovis modo propulsandum esse censuerunt; negotium suscepit Midias, sed non multum abfuit quin odio suo erga Demosthenem abreptus rem plane perdidisset. Scilicet Ol. 106, 3. cum non essent qui choragiam administrare vellent, Demosthenes sponte hoc munus suscepit. Et hoc quidem peropportune
22 Midiae cecidit; quippe chorago illata injuria sempiterna futura videbatur. Itaque statim ab initio lacessere eum coepit, sacram vestem et coronam in ipsam aurificis domum irrumpens delere, chori magistrum, choragos reliquos, ipsum archontem atque judices corrumpere conatus est, tum aditum in scenam choro praeclusit, postremo ipsi Demostheni in magnis Dionysiis chorum ducenti manus intulit[g]. Tanta injuria viro publicum negotium gerenti impune inferri nullo modo potuit. Itaque paullo post in concione, quae ad ipsas in Dionysiis factas contentiones dirimendas in theatro Bacchi a prytanibus haberi solebat, Demosthenes *προβολήν* adversus Midiam instituit simulque praejudicium populi, quo tutius ipsam actionem persequi posset, nactus est[h]. Sed ne tum quidem homo turbulentus acquievit, non aliter praejudicium dilui posse opinatus quam si novas in adversarium criminationes congereret, alias ex aliis lites necteret. Ac primum mercede conduxit Euctemonem quendam ut Demostheni actionem *λιποταξίου* intenderet. Scilicet eodem anno, quo choragiam Demosthenes gessit, Athenienses a Plutarcho Eretriae tyranno in auxilium vocati sunt: mense Anthesterione

[f] Tum dixit orationem *περὶ συμμοριῶν*. cf. Dem. de Rhod. libert. p. 192.
[g] C. Mid. p. 518 seqq.
[h] C. Mid. pp. 515. 577. 580. 583. De ipsa *προβολῇ* vid. Schoemann d. comit. Ath. p. 227 seqq. Boeckh. in Comm. Acad. Berol. 1818. p. 65—68.

Phocion exercitum in Euboeam traduxit[i]; Demosthenes quoque quanquam dissuaserat[k] interfuit expeditioni[l], sed paullo post cum Dionysiorum Elaphebolione celebrandorum tempus immineret, Athenas rediit ad choragiae munus administrandum. Hic novae actionis praetextus. Sed dicis caussa tantum eam
institutam esse mox apparuit; quippe rem malam persequi non 23
ausus satis habuit si actionis titulo juxta eponymos exposito egregii viri splendor maculis quibusdam adspergeretur[m]. Eodem fere tempore accidit ut Nicodemus quidam, Eubuli assecla, ab Aristarcho Moschi filio, Demosthenis amico, necaretur. Hanc quoque adversarium supplantandi opportunam occasionem cupide Midias arripuit; parentibus ut a persequendo Aristarcho desisterent, Demosthenem ut Nicodemi interfectorem persequerentur data pecunia suasit; quod cum illi respuissent, ipse Aristarchum ut amicum Demosthenis turpi modo persequi coepit[n]. Criminationem istam bis postea repetiit Aeschines[o], repetieruntque qui ex eo inconsiderate sua desumpserunt, Dinarchus[p] atque historiarum scriptores[q]. Verum ab hoc crimine omni
modo liberandum esse Demosthenem contendo; liberant ipsum 24
testimonia in Midiana oratione allata, accusant tantum inimicorum calumniae. Ipse Aeschines in Ctesiphontea oratione, calumniarum isto memorabili collectaneo, rem quasi temere fictam repetere non ausus est. Nihilo minus haec omnia, factionum discordiae, injuriae Midianae, nex hominis Eubuli amicissimi a viro alterius partis crudelissime perpetrata, tam mire concinunt et cohaerent ut vix dubitari posse videatur quin hoc

i C. Mid. p. 566. c. Boeot. d. nom. p. 999. Aesch. c. Ctes. p. 66. cf. Boeckh. l. l. p. 82 seqq.

k Dem. de pace p. 58.

l C. Mid. p. 558.

m C. Mid. p. 547 seq. cf. Aesch. de f. l. p. 48.

n C. Mid. p. 548. seq., p. 553 seq.

o C. Tim. p. 24. *κατιδὼν γὰρ οἰκίαν πλουσίαν καὶ οὐκ εὐνομουμένην, ἧς ἡγεμὼν μὲν ἦν γυνὴ μέγα φρονοῦσα καὶ νοῦν οὐκ ἔχουσα, νεανίσκος δὲ ὀρφανὸς ἡμιμανὴς διεχείριζε τὴν οὐσίαν, Ἀρίσταρχος ὁ τοῦ Μόσχου, τούτου προσποιησάμενος ἐραστὴς εἶναι καὶ τὸ μειράκιον εἰς τὴν φιλίαν ταύτην προσκαλεσάμενος, ἐλπίδων κενῶν ἐμπλήσας ὡς αὐτίκα δὴ μάλα τῶν ῥητόρων πρωτεύσοντα, κατάλογον ἀποφαίνων, τοιούτων εἰσηγητὴς αὐτῷ καὶ διδάσκαλος ἔργων ἐγένετο, ἐξ ὧν ἐκεῖνος μὲν φεύγει τὴν πατρίδα, οὗτος δ' αὐτοῦ τὰ τῆς φυγῆς ἐφόδια προλαβὼν τρία τάλαντα ἀπεστέρηκε, Νικόδημος δ' ὁ Ἀφιδναῖος ὑπ' Ἀριστάρχου τετελεύτηκε βιαίῳ θανάτῳ, ἐκκοπεὶς ὁ δείλαιος ἀμφοτέρους τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὴν γλῶτταν ἀποτμηθεὶς ᾗ ἐπαρρησιάζετο πιστεύων τοῖς νόμοις καὶ ὑμῖν.* Id. d. f. l. p. 50.

p C. Demosth. p. 23 seq. *οὐκ εἰς μὲν τὴν Ἀριστάρχου οἰκίαν εἰσελθών, βουλεύσας μετ' ἐκείνου τὸν Νικοδήμῳ θάνατον κατασκευασθέντα, ὃν ἴστε πάντες, ἐξέβαλεν τὸν Ἀρίσταρχον ἐπὶ ταῖς αἰσχίσταις αἰτίαις;*

q Idomeneus ap. Athen. 13. p. 592 F. *Ἀριστάρχου γοῦν τινος ἐρασθεὶς μειρακίου καὶ δι' αὐτὸ παροινήσας εἰς Νικόδημον ἐξέκοψεν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς.* Eubulum propter Aristarchi necem Demostheni succensuisse dicit Auct. argum. 2. orat. Dem. de f. l. p. 340. Portenta habent Zosimus vit. p. 149. *Ἀρίσταρχόν τινα, υἱὸν Μόσχου, ἔχων μαθητὴν εὐνούστατόν τε καὶ θρασὺν καὶ φονεύσαντα τοὺς ἀντιπολιτευομένους αὐτῷ, τόν τε Νικόδημον τὸν Ἀφιδναῖον καὶ Εὔβουλον τὸν πολιτευόμενον, αὐτὸς ὑπενοήθη ὑποβαλεῖν τῷ Ἀριστάρχῳ τοῦτο ποιῆσαι,*—et Auct. Anon. p. 154. *ἐπὶ σοφιστείαν τρέπεται καὶ καθηγεῖται τῶν νέων τῶν ῥητορεύειν βουλομένων· ἐπ' Ἀριστάρχῳ δὲ τῷ Μόσχου διαβληθεὶς, μειρακίῳ τῶν εὐγενῶν, ὡς ἐραστὴς αὐτοῦ γεγονὼς, παρῃτήσατο αὐτοῦ τὴν παρ' αὐτὸν ἄφιξιν, ἵνα τοῖς αἰτιωμένοις ὑπονοεῖν αὐτὸν μηκέτι ἐξῇ.* Quod isti de oratoria Demosthenis institutione narrant suo modo conformarunt ex locis Aeschinis orat. c. Tim. pp. 16. 24.

quoque factum ex partium studio atque contentione profectum sit. Eaedem quae Midiae cum Demosthene inimicitiae Nicodemo quoque cum Aristarcho intercedebant: facta est contentio, accessit fortasse loci ac temporis opportunitas, ebrietas, ira, naturalis animi juvenilis vehementia, itaque facinus commissum, cujus vel conscientiam Demosthenis probitas ac prudentia repudiasset. At Midias hac quoque spe abjecta animum nondum abjecit, aliam spem victoriae tentavit. Sub ejusdem anni finem Demosthenes munus senatorium affectavit; ad quam dignitatem auspicandam examen usitatum subeunti nova actione intercessit Midias. Quod etsi oratorie paullo, uti fieri solet, exaggerat Demosthenes, cum dicit: *τὸ πρᾶγμα εἰς ὑπέρδεινόν μοι περιέστη* [r] —nam hanc quoque litem actor non persequutus est, imo reus in senatorum numerum receptus ineunte proximo anno solita sacra initialia pro senatu fecit ac pompam Jovi Nemeo sacram popularem duxit [s]—tamen Midiae temeritati hinc nulla excusatio.

25 Jam vero quaestio exoritur de natura et eventu litis, propter quam haec omnia Midias expertus est. Et hanc quidem perdifficilem quaestionem Boeckhius [t] tam erudite atque acute disceptavit, ut mihi certe quod addam vix verbum reliquum factum esse videatur. Satis igitur erit si summam disputationis repetam. Midianam Demosthenis orationem non omni numero absolutam esse jam olim erant qui animadverterent [u]; quo spectant molestae eorundem verborum sententiarumque repetitiones, quales leguntur p. 547. §. 129. coll. p. 574. §. 233., item p. 539. §. 100. coll. p. 566. §. 203., nimis breviter et obscure expressa, ut p. 515. §. 4. *ἐπειδή τις εἰσάγει* (quod ita dictum est, quasi auctor quod deest alio tempore supplendum reliquerit), perturbata ut quae de actionibus privatis leguntur p. 522., argumentorum interrupta series, ut quod solum affertur testimonium aurificis p. 521., ubi quae infra p. 557. sequuntur *ὑπομνήματα τῶν Μειδίου ἀδικημάτων* statim afferenda erant. Rem conficit quod dicit Aeschines: *καὶ ταῦτα ἤδη τὰ περὶ Μειδίαν καὶ τοὺς κονδύλους, οὓς ἔλαβεν ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ χορηγὸς ὤν, καὶ ὡς ἀπέδοτο τριάκοντα μνῶν ἅμα τήν τε εἰς αὑτὸν ὕβριν καὶ τὴν τοῦ δήμου καταχειροτονίαν, ἣν ἐν Διονύσου κατεχειροτόνησε Μειδίου* [x]. Quod etsi dicit mentiendi calumniandique summus artifex, vix tamen in dubium vocari potest, dum modo sententiae acerbitas dicentisque malignitas detrahatur. Nempe cautum quidem erat lege ne quis publicam actionem semel institutam iterum omitteret [y]; sed hanc legem
26 tunc abusu antiquatam fuisse compertum est [z], ita ut Demo-

[r] C. Mid. p. 551.

[s] C. Mid. p. 552.

[t] In Comment. Acad. Berol. a. 1818. Cl. hist. Phil. p. 60—100.

[u] Photius Bibl. Cod. 265. p. 491. Bekk.

[x] C. Ctesiph. p. 61.

[y] C. Mid. p. 529. *ὅσοι δ' ἂν γράφωνται γραφὰς ἰδίας κατὰ τὸν νόμον, ἐάν τις μὴ ἐπεξέλθῃ ἢ ἐπεξιὼν μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, ἀποτισάτω χιλίας δραχμὰς τῷ δημοσίῳ.*

[z] Cf. Hudtwalcker de diaet. p. 159. seqq.

stheni, quod litem mutato consilio non amplius persequutus sit, vitio verti nequeat: quanquam hinc ut praejudicium desumat adversario eique oratori largiamur[a]. Recte vero Plutarchus Demosthenem defendit hoc modo: *δῆλος δ' ἐστὶ καὶ τὴν κατὰ Μειδίου παρασκευασάμενος εἰπεῖν δίκην, δύο μὲν ἐπὶ τοῖς τριάκοντα γεγονὼς ἔτη, μηδέπω δ' ἔχων ἰσχὺν ἐν τῇ πολιτείᾳ μηδὲ δόξαν. ὃ καὶ μάλιστά μοι δοκεῖ δείσας ἐπ' ἀργυρίῳ καταθέσθαι τὴν πρὸς τὸν ἄνθρωπον ἔχθραν.*

οὐ γάρ τι γλυκύθυμος ἀνὴρ ἦν οὐδ' ἀγανόφρων,

ἀλλ' ἔντονος καὶ βίαιος περὶ τὰς ἀμύνας· ὁρῶν δ' οὐ φαῦλον οὐδὲ τῆς αὑτοῦ δυνάμεως ἔργον, ἄνδρα καὶ πλούτῳ καὶ λόγῳ καὶ φίλοις εὖ πεφραγμένον καθελεῖν τὸν Μειδίαν, ἐνέδωκε τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ δεομένοις. αἱ δὲ τρισχίλιαι καθ' ἑαυτὰς οὐκ ἄν μοι δοκοῦσι τὴν Δημοσθένους ἀμβλῦναι πικρίαν ἐλπίζοντος καὶ δυναμένου περιγενέσθαι[b]. Metus utrumque ad litem deprecandam atque condonandam adegit; Midias enim metuit ne tot malis artibus frustra adhibitis si litem perderet graviores poenas daret, Demosthenes, ne condemnato Midia apud Eubulum[c] ejusque sectatores majori odio esset quam quod aut placare aut superare prae auctoritate sua posset; quamobrem non potuit facere quin saepius adversario ut litem sibi condonaret petenti morem gereret. Sed non omnia soli Aeschini credenda; dubium certe est quod dicit de XXX minis Demostheni pro condonata lite numeratis. Aeschinem 27
enim si audimus et Dinarchum, ille gratis non digitum movit, non verbum loquutus est. Verum etiamsi pecuniam istam acceperit, nego ex hac caussa lucrum facere voluisse eum, qui vel suarum rerum magnam partem tutoribus largitus est[d]; sed sumpsit pecuniam ne ipse temere litem omisisse videretur, sed humanitate potius et prudentia permotus; nemo enim pro condonanda lite pecuniam adversario numerat nisi qui suae rei ipse diffidit. Quod utut est, sequitur ut oratio Midiana a Demosthene scripta tantum, non dicta sit; actio enim judicio jam tradita omitti nullo modo potuit. Itaque necesse est omissa sit lis in anacrisi sive judicatione, oratio paullo ante quam in gratiam redierunt scripta, postea aut ab ejus amicis tanquam victoriae documentum pervulgata ac publici juris facta. Rectissime enim eorum opinionem, qui post aliquanto orationem scriptam esse existimarunt, Boeckhius[e] hoc uno argumento refutavit, quod saepe numero orator dicit se nolle quanquam iterum iterumque a Midia ejusque amicis rogatum a persequenda lite

[a] Id ipsum antequam ab hac lite desisteret· Demosthenes sibi sumpsit, cum scripsit in or. c. Mid. p. 548. *ἐφ' ᾗ γὰρ ἐκεῖνος ἠτίμωκεν αὑτὸν οὐκ ἐπεξελθών, οὐδεμιᾶς ἔγωγ' ἔτι προσδέομαι δίκης, ἀλλ' ἱκανὴν ἔχω.* Verum in re simili Aeschines c. Tim. p. 16. hoc argumento alioqui gravissimo non utitur, ex quo efficitur ut tum certe oratorium magis quam legitimum fuerit. Cf. Dem. de f. l. p. 410.

[b] Vit. Dem. c. 12. cf. Boeckh. l. l. p. 69.

[c] Cujus inimicitiam deprecatur p. 581.

[d] Quod Boeckhii caussa dictum volo l. l. p. 69. In contrariam plane sententiam discedit Ranke in Erschii Encyclop. s. v. Demosthenes vol. 24. p. 73. seq. largitionem omnino negans.

[e] L. l. p. 70. seq.

desistere[f]. Hoc qui postea quam res Midiana composita est Demosthenem scribere potuisse contenderet, fidem ex hominibus, solem e mundo tolleret. Accedit quod, si postea orator hanc orationem ut exemplum eloquentiae edidisset, haud dubie operam dedisset, ut limatior atque emendatior evaderet.

29 Aliam huic propter similitudinem argumenti actionem subjungo, *γραφὴν τραύματος ἐκ προνοίας*, quam Demomeli consobrino[g] Demosthenes intendit itemque reo accepta, ut maligne dicit Aeschines et qui eum sequuntur[h], pecunia condonavit. Quod quando factum sit obscurum est, quanquam, si fides hac in re est Aeschini habenda, jam ante rem Midianam accidit[i]. Idem Aeschines in mente habuit cum dixit more suo oratorie (c. Ctesiph. p. 84.): *ὃς τοσοῦτον καταγελᾷ τῆς πρὸς ὑμᾶς φιλοτιμίας, ὥστε τὴν μιαρὰν κεφαλὴν ταύτην καὶ ὑπεύθυνον, ἣν οὗτος παρὰ πάντας τοὺς νόμους γέγραφε στεφανῶσαι, μυριάκις κατατέτμηκε καὶ τούτων μισθοὺς εἴληφε τραύματος ἐκ προνοίας γραφὰς γραφόμενος καὶ κατακεκονδύλισται, ὥστε αὐτὸν οἶμαι τὰ τῶν κονδύλων ἴχνη τῶν Μειδίου ἔχειν ἔτι φανερά· ὁ γὰρ ἄνθρωπος οὐ κεφαλὴν, ἀλλὰ πρόσοδον κέκτηται.*

Reliquum est ut de tempore hujus orationis dicatur, quae quaestio arcte conjuncta cum alia est de anno natali Demosthenis, quam post alios multos novissime tractavit C. F. Hermannus in commentatione Gottingae edita a. 1846. quam infra posuimus. Ex qua intelligetur orationem hanc ab Dionysio recte adscriptam esse Olymp. 107, 4. Callimacho archonte, nec locum habere Boeckhii sententiam, qui in commentatione Actis Academiae Borussicae a. 1818. inserta Olympiadi 106, 4. vindicare conatus erat. De anno autem natali Demosthenis Hermannus consentit cum Clintono, qui hanc quaestionem in clara luce collocaverat in Fastis Hell. vol. 2. p. 348 seqq.

---

3 Demosthenis annum natalem quum plerique cum Dionysio Halicarnassensi ad Demophilum archontem Ol. 99, 4. referrent[k], princeps Samuel Petitus ex vitis decem oratorum, quae tunc Plutarchi nomine ferebantur, Dexitheum archontem Ol. 98, 4. revocavit[l], eumque secuti Palmerius[m], Corsinus[n], et F. A. Wol-

[f] C. Mid. pp. 515. 527. 553. 563. 383.

[g] Dem. c. Aphob. 1. p. 816. παρὰ Δημομέλει τῷ Δήμωνος υἱεῖ. Demon autem avunculus Demosthenis erat. Vide ibid. p. 814.

[h] Aesch. d. f. l. p. 40. c. Ctes. p. 60. Auct. anon. vit. Dem. p. 156 R. Suid. s. v. Δημοσθ. γ'.

[i] Aesch. c. Ctes. p. 60. Ante litem Midianam ponit etiam Auct. vit. l. l. Aeschines eodem loco narrat Demosthenem Cephisodotum imperatorem rebus in Chersoneso male gestis accusavisse. Quas tamen hac in re Demosthenes partes egerit cum admodum dubium sit atque incertum, et ipse Ol. 106, 3. demum in concione primum loquutus sit, hanc actionem omittendam esse duxi. Cf. Dem. c. Aristocr. p. 674 seqq.

[k] Cf. Andr. Schotti vitae comparatae Demosthenis et Aristotelis, Aug. Vindel. 1603. 4; Meursii lectt. Atticae 3. 25 etc.

[l] Legg. Att. 3. 1. p. 187.

[m] Exercitt. p. 634.

[n] Fast. Att. vol. 2. p. 139.

fius[o] patronum invenerunt A. Boeckhium[p], qui in disputatione de temporibus orationis in Midiam hunc annum ita tutatus est, ut diu multis nefas videretur ab ejus sententia discessisse[q]; paulatim tamen recrudescente controversia eo tandem res perducta est, ut per integrum quinquennium ab Ol. 98, 4. ad 99, 4. nullus annus sit, quo non aliquis vir doctus nativitatem oratoris collocarit[r], quumque iisdem omnes principiis uterentur, ratiocinando tamen alius aliud effecerit. Nos ab oratione Androtionea proficiscimus, cujus tempora haud scimus an majorem vim in hac quaestione dirimenda habeant, quam plerique adhuc animadvertisse videantur. Hanc enim, quam Demosthenes omnium primam in caussa publica Diodoro Androtionis accusatori scripsit[s], septimum et vigesimum annum agentem oratorem edidisse insigni consensu Plutarchus[t] et Gellius[u] tradunt; eam vero caussam in annum Ol. 106, 2. Callistratumque archontem 4
incidisse claris verbis Dionysius testatur[x]; harum igitur propositionum si neutra idoneis argumentis refutari potuerit, nihil planius, nihil simplicius est quam ut subductis calculis annum Ol. 99, 3. quo Evander Athenis archon fuit, illius natalem ponamus; eodemque altera Gellii narratio ducit, qua Demosthenem sexagenarium obiisse ait, quod quum Ol. 114, 3. Philocle archonte factum esse constet, hinc quoque ad idem vitae principium remittimur. Negant sane hoc ipsum ii, qui et Plutarchum et Gellium ab ea potius computatione pendere censent, qua Dio-

[o] Proleg. Demosth. Lept. p. 62.

[p] Staatsh. d. Ath. vol. 2. p. 109. et Abhh. d. Berl. Acad. 1818.

[q] Cf. v. c. Weiske de hyperbole errorum in hist. Philippi genitrice part. 3. p. 15. Westermann quum alibi tum ad Vitas decem oratorum p. 18. Voemel ad Demosth. oratt. 5. p. 6. Funkhänel ad Androt. p. 5. Stahr. Aristotelia vol. 1. p. 31. Thirlwall in Philol. Mus. Cantabr. vol. 2. p. 389—411. multique alii, quos enumerare longum est.

[r] Sic pro Ol. 99, 1. pugnat Seebeckius in Zeitschr. f. d. Alterth. 1838. p. 321—346 et Rankeus in Encycl. Halensi Sect. 1. vol. 24. p. 62; pro Ol. 99, 2. Prantelius in Münchner gel. Anz. 1844 N. 216; pro Ol. 99, 3. Clinton Fast. Hell. vol. 2. p. 349 seqq., et Brücknerus König Philipp und die hellen. Staaten p. 326—339; pro Ol. 99, 4. novissime Boehneckeus Forschungen auf dem Gebiete der attischen Redner vol. 1. p. 1—94. quem tamen impugnans Bakius in Hypomnem. schol. vol. 3. p. 340—385. ad Ol. 98, 4. reverti videtur.

[s] Dionys. Hal. Epist. ad Ammaeum c. 4. vol. 6. p. 724.

[t] V. Demosth. c. 15: τῶν δὲ δημοσίων ὁ μὲν κατ' Ἀνδροτίωνος καὶ Τιμοκράτους καὶ Ἀριστοκράτους ἑτέροις ἐγράφησαν, οὔπω τῇ πολιτείᾳ προσεληλυθότος· δοκεῖ γὰρ δυεῖν ἢ τριῶν δέοντα ἔτη τριάκοντα γεγονὼς ἐξενεγκεῖν τοὺς λόγους ἐκείνους.

[u] Noct. Att. 15. 28: *illud adeo ab utriusque oratoris studiosis animadversum et scriptum est, quod Demosthenes et Cicero pari aetate illustrissimas orationes in caussis dixerint, alter κατὰ Ἀνδροτίωνος καὶ κατὰ Τιμοκράτους septem et viginti annos natus, alter anno minor pro P. Quinctio septimoque et vicesimo pro S. Roscio.* De Timocratea sane minus accurate loquitur, quam Dionysius biennio post collocat, excusationem tamen habeat, quia hujus caussa cum Androtionea conjunctissima est; fortasse Leptineam voluit.

[x] Loco modo laudato; praestat autem integrum, unde sequentia quoque pendent, cum omnibus erroribus adscripsisse: οὗτος ἐγεννήθη μὲν ἐνιαυτῷ πρότερον τῆς ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἄρχοντος δὲ Τιμοκράτους εἰς ἔτος ἦν ἐμβεβηκὼς ἑπτακαιδέκατον· δημοσίους τε λόγους ἤρξατο γράφειν ἐπὶ Καλλιστράτου ἄρχοντος, εἰκοστὸν καὶ πέμπτον ἔχων ἔτος· καί ἐστιν αὐτοῦ πρῶτος τῶν ἐν δικαστηρίῳ κατασκευασθέντων ἀγώνων ὁ κατὰ Ἀνδροτίωνος, ὃν γέγραφε Διοδώρῳ τῷ κρίνοντι τὸ ψήφισμα παρανόμων κ. τ. λ.

nysius ibidem oratorem proximo ante centesimam Olympiadem anno natum esse perhibet[y]; sed ut mittamus hinc computantibus non septimum sed sextum et vigesimum annum proditurum fuisse, ipse Dionysius secum pugnat, quum orationem, quam Ol. 106. 2. tribuit, viginti quinque annos natum Demosthenem scripsisse narret[z]; quod si incorrupto judicio existimes, utrius testimonium ex altero corrigi oporteat, mirum ni unum testem, quem eadem pagina bis lapsum deprehenderis, duobus posthabeas, quorum alter adeo in eodem capite bis egregie sibi constet. At, inquies, si nulla Dionysii auctoritas erit, nonne illud quoque concidet, quo ipso demum discrepantia cum Plutarcho et Gellio effecta est, ut scriptae orationis annum ex illius testimonio repeteremus? Non arbitramur; hunc enim fieri poterat ut indicum conditores, quorum ille vestigia sequitur[a], ut in fabulis scenicis ita etiam in orationibus, etsi non omnibus certe iis quae in judiciis publicis habitae essent, e publicorum monumentorum fide petitam haberent; aetatem vero oratoris qui adderet, aut privatos auctores aut suam aliquam computationem sequebatur, quae ita demum auctoritatem habebit, ubi nec ipsa sibi neque aliorum testium ponderi repugnaverit; idemque contra Janum Bakium dictum esto, qui nuper in Boeckhii sententia tuenda ne illud quidem intentatum reliquit, ut Androtioneam pariter ac ceteras orationes, quae circa idem tempus scriptae feruntur, aliquot annis prius poneret[b]. Qui quum nihil verius dicere potuerit quam quod p. 342. credibile esse negat *phratorum tabulas*, quibus olim parvulus Demosthenes inscriptus esset, *tanta cura servari solitas esse, ut eas centum annis post alii excuterent*, quicquid a quoquam veterum de archonte natali tradatur, fere semper sola ratiocinatione inventum esse nostra quoque sententia est; in publica autem luce posita ne temere evellere aut permutare conemur, vel hoc prohibet, quia his sublatis nihil amplius habebimus, quo aut alienae ratiocinationis veritatem examinemus aut ipsi nostram regamus; neque rectius in cujuscunque anno natali inveniendo procedi posse arbitramur, quam ut a re facta proficiscamur, cujus tempore ubi idoneis testibus cognoverimus quot annos is homo natus fuerit, simul cum illius

[y] Sic imprimis Westermannus in censura libri Brückneriani in Zeitschr. f. d. Alterth. 1837. p. 298. qui tamen quod Plutarchum e Dionysio hausisse putat, jam a Frankeo refutatus est in Jahnii Annal. philol. 1838. vol. 23. p. 307. nec Gellii hunc fontem fuisse ipsa utriusque verba quae adscripsimus abunde declarant; nihilo minus etiam Boehneckeus p. 7. cum plerisque Gellium et Plutarchum Dionysio subscriptores adjungere non dubitat.

[z] Vidit hoc jam Taylorus ad Androtioneam corrigique jussit εἰκοστὸν καὶ ἕβδομον: at redit numerus apud ipsum Dionysium p. 732: εἴγε ὁ μὲν εἰκοστὸν καὶ πέμπτον ἔτος ἔχων ἤρξατο πολιτεύεσθαι καὶ δημηγορεῖν καὶ λόγους εἰς δικαστήρια γράφειν.

[a] Οἱ τοὺς ῥητορικοὺς πίνακας συντάξαντες, unde mox orationis περὶ τῶν συμμοριῶν notitiam promit, hoc est imprimis Callimachus, quem alibi nominatim adhibet, cf. Meier. de Andoc. adv. Alcib. comm. 1. p. 11. deque Callimachi Tabulis universe Ranke de Aristoph. vita p. 104 seqq., Ritschl alex. Bibl. p. 12. et Coroll. p. 28. Graefenhan Gesch. d. Philol. vol. 2. p. 182.

[b] Schol. Hypomn. vol. 3. p. 183.

rei temporibus etiam hujus aetatem tenebimus. Atqui talem rem in facto positam ut Androtioneae nostrae annum, quem Dionysius prodidit, habere nolimus, Bakii certe rationes non efficiunt: quod enim nullum recentius facinus quam expeditionem Euboicam Ol. 105, 3. factam memorat[c], aliquot annorum intervallum adeo non excludit, ut ipsum adverbium πρῴην, quo illius expeditionis tempus describitur, vetare videatur ne eam cum Bakio ad proximum sequentem annum retrahamus, cui πέρυσι potius conveniret; Cephisodoti vero caussa, quem Aeschines a Demosthene adolescente accusatum esse arguit[d], etiam si maxime ante Ol. 106, 2. in judicium venerit[e], nihil impedit quo minus hic hoc demum anno λόγους δημοσίους scribere coeperit, si quidem in illa caussa unus tantum ex decem accusatoribus fuit[f], quos non probabile est omnes deinceps ad orandum prodiisse; aetas denique septem et viginti annorum, qua cum Bakius quoque cum Plutarcho et Gellio hujus operae primordia posuisse statuit, tantum abest ut orationem cum illo triennio ante Ol. 105, 4. poni cogat, ut mira et incredibilis Gellii inconstantia futura sit, si paucis lineis postquam Androtioneae tempus ipso Bakio assentiente recte indicavit, in morte oratoris adeo peccaverit, ut sexagenarium obiisse scriberet, quem illius rationes, si verae essent, sexagesimum tertium annum attigisse efficerent. Unum restaret, ut servato Androtioneae tempore, quod Dionysium quasi publica fide tradidisse diximus, ipsam oratoris aetatem, quae apud Plutarchum et Gellium est, cum 6 aliis testibus ita pugnare intelligeremus, ut Ol. 106, 2. aut majorem aut minorem natu fuisse appareret; nec negari potest eosdem calculos ad alias orationes translatos, quae et ipsae certa quadam ratione cum aetate oratoris continentur, ad alium annum natalem conducere videri ut ab hac certe parte ratiocinatio nostra nondum satis tuta sit; id igitur ipsum huic disputationi proposuimus, ut experiamur, ecquid caussae aut in aliorum testium propensione aut in ipsa rerum gestarum serie et continuitate exstet, quapropter Demosthenem Ol. 106, 2. septimum et vigesimum annum egisse negemus.

Ac primum quidem occurrit ipse ille liber de vitis decem oratorum, quem Dexitheum archontem Ol. 98, 4. natalem Demosthenis exhibere modo diximus, idemque rationem affert, qua

[c] Androt. p. 597. cf. Rehdantz Vitae Iphicratis Chabriae Timothei, Berol. 1844. 4. p. 199 seqq.

[d] Adv. Ctesiph. p. 61, 1.

[e] Bakius p. 380: *jam si secundum Dionysium Demosthenes natus est Ol.* 99, 4. *necesse est ut accusaverit Cephisodotum in publico judicio annum agens vicesimum tertium . . . simulque labefactetur id quod tam mordicus Dionysii auctoritate teneri solet, de Ol.* 106, 2. *quo anno primum coepisset Demosthenes publicas actiones scribere.* Scilicet quia Cephisodoti expeditio Thracica a plerisque Ol. 105, 3. ponitur (cf. Weber ad Demosth. Aristocr. p. 69,) anno proximo sequenti judicium de illo tribuit, quod tamen etiam in posteriorem aliquem rejici potuerat.

[f] Οὐκ ὤκνησεν ἀπ' εἰσαγγελίας αὐτῷ κρινομένῳ κατήγορος γενέσθαι, unde videmus eum non instituisse εἰσαγγελίαν, sed hac instituta inter decem συνδίκους fuisse; cf. Staatsalt. §. 133. not. 1.

ad eum annum pervenisse videatur, si quidem oratorem Callimacho archonte Ol. 107, 4. quo anno Olynthias orationes habuerit, septimum et trigesimum annum egisse statuit[g]; quod si hujus major quam Plutarchi et Gellii auctoritas esse debeat, non erit cur amplius calculos nostros tueamur. At enim quis tandem ille auctor est, cui tantum pondus contra duos probatae industriae scriptores tribuamus? Ipsum Plutarchum, qui olim credebatur, non esse, nunc satis constat[h]; utque perinde sit, quo nomine fuerit, modo certam et incorruptam fidem praestet, nullo magis nomine ab omni aetate impugnatus est, quam quod multiplici errorum congerie scatet neque aut sibi semper aut aliis probatis testibus constat. Nempe, ut Schaeferi verbis utamur, censendum est *vitas decem oratorum non multo post Dionysii Halicarnassensis aetatem ab aliquo grammatico breviter esse descriptas in usum eorum, qui ad lectionem oratorum antiquorum accederent; post quum in scholis rhetorum lectitari non desinerent, a compluribus hominibus doctis indoctisque temporibus diversis interpolatas et amplificatas esse, nomen autem neque suum neque etiam Plutarchi aliquem ex his ei libro inscripsisse, sed inter scripta Plutarchea aut forte aliqua aut librariorum errore illatum esse;* nec si maxime insunt quae Meiero quoque judice[i], *etsi apud neminem alium reperias, suapte natura veritatem prodant,* inter haec ea potissimum referas, quae de Demosthenis aetate prodit; quae quum ex eo genere sint, quod ratiocinando maxime inveniri diximus, nisi aliunde confirmentur, sua natura minime tuta erunt. Talem autem confirmationem si ab externis testimoniis petimus, illud solum inveniemus, quod jam ex his quae adhuc tractavimus satis apparet, ipsos veteres in hoc argumento non modo fluctuasse sed prorsus titubasse; quorum tanta inconstantia est, ut idem Photius[k], qui Olynthiacas
7 orationes vel octavo et trigesimo oratoris anno tribuit, Leptineam, quam circa idem cum Androtionea tempus habitam esse Dionysio Halicarnassensi credimus, ab eodem viginti quatuor annos nato habitam scribat, itemque Zosimus Ascalonita, cujus nomine vita Demosthenis fertur, quamvis et ipse oratorem sexaginta tres annos vixisse scribens a Dexitheo archonte computare videatur, annum natalem cum Dionysio proximum ante Olympiadem centesimam statuat[l]; unde si quid omnino hoc solum colligemus, quod vel sic constat, fuisse jam inter antiquos, qui Demosthenem tertio et sexagesimo ante Ol. 114, 3. anno natum crederent, auctoritas tamen anonymo nostro a tantis nugis non accedet. Immo nec notam vulgo nec magnopere

[g] P. 845: *ἑπτὰ δὲ καὶ τριάκοντα ἔτη γεγονὼς λογιζομένοις ἀπὸ Δεξιθέου εἰς Καλλίμαχον, ἐφ᾽ οὗ παρ᾽ Ὀλυνθίων ἧκε πρεσβεία περὶ τῆς βοηθείας, ἔπεισεν ἐκπέμψαι τὴν βοήθειαν κ. τ. λ.*

[h] V. Arn. Schaeferi Comm. de libro vitarum decem oratorum, Dresdae 1844, 8. Westermann. Praef. ad Vitarum scriptores Graecos, Brunsv. 1845, 8. p. 16.

[i] Ind. lectt. Hal. 1831. p. 6; cf. comm. de Andoc. 4. p. 4.

[k] Bibl. c. 298. p. 492.

[l] Vol. 4. p. 151. ed. Reisk. Suidas eum sexaginta duos annos vixisse scribit.

testatam hanc opinionem vel Antoninorum temporibus fuisse ex ipso Gellio intelligas, qui si vel levissimam ejus controversiae suspicionem habuisset, non profecto Ciceronem et Demosthenem ita comparasset, ut *vixisse quoque non nimis diversum annorum numerum, alterum, hoc est Ciceronem, tres et sexaginta, Demosthenem sexaginta* diceret; eumque ut de Cicerone ita de Demosthene quoque verum tradidisse eo minus ambigas, quo minus caussae in ipsis orationibus Olynthiacis continetur, cur has ad septimum demum ac trigesimum oratoris annum rejiciamus. Mittimus quod is, qui archonte Dexitheo natus esset, sub Callimacho sextum demum ac trigesimum aetatis annum expleret; sin quis ad ipsum Plutarchum confugiat, ut tertio et trigesimo anno, quo illius et Gellii calculi conducunt, eam Demosthenis in republica auctoritatem fuisse neget, quam tales orationes flagitent[m], videat ne ille magis sibi constet quam Dexithei defensores, qui eadem, si ipsos sequimur, aetate Demosthenem effecisse putant, ut magna expeditio in Thraciam ad Heraeum obsidione liberandum mitteretur[n]. Plutarchus enim, quantum nos intelligimus, ita disputat, ut Demosthenem sub finem demum Phocici belli orationum adversus Philippum initium fecisse inde probet, quod ne Midianae quidem tempore, quam duos et triginta annos natum scripsisse certissimo ipsius testimonio constat[o], magnam vim in re publica habuisse videatur; quam orationem si cum Boeckhianis Ol. 106, 4. posuisset, inde non sequebatur, ut ad finem demum vergente bello aliqua illius auctoritas facta esset, ex iis vero calculis, quos ipsum secutum esse vidimus, dubium esse non poterat quin is qui vel quarto ante finem belli anno parum sibi confisus esset, postea demum paulatim invalescere coepisset. Ceterum id ipsum quod Plutarchus ex Midiana collegit, oratorem etiam quum trigesimum alterum annum ageret auctoritate et pondere in re publica caruisse, ex sua magis opinione et conjectura quam fida rerum memoria tradidit, quippe hoc solo argumento usus, quod Demosthenes pecunia accepta certamen cum homine gratioso et potente detrectaverit; quod haud scimus an eodem jure in contrariam partem conver- 8
tamus, ut multum jam valuisse intelligamus, quocum Midias transigere quam in judicium descendere maluerit; neque adeo rudem in re publica fuisse, ut ii volunt, qui Midianam eodem cum Timocratea anno ponunt, ipsius oratoris verba ostendunt, quibus prohibet quo minus *ῥήτορα* appellando invidiam sibi

[m] V. Demosth. c. 12: *ὥρμησε μὲν οὖν ἐπὶ τὸ πράττειν τὰ κοινὰ, τοῦ Φωκικοῦ πολέμου συνεστῶτος, ὡς αὐτός τε φησὶ καὶ λαβεῖν ἐστιν ἀπὸ τῶν Φιλιππικῶν δημηγοριῶν· αἱ μὲν γὰρ ἤδη διαπεπραγμένων ἐκείνων γεγόνασιν, αἱ δὲ πρεσβύταται τῶν ἔγγιστα πραγμάτων ἅπτονται· δῆλος δ' ἐστὶ καὶ τὴν κατὰ Μειδίου παρασκευασάμενος εἰπεῖν. δίκην, δύο μὲν ἐπὶ τοῖς τριάκοντα γεγονὼς ἔτη, μηδέπω δ' ἔχων ἰσχὺν ἐν τῇ πολιτείᾳ μηδὲ δόξαν κ. τ. λ.*

[n] Per Philippicam primam, quam si Ol. 107, 1. habuit, secundum Boeckhianas rationes trigesimum tertium annum agebat; cf. Voemel Proleg. Demosth. p. 97.

[o] Mid. p. 564.

adversarius faciat[p], quo nomine non tam eos qui pro aliis orationes scriberent vel caussas in judiciis agerent, sed qui pro concione verba facerent dictos esse constat[q]; denique et senatorio munere functus erat, quod etsi sortito conferebatur, tamen iis tantum contingere poterat, qui ad sortiendum praesto fuissent, et alia negotia publica gesserat, quae jam tum clarum neque ingratum ejus nomen inter cives habitum esse testantur[r].

At, inquiunt, in ipsa Midiana insunt, quae eam infra Ol. 106. 4. vel 107, 1. deprimi vetent; quo tempore si Demosthenes alterum et trigesimum annum agebat, apparet eum ante Evandrum archontem natum fuisse. Audimus, neque ignoramus hanc ipsam arcem esse, unde Dexithei propugnatores acerrima sua tela emiserint: eosdem tamen quum iteratis dubitationibus jam eo redactos videamus, ut defendendi magis sui quam oppugnandi caussa dimicent, ne nos quidem veremur ne nobis recto itinere ingredientibus insuperabilia impedimenta objiciant. Mittimus Dionysii Halicarnassensis testimonium, qui claris verbis Midianam Callimacho archonte Ol. 107, 4. scriptam esse tradit[s]; quod quum in ea caussa, quam ne in judicium quidem venisse probabile sit, minorem fidem habeat, donec aliunde confirmetur, ita tantum nobis inserviet, ut intelligamus quid illum induxerit ut annum natalem Ol. 99, 4. poneret; orationem tamen quamvis concedamus fieri potuisse ut hac sola re motus Dionysius ad Callimachi annum referret, quod Olynthiacam expeditionem memorat[t], id ipsum quo perperam factum credamus facile apparet ante omnia opus esse ut alia expeditio Olynthiaca inveniatur, quam orator jam Ol. 106. 4. respicere potuerit; eamque nullam fuisse, quantum nos intelligimus, Boehneckeus iis argumentis demonstravit, ut vel propter hanc unam caussam post Ol. 106, 4. remitti videamur. Ne quis enim Athenienses tum contra Olynthios bellum gessisse putet[u], praeter scriptorum omnium silentium illud vetat, quod in oratione contra Neaeram idem bellum — idem enim esse conjunctio cum Euboico, quod sub idem tempus Midiana collocat, clarissime docet — ad socios tutandos gestum esse dicitur[x], qui praeter ipsos Olynthios nulli

[p] Ibid. p. 575. *καὶ ῥήτωρ ἐστὶν οὗτος, ἴσως ἐμὲ φήσει λέγων· ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν ὁ συμβουλεύων ὅ τι ἂν συμφέρειν ὑμῖν ἡγῆται ῥήτωρ ἐστὶν, οὔτε φύγοιμ᾽ ἂν οὔτ᾽ ἀπαρνοῦμαι τοῦτο τοὔνομα κ. τ. λ.*

[q] Cf. inprimis adv. Neaeram p. 1359: *οὐ γάρ πω ἦν ῥήτωρ, ἀλλ᾽ ἔτι συκοφάντης τῶν παραβοώντων παρὰ τὸ βῆμα καὶ γραφομένων μισθοῦ καὶ φαινόντων καὶ ἐπιγραφομένων ἀλλοτρίαις γνώμαις κ. τ. λ.*

[r] Mid. p. 551. sq.

[s] L. c. p. 726.

[t] Mid. p. 566. 578.

[u] Ut Boeckhius Staatsh. vol. 2. p. 112. eumque secutus Voemelius Proleg. Demosth. p. 76; mox tamen ipse Boeckhius sententia mutata expeditionem pro Olynthiis contra Philippum factam statuit Abhh. 1818. p. 89. et 1827. p. 139.

[x] Adv. Neaeram p. 1346: *συμβάντος καιροῦ τῇ πόλει τοιούτου καὶ πολέμου, ἐν ᾧ ἦν κρατήσασιν ὑμῖν μεγίστοις τῶν Ἑλλήνων εἶναι . . . ἢ ὑστερήσασι τῇ βοηθείᾳ καὶ προεμένοις τοὺς συμμάχους . . . τούτους τ᾽ ἀπολέσαι καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ἀπίστοις εἶναι δοκεῖν . . . καὶ μελλόντων στρατεύεσθαι ὑμῶν πανδημεὶ εἴς τε Εὔβοιαν καὶ Ὄλυνθον κ. τ. λ.*

esse potuerunt; pro Olynthiis autem cum Philippo ante Ol. 107, 9 2. pugnatum non esse, Aristocratea ostendit, quae tum amicitiam tantum, nondum societatem inter Athenienses et Olynthios junctam novit[y], sive maxime hanc cum Rumptio[z] et Bakio[a] ante Ol. 107, 1. rejiciamus. Philippica prima praesto est, quae ubi Macedonum regem intentidem modo Pylas modo in Chersonesum modo Olynthum excurrere queritur[b], profecto si paucis ante annis classis Attica Olynthum missa esset, hanc pariter ut expeditionem Pylas factam commemorasset. Illud solum Boeckhianis concedi et potest et debet, expeditionem Olynthiacam, cujus Midiana meminit, cum iis quas Olynthiacae orationes spectant, confundi non posse, si quidem illa non modo Midianam antecessit, quae post Olynthiacas nullo modo habita esse potest, sed etiam prior habenda est quam proelium apud Tamynas, quod cum expeditione Euboica conjunctum et ipsum in Midiana legitur; eandem tamen quum ante Ol. 107, 2. locum non invenire intellexerimus, haud scimus an ipsa rei natura eo conducat, ut Ol. 107, 2. exeunte primas naves Olynthum missas esse statuamus[c], deinde proximo auctummo vel hieme Ol. 107, 3. proelium Tamynense ponamus[d], ejusdemque anni Dionysiis contumeliam a Midia factam assignemus, quo facto Demosthenis accusatio ultro in annum a Dionysio ejusve auctore inventum Ol. 107, 4. defertur. Atque hoc modo etiam scitae illi Boeckhii observationi satisfiet, qui Nemeorum ludorum mentionem[e], quos inter contumeliam acceptam et orationem intercessisse consentaneum sit, quartum Olympiadis annum flagitare monuit[f]; eam autem cur sextam potius quam septimam et centesimam amplectamur, si ab iis discesseris, quae ad pueritiam oratoris pertinentia mox accuratius examinabimus, satis levia, ut nobis

[y] Aristocr. p. 656. cf. Krüger ad Clinton. Fast. Hell. p. 144. et Boehnecke p. 25 sqq.,

[z] De Charidemo Orita, Gissae 1815. 4, p 23.

[a] Hypomn. vol. 3. p. 348 et 380, cujus tamen primarium argumentum de Phayllo jam velut in antecessum refutavit E. W. Weberus in recenti editione p. 13.

[b] Philipp. 1. p. 44.

[c] Huc igitur spectabunt *αἱ εἰς Ὄλυνθον ἐπιδόσεις*, quas ante proelium Tamynense factas esse Midiana p. 566. clarissime docet; neque uno Callimachi anno circumscribendas esse Atheniensium expeditiones Olynthiacas post Brueckneri suspiciones p. 337. luculentissima disputatione Boehneckeus effecit p. 31 sqq.,

[d] Nimirum primos milites ex Attica in Euboeam jam vere superioris anni Ol. 107, 2. profectos esse Dionysiorum mentio in orat. adv. Boeotum de nomine p. 999. ostendit, hos autem Boehneckeus p. 15. recte suspicatur eos fuisse quibuscum Midiam quoque Arguram et Chalcidem transiisse Midiana p. 558. docet; quem quum proelio Tamynensi non interfuisse ex p. 567. appareat, totum negotium commodissime ita disponetur, ut equites certe, qui vere transierunt, partim secundum p. 578. Olynthum missos esse, partim ineunte aestate, ad Panathenaea ut videtur illustranda domum rediisse statuamus, donec Phocion obsidione pressus eos Tamynas revocaret. Tertio vero Olympiadis anno hoc proelium factum esse et *πομπῶν* mentio suadet p. 570, 571. quas ad Panathenaea magna pertinere apertum est, et ipsum Phocionem Ol. 107, 2. in Cypro potius degisse scite Boehneckeus animadvertit.

[e] Mid. p. 552; cf. Boeckh. Abhh. 1818. p. 82.

[f] Aestiva Nemea in quartos Olympiadum annos incidisse post Corsinium clarissime evicit Schoemannus ad Plut. V. Agid. p. 38 sqq.

videtur, argumenta attulit. Nam quod in oratione adversus Boeotum de nomine expeditio Tamynas profecta memoratur[g], hanc ipsam Dionysius[h] permittit Ol. 107, 3. poni, quo tempore illa etiam secundum nostros calculos emitti jam potuerat; octennio autem, quod testes in Midiana post δίκην ἐξούλης a Demosthene contra Midiam institutam praeteriisse arguunt[i], tantum abest ut aliquid ponderis in hac quaestione tribui possit, ut ne illud quidem certum sit utrum hoc testimonium aliqua vetustatis fide traditum an ab interpolatore quodam temere et ex arbitrio fictum sit; quod ut nuperae Westermanni[k] disputationi in legibus, quarum Midiana exempla exhibet, concedere non possumus, ita in testimoniis nobis quoque probabile videri jam ante hoc biennium significavimus. At enim vel missa hac dubitatione ne si maxime quidem verum sit ἐξούλης δίκην a Demosthene contra Midiam institutam novam hujus contumeliam octo annis antecessisse[l], necessario inde sequetur ut Midiana Ol. 107, 4. scribi non potuerit; quod quum ita tantum probationem habeat, ut negetur fieri potuisse ut judicium de injuriis circa Ol. 104. acceptis, cujus rem judicatam Demosthenes illa actione persequebatur, et ipsum per duas fere Olympiades traheretur, ut circa Ol. 106. demum δίκην ἐξούλης instituere liceret, videndum ne eaedem τέχναι καὶ σκήψεις, quibus Midias hanc distulisse dicitur, jam illic locum habuerint, praesertim ubi Demosthenes in hac ipsa mentione p. 540. : πάλιν, inquit, οὐδέπω καὶ τήμερον εἰσελθεῖν δεδύνημαι, unde facile colligas non tum primum sed item antea per calumnias et machinas litis ingressum impeditum esse[m].

Unum restat Boeckhii argumentum sane gravissimum, quo quum jam Petitus ad Dexithei annum amplectendum motus esset, quicunque aut hunc aut Boeckhium secuti sunt, vel solo illo rem confici putarunt, quod ipsa Demosthenis verba, quibus in orationibus contra tutorem habitis pueritiae suae fata narrat, post Ol. 98, 4. natum esse non paterentur; quod si certum esset, ne nos quidem repugnaremus, quominus et Midiana Ol. 106, 4. posita et bello Olynthiaco cum expeditione Euboica ad priorem Olympiadem relato Androtionea quoque nostra a vicesimo septimo ad tricesimum primum oratoris annum trans-

[g] L. c. p. 999, 8.

[h] Jud. de Dinarcho p. 656 : ὁ μὲν γὰρ Δημοσθένους περὶ τοῦ ὀνόματος λόγος, ἐν ᾧ τούτων μέμνηται, κατὰ Θεσσαλὸν ἢ Ἀπολλόδωρον ἄρχοντα τετέλεσται, agnoscente jam etiam Boeckhio Urkunden des attischen Seewesens p. 23.

[i] Mid. p. 541.

[k] Comm. de litis instrumentis, quae exstant in Demosthenis oratione in Midiam, Lips. 1844. 4. p. 11.

[l] Tuentur hos Bakius l. c. p. 373. et Voemelius in progr. Francof. ad M. 1845. p. 8. cujus uberiorem disputationem, qua se hoc et alia de temporibus Midianae confirmaturum esse pollicetur, haec scribentibus nobis nondum praesto fuisse aegerrime tulimus.

[m] Cf. Seebeck. l. c. p. 336. Non minimam inter has machinas fuisse arbitramur, ut deterrerentur archontes, ne caussam cognoscerent vel ad judices deferrent; eodemque modo explicabuntur mira illa in principio Midianae p. 515. καὶ κατηγορήσων ἐπειδή τις εἰσάγει πάρειμι, h. e. postquam inventus est qui mihi facultatem accusandi daret.

ferretur. At hac ipsa in re illud cernitur, quod superius
diximus, omnes quicunque hanc quaestionem tractaverint ab
iisdem principiis profectos diversissimos exitus invenisse; quae
quum ita sint, facile apparet ne hujus quidem ratiocinationis tam
firma fundamenta esse, ut eam solam reliquas omnes regere
neque ipsam rursus ab his ita regi oporteat, ut non cetera omnia
testimonia ad unius normam corrigamus aut spernamus, sed 11
eam maxime sententiam amplectamur, quae plurimorum testi-
moniorum fidem apto et concinno modo comprehendat. Nam
ut hoc agamus quicquid ab ipso Demosthene certis verbis affir-
matur, hoc est: patrem morientem ipsum septennem reliquisse[n],
deinde per decennium se sub tutoribus fuisse[o], postremo peracta
probatione inter adultos receptum, postquam duobus annis
frustra cum tutoribus expostularit, Timocrate archonte Ol. 104,
1. actionem contra hos instituisse[p], unde intelligitur id ipsum,
quod Boeckhiani volunt, ita demum effici posse, ut probationem
nisi expleto anno duodevicesimo institui potuisse negent[q], ean-
dem vero ubi cum ipso Boeckhio jam septimo decimo anno
superato locum habuisse credis[r], ne si Ol. 103, 2. exeunte quidem
probatum statueris, ante Ol. 99, 1. natum invenies; sin inte-
grum illud biennium, quod isti inter probationem et actionem
intercessisse arbitrantur, justis finibus contraxeris, quamvis ad
Dionysii annum Ol. 99, 4. relabi non liceat, ultra eum certe
terminum, quem Plutarcho et Gellio ducibus nativitati oratoris
posuimus, rediri vix opus erit. Ac de probatione quidem, ne
longi simus in re ad nauseam usque disceptata[s], Boehneckeum
sane non sequimur, qui ut Demosthenem jam sexto decimo
aetatis anno *δοκιμασθῆναι* potuisse efficeret, hanc probationem ab
inscriptione in album civium dixtinxit[t]; iidem tamen non
dubitamus quin in tanta ambiguitate, quantam in omni jure
Attico deprehendimus, legitimum illud *ἐπὶ διετὲς ἡβῆσαι*, quo
receptio inter adultos definiebatur, variis modis detorqueri
potuerit; utque omnino ea computationis antiquae ratio erat, ut
coeptum annum plerumque pro integro haberet, ita nullo negotio
fieri poterat, ut qui Ol. 99, 3. ineunte natus esset, postquam
sexto decimo anno Ol. 103, 2. ineunte ad pubertatem pervenit,
sub proximi sequentis finem probationi maturus esse videretur;
quod nisi necesse erit ut Demosthenem jam Ol. 103, 2. exeunte
probatum statuamus, Evandrum archontem vel ab hac parte
tutum fore arbitramur. Nimirum si hoc archonte circa aequi-
noctium auctumni editus erat, quod anni tempus quin ex Julio

n Adv. Aphob. 1. p. 814.

o Ibid. p. 815. aliisque locis.

p Adv. Onetor. 1. p. 868.

q Ut v. c. Weiskeus de Hyperb. 3. p. 15. Westermannus Qu. Demosth. 3. p. 8. Voemelius in Heidelb. Jahrbb. 1830. p. 275 etc.

r De ephebia Attica in Prooemio lectt. Berol. 1819. p. 7; qui tamen quod probationes sub finem cujusque anni *ἐν ἀρχαιρεσίαις* simul omnes factas esse statuit, testimonia quae affert adoptiones tantum, non suos heredes spectant.

s Cf. Lehrbuch der Staatsalterth. §. 123.

t P. 56 sqq. 670 sqq., obloquentibus tamen et Prantelio l. c. p. 714. et Bakio p. 355—362.

Firmico repetamus nihil prohibet[u]. patrem amittere poterat septennis Ol. 101. 1. exeunte[x]. eique calculo etiam hoc insigniter convenit. quod proxima aestate Aphobus ipsius tutor cum tri-
12 remi cui praeerat in Corcyram profectus est[y]. ubi non Ol. 100. sed hoc ipso tempore Ol. 101. 2. bellum a Timotheo gestum esse constat[z]; ab eodem autem anno decennio computato, quo puer sub tutoribus fuit, ad ipsum Ol. 103. 3. exitum conducimur. quo modo demonstravimus nihil obstitisse, quominus salvis legis verbis inter adultos reciperetur; idque ut revera ita factum esse existimemus, Libanii auctoritas accedit, qui Demosthenem. quum tutores in judicium vocaret. hoc est Timocrate archonte Ol. 104, 1. duodevicesimum annum egisse testatur[a]. At, inquiunt, claris verbis orator adversus Onetorem p. 868. narrat se Polyzelo archonte Ol. 103, 2. ipso postremo anni mense probatum sub duobus insequentibus archontibus rem suam a tutoribus repetiisse; quod si maxime concedatur eum tum ne septimum decimum quidem annum integrum explesse. vel sic ad secundi Olympiadis 99. anni principium rejicimur. ut ne Evandro quidem archonti. nedum Demophilo, quem Dionysius annum natalem ponit, locus maneat. Vero, neque id agimus, ut Dionysii rationes tueamur, quem jam superius significavimus ea re in errorem duci potuisse, ut quum Midianam recte Ol. 107, 4. posuisset. oratorem. qui tum tricesimum alterum annum egisset. Ol. 99, 4. natum esse colligeret, nec recogitaret illi, etiam si undecimum mensem supra annum tricesimum secundum ageret. eo loco, ubi majorem adversarii aetatem quantum posset exaggerare studeret, hoc numero porro uti licuisse; ne autem vel Midianam ab Ol. 107. 4. avellere conemur vel in ipso anno natali definiendo Evandrum archontem mittamus, duabus caussis prohibemur. quas si lectoribus probaverimus, nihil amplius inventum iri confidimus, quod rationibus nostris serio opponi possit. Primum enim. quantum nos videmus, Demosthenis verba, quibus isti nituntur, neutiquam eam vim habent, ut eodem mense Scirophorione Ol. 103, 2. quo Aphobus uxorem duxit, Demo-

[u] Cf. Boehneckeus p. 51. quem nimis superbe Bakius p. 354. repudiat; dies enim natales clarorum virorum vel posterioribus saeculis celebrari potuisse Platonis exemplum docet apud Plut. Qu. Sympos. 8. 1; cf. omnino Lobeck. ad Phrynich. p. 104.

[x] Nam quod Rankeus p. 62. et Seebeckius p. 341. contendunt septimo anno absoluto octavum jam ingressum fuisse Demosthenem, quum pater moreretur, nec ipsa verba ἕπτ' ἐτῶν ὄντα neque illa evincunt, ubi se, si ἐνιαύσιος κατελείφθη, sex annis amplius sub tutoribus futurum fuisse ait; quidni enim vel septem octove mensium puerum rotundo numero ἐνιαύσιον appellemus?

[y] Adv. Aphob. 1. p. 817.

[z] Xenoph. Hell. 5, 4, 64. et Diodor. 15, 36; cf. Sievers Gesch. Griech. p. 226. et Rehdantz p. 68. in eo tantum errantes, quod proelium apud Alyziam factum jam mensi Scirophorioni Ol. 101, 1. assignant, quia Polyaenus 3, 10, 4. Σκίρα tum ab Atheniensibus acta esse narrat; hoc enim festum a Scirophoriis probe distinguendum in Pyanepsionem potius mensem hoc est auctumnum incidisse docent Muellerus in Encycl. Hal. Sect. 3. vol. 10. p. 88. et Gerhardus über die Minervenidole Athens, Berl. 1844. 4. p. 14.

[a] In vita Demosthenis p. 3, 11. ed. Reisk. ιη' γὰρ ἐτῶν ἦν, ὅτε πρὸς τούτους ἠγωνίζετο.

sthenem probationem subiise demonstrent, sed hoc solum dicunt, antequam ille archonte Timocrate mense Posideone Ol. 104, 1. divortium fecerit, oratorem et sui juris factum esse et cum tutoribus expostulasse et actionem contra hos instituisse: *ἐγὼ δ' εὐθὺς μετὰ τοὺς γάμους δοκιμασθεὶς ἐνεκάλουν καὶ λόγον ἀπῄτουν καὶ πάντων ἀποστερούμενος τὰς δίκας ἐλάγχανον ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἄρχοντος*: utque mittamus adverbium *εὐθὺς*, in quo omnis illorum argumentatio nititur, non ita urgendum esse, ut vix paucorum dierum intervallum inter nuptias et probationem relinquat[b], eadem sententia est in proxime sequentibus: *μετὰ τοίνυν τοῦτον τὸν ἄρχοντα* 13
Κηφισόδωρος, Χίων· ἐπὶ τούτων ἐνεκάλουν δοκιμασθεὶς, ἔλαχον δὴ τὴν δίκην ἐπὶ Τιμοκράτους, unde si nihil aliud hoc certe colligas, probationem etiam Ol. 103, 3. factam esse posse, neque ullo modo necessarium esse, ut fervidi ingenii adolescens integros viginti quatuor menses exspectaverit, donec turpiter ereptum patrimonium judicio recuperare conaretur. Deinde vero ne potuisse quidem probationem ante Ol. 103, 3. fieri, illustrissima illa narratio prodit, qua Demosthenem accepimus admodum adolescentulum, quum nondum ei per aetatem in forum ingredi liceret, a paedagogo impetrasse, ut clam ipsum ad Callistrati orationem de Oropo audiendam deduceret[c]; quam caussam quum vix ante Ol. 103, 3. orari potuisse constet[d], hoc certe anno illum etiam sub paedagogo fuisse videmus; eundem tamen quum haec ipsa oratio audita adeo incendisse dicatur, ut Platonis disciplina ceterisque artibus juvenilibus relictis totum se ad oratoriam exercitationem conferret[e], ea certe aetate fuisse consentaneum est, qua et eximiae facundiae vim intelligere et futurae gloriae spem animo praecipere posset, quae omnia haud scimus an optime in annum sextum decimum conveniant, quem si Ol. 103, 3. ineunte explevit, etiam hac via ad natalem ejus Ol. 99, 3. ponendum remittimur.

An hujus quoque narrationis non ea fides sit, ut aliquid inde argumenti ad Demosthenicae vitae tempora regenda repetere liceat? Paene credas, quum tot viros doctos, quorum illa videlicet rationes vehementer turbat, ita in eam invadere videas, ut aut prorsus ficticiam perhibeant, aut aliam Callistrati orationem a Demosthene auditam esse suspicentur, aut dubitent, num illa

[b] Recte jam Seebeckius p. 326: *aber was bedeutet ein so vages εὐθὺς, wenn es an einer Stelle steht, wo dem Redner daran liegt, es ganz unwahrscheinlich zu machen, dass Aphobus die ihm bei der Hochzeit vorenthaltene Mitgift seiner Frau nachträglich empfangen habe, und wo es desshalb vor Allem darauf ankommt, den Zwischenraum zwischen der Hochzeit und der von Demosthenes zur Belangung des Aphobus sogleich benutzten Mündigkeitserklärung so kurz als möglich erscheinen zu lassen?* De incerta ejusmodi particularum significatione praeclare egerunt intpp. Propert. 3. 12. 26. et 4. 1. 127.

[c] Plut. V. Demosth. c. 5; cf. Vitt. 10. Oratt. p. 844. et Libanius l. c. p. 2, 28.

[d] Cf. Lehrbuch cit. §. 172. not. 10. praetereaque L. Stacke de Oropo Boeotiae urbe, Marb. 1842. 8. p. 24. Boehnecke p. 82. Moll de Callistrato Aphidnaco in Symb. litt. Amstel. vol. 5. p. 44. Rehdantz p. 111. etc.,

[e] Cf. Hermippus apud Gell. 3, 13; Ammian. Marc. 30. 4.

Callistrati oratio in eum quem diximus annum inciderit; eosdem tamen ubi intellexeris hac sola caussa niti, ut pro concesso et evicto sumant, quod ipsum non huic tantum sed aliis quoque veteris memoriae partibus, velut expeditionibus Corcyraeae et Olynthiacae, prorsus repugnare vidimus, ne his quidem scrupulis deterreberis, quo minus ancipitem oratoris vocem cum diserto et constanti antiquitatis testimonio conciliare, quam propter unam particulam εὐθὺς—hinc enim omnis illa ratiocinatio pendet—tot probatos auctores erroris aut fraudis insimulare malis. Nam quod Bakius se *hac observatione defungi posse* putat, *complura a vitarum scriptoribus et ab ipsis historicis, qui e rhetorica schola prodierint, confingi solere ad ornandum, neque quicquam quod istuc pertineat, in ipsorum oratorum actionibus reperiri* [f], videat ne omnem historiae usum evertat, qui propter errores hinc inde commissos quicquid antiqua fide traditum sit incertum reddat, praesertim in ea caussa, ubi omnino non apparet, quam occasionem Demosthenes usquam hujus rei in actionibus suis commemorandae habuerit; nec si ineptus fabulator, qualem vitarum decem oratorum scriptorem superius cognovimus, ad
14 populi concionem transtulit quae Hermippus, Plutarchus, Libanius in judicio accidisse tradunt, simul cum illo etiam horum auctoritas elevatur. Ne autem cum Frankio, qui alioquin satis sobrie de hac re judicavit [g], in eo offendaris, ut dubites, num Demosthenes, si Ol. 103. 3. demum ad oratoriae artis studia transisset, jam biennio post superatis gravissimis illis quas ei obstitisse legimus difficultatibus, caussas in judicio agere potuerit, primum ut opinamur ne illud quidem constat, eodem anno, quo Aphobi nomen delatum esset, ipsam caussam in judicio disceptatam esse [h], deinde vero haud scimus an experimento opus illi fuerit ad intelligendum, quantum sibi etiam tum ad facultatem oratoriam deesset; eodemque conducit quod apud Plutarchum legimus eum quamvis fausto primarum actionum exitu elatum tamen quum ad populum verba facere ausus esset, spe sua excidisse atque sic demum ad graves illas exercitationes confugisse, unde plenus et perfectus orator prodierit. Unum male habet, quod illud utique a nullo veterum claris verbis traditur, quod Callistratiae illius orationis argumentum fuerit, unde annum quo habita sit certis indiciis colligamus; mirumque in modum diversi viri docti alius Callistratum suam ipsius caussam egisse [i], alius Charetem [k], alius Chabriam ab eo accusatum [l], alius eundem hunc defensum esse statuit [m], fuit etiam, qui satis apte ad per-

[f] Hypomn. 3. p. 375.

[g] In censura libri Westermanniani in Jahnii Annalibus philol. 1838, vol. 23. p. 309.

[h] Plut. V. Demosth. c. 6: ἤρξατο δικάζεσθαι καὶ λογογραφεῖν ἐπ' αὐτοὺς πολλὰς διαδύσεις καὶ παλινδικίας εὑρίσκοντας κ. τ. λ.

[i] Clinton. Fast. Hell. 2. p. 387; Sievers Gesch. Griech. p. 306; Lachmann Gesch. Griech. p. 401; Boehnecke p. 82 etc.

[k] Weiske de Hyperb. 3. p. 16.

[l] Valesius ad Ammian. l. c. p. 643 Gronov.

[m] Meierus in Encycl. Hal. Sect. 3. vol. 5. p. 508; Fuhr ad Dicaearchi fragm. p. 231; Stacke l. c. p. 27.

suadendum orationem ad sociorum concilium arbitrosve inter Athenienses Thebanosque constitutos referret[n]; sed quoquo modo has lites dirimas, dum ne de ipsa Oropo actum esse neges, vix invenies quo tempore tantae gravitatis caussa agi potuerit ante Cephisodorum archontem Ol. 103, 3, quo anno Oropus ab exulibus Themisone Eretriensi adjutore capta Thebanorumque perfidia, qui eam sequestrorum nomine occupaverant, Atheniensibus erepta est. Praecedente certe tempore nihil de Oropiis traditur, quod tantum populi concursum facere posset, ut vel ludorum magistri, quod Plutarchus narrat, de oratore audiendo inter se constituerent; quod oppidum postquam circa Ol. 101, ut videtur in Atheniensium ditionem rediit[o], per integrum illud tempus, in quod Demosthenis pueritia incidit, prorsus quievit neque ante Ol. 103, 3 tanto homini, quantus Callistratus erat, clarissimae orationis habendae occasionem praebuit; tum autem hunc quoque verba facere eo magis consentaneum erat, quo infestiorem se etiam alias Thebanis exhibuit[p], ut si nihil aliud, hoc certe de hac caussa statuere liceat, eum nec ipsum in proditionis suspicionem venire potuisse, et Thebanorum amicos impugnaturum potius quam defensurum fuisse. Itaque omnibus comprehensis id quod initio ponebamus, inter tot pugnantium sententiarum discrimina salvum tutumque praestitisse nobis videmur, neque quicquam coget ut orationem Androtioneam ab ea Demosthenis aetate sejungamus, cui claris veterum testium verbis assignatur; immo tantum abest ut hoc Gellii et Plutarchi testimonium, sicut multis visum est, ceterorum splendore obumbretur, ut nullum esse videatur, in quo erroris originem aut vestigi aegrius deprehendas. Dionysium enim, ut diximus, Midianae tempus, quod recte novit, unius anni discrimine parum intellecto fefellit. Pseudoplutarchi autem calculi eadem via corrumpi potuerunt, qua Boeckhiani eos tueri conati sunt, ut inter annum natalem et Timocratem archontem Ol. 104, 1 integros viginti annos intercessisse putaret; Gellium contra verumque Plutarchum ne qui spreverunt quidem alia ratione errasse criminati sunt, nisi ut eos Dionysium minus accurate secutum esse dicerent; quod si revera fecissent, portenti instar foret eos in eam oratoris aetatem incidisse, cui pleraque quae de ejus adolescentia traduntur apprime convenire neque quicquam repugnare vidimus, quin leni et commoda explicatione removeri possit.

In argumenta Graeca.

509, 10. *προβολή*] Lex. rhet. Seguer. p. 288. Προβολή *καὶ* Προβάλλεσθαι. *τὸ παράγειν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τὸν βουλόμενον, καὶ*

n Voemel. ad Liban. V. Demosth. p. 11.

o Winiewski Comm. hist. ad Demosth. pro Corona p. 26 sqq.

p Cf. Moll. l. c. p. 43, qui hanc in sententiam praeter Cornelium Nep. 15, 6 scite etiam orationem adv. Neaeram p. 1353. et Plut. daem. Socr. c. 32 adhibuit.

ἀποφαίνειν ὡς ἠδίκησεν εἴτις δοκοίη ἀδικεῖν, καὶ τοὺς συκοφάντας καὶ τοὺς περὶ τὰ μυστήρια ἢ Διονύσια ἀδικοῦντας. (Tironibus observo *τὸν βουλόμενον* esse subjectum, objectum autem contineri illis *εἴτις δοκοίη* et quae sequuntur.) Vid. et Timaeum in voce ibique Ruhnk. p. 224. Omnium autem diligentissime de προβολῇ omnia collegit Schoemannus in libro de Comitiis Atheniensium (Gryph. 1819, 8vo.) p. 227. Add. Boeckhium in Comment. de Chronologia Orat. c. Mid. p. 65 seqq. Itaque certum est hodie, προβολὴν factam esse in caussis compluribus quae vel summam reip. vel populi jura spectarent; perverse autem eam a Tayloro in praef. ad hanc or. dici Provocationem ad populum, cum primo potius loco hae caussae ad populum delatae sint, ut praejudicium ejus de reo fieret, quod jam actori ulterius persequendum esset. Bene autem Schoemannus praeeunte Heraldo hanc προβολὴν Latino nomine *querelam* dicit. BUTTM. De probole Schoemannus iterum dixit in Antiq. juris publici p. 232. et Meierus in libro de lite Attica p. 271, sqq., post quos hanc quaestionem denuo tractarunt Bakius in Scholicis Hypomnematis (a. 1844.) vol. 3. p. 31. seqq. et novissime C. F. Hermannus in commentatione Gottingae edita a. 1847. cujus disputationis summa haec est p. 15. "Προβολῆς condicio et indoles erat, ut populus aut lege coactus aut peculiari decreto potestatem faceret apud se arguendorum quos aliquis certi criminis reos facere vellet; quos ubi concio sublatis manibus ad accusationem destinaverat. judicibus poenae tantum aestimatio relinquebatur: nec si in tanta civitatis Atticae libertate, ne dicamus licentia, vel tum fieri poterat ut aut accusator caussam omitteret[q] aut archontes eam recipere detrectarent[r] adeove judices reum impunitum dimitterent. in ipsa oratione Midiana summae severitatis exempla desunt, qua hi προβολὴν ad se delatam capitali poena vindicaverunt. Una restat quaestio, de qua Bakium cum Boeckhio (in Actis Acad. Boruss. a. 1818. p. 66 sq.) contra Schoemannum (de Comit. p. 240.) et Meierum (de lite Att. p. 277.) conjungi videmus, in ipsa poenae aestimatione utrum accusator. quod in γραφαῖς factum esse constat. τίμημα aliquod proposuerit, de quo inter illum et reum disceptaretur, an quod Boeckhius et Bakius volunt. integrum hujus rei arbitrium penes judices fuerit; nec negari potest rem adeo ambiguam esse, ut

[q] Ipsum Demosthenem triginta minis acceptis judicium Midiae remisisse constat ex Aeschin. adv. Ctesiph. p. 61. HSt.; quem vere Bakius annotat non taciturum fuisse, si adversarius ea re, ut apud ipsum est Mid. p. 548, ἠτίμωκεν αὐτὸν οὐκ ἐπεξελθών: vide igitur ne is demum ἀτιμίᾳ obnoxius fuerit, qui caussam ad archontem delatam desereret neque ad rem in judicio disceptandam vocatus responderet; sin privatim composita ne archontem quidem adiisset, vel προβολῇ praegressa impune fuerit.

[r] Ita enim simplicissime explicamus verba nostri Mid. p. 515, 14: κατηγορήσων, ἐπειδή τις εἰσάγει, πάρειμι, quae ne cum Bakio p. 129 ad nescio quod justitium praegressum referamus, ejusdem formulae usus prohibet apud Aristoph. Vesp. 842: ἀλλ' ἅτερός φησιν κύων κατηγορήσειν, ἥν τις εἰσάγῃ δίκην: immo fieri potuisse ut actor juris dictionem non inveniret, clare ostendit oratio adv. Aphob. 2. p. 841: ἀπέκλεισα ὡς διαδικασίας τευξόμενος, οὐ τυχὼν δὲ ταύτης κ. τ. λ.

certis argumentis neutram opinionem refutare liceat." Τίμημα ab accusatore in προβολῇ propositum esse, quod ex p. 523, 1. colligi posse videatur, recte negari puto ab Hermanno, de quo paullo post et in annotatione ad illa verba dicetur. Illud vero non est extra dubitationem positum, judicibus ad quos post προβολὴν caussa delata esset non de culpa denuo cognoscendum, sed poenae tantum aestimationem relictam fuisse. Cui sententiae quae obstare videantur Hermannus ipse optime perspexit et repugnantia inter se conciliare studuit p. 9—11. his fere verbis usus. "Totam orationem contemplanti mirum videatur, quomodo orator in ea actionis parte, cui nullam aliam praecessisse apertum est, tot verbis de poena disserat, cui in legitima judiciorum publicorum forma peculiaris locus ad disceptandum datus erat[s], cf. p. 518: ἐν γὰρ οὐδέν ἐστιν ἐφ' ᾧ τῶν πεπραγμένων οὐ δίκαιος ὢν ἀπολωλέναι φανήσεται: p. 537. εἰ τοίνυν τις ὑμῶν ἄλλως πως ἔχει τὴν ὀργὴν ἐπὶ Μειδίαν, ἢ ὡς δέον αὐτὸν τεθνάναι, οὐκ ὀρθῶς ἔχει: p. 544. τῆς γε ὕβρεως μικρὰ δίκη θάνατος φαίνεται: p. 547. δικαίως ἂν ὑμᾶς ἐκ τῶν εἰρημένων καὶ καταψηφίσασθαι καὶ τιμᾶν αὐτῷ τῶν ἐσχάτων: p. 553. πῶς οὐ δεκάκις, μᾶλλον δὲ μυριάκις, δίκαιός ἐστιν ἀπολωλέναι: p. 557. καὶ τόπος οὐδείς ἐστιν ἐν ᾧ τοῦτον οὐ θανάτου πεποιηκότα ἄξια πολλὰ εὑρήσετε: p. 560. ἐὰν δὲ μὴ δύνηται, διὰ ταῦτ' ἀπολωλέναι πολὺ μᾶλλον etc.; quod si, ut Schoemanno (l. c. p. 228.), Hefftero (de jud. Athen. p. 231.); aliis placet. ea tantum προβολῆς vis fuerit. ut accusator publico praejudicio munitus ἀσεβείας vel ὕβρεως vel quocunque nomine γραφὴν institueret. sane praepostere Demosthenes egisset. si eo loco, ubi ante omnia et commissum facinus et criminis nomine dignum esse demonstrare debebat. poenae destinationem praecepisset, quemque ne puniri quidem reum oportere constaret, extremi supplicii efflagitatione persecutus esset; recte et ordine ita demum omnia procedent. ubi eam hujus judicii naturam statuerimus. ut μιᾷ ψήφῳ, quae ipsius Demosthenis verba sunt p. 586., totum negotium conficeret nec de culpa rei prius quam de ipsa poena decerneret. Neque singuli loci desunt, ubi jam populi suffragiis ea vis tribuitur. ut Midias pro convicto et damnato haberi possit; cf. p. 519. καὶ οὐδ' ἂν ἐπεχείρησα ἔγωγε κατηγορεῖν αὐτοῦ νῦν, εἰ μὴ καὶ τότε ἐν τῷ δήμῳ παραχρῆμα ἐξήλεγξα: p. 563. ἥλωκεν ἤδη καὶ κατεψήφισται. τίνος τιμήσειν αὐτῷ προσδοκᾷς τὸ δικαστήριον: p. 584. ἤκουσεν ὁ δῆμος τὰ πεπραγμένα τούτῳ· τί οὖν; ὑμῖν καταχειροτονήσας παρέδωκε: p. 586. ἐπειδὴ δ' ἐξελήλεγκται καὶ προκατέγνωκεν ὁ δῆμος τούτου, ubi ne quis illud πρὸ nimis urgeat, statim sequitur: οὐ περὶ τὴν ἑορτὴν ἀσεβῶν οὗτος ἥλωκε, neque ipsum καταγιγνώσκειν non magis ad culpam quam ad poenam pertinere ex p. 571. apparet, ubi postquam orator: βούλομαι

[s] Cic. Orat. 1. 54: *erat enim Athenis, reo damnato, si fraus capitalis non esset* (hoc est nisi lex solam mortis poenam constituisset), *quasi poenae aestimatio;* cf. Aeschin. Ctesiph. p. 82, 12., Demosth. Fals. legat. p. 434., Aristog. 1. p. 794 extr. adv. Neaer. p. 1347 etc.

τοίνυν, inquit, *καὶ ὅσων ἤδη καταχειροτονήσαντος τοῦ δήμου περὶ τὴν ἑορτὴν ἀδικεῖν κατεγνώκατε εἰπεῖν*, mox ibid. sequitur: *εἰσελθόντα δὲ εἰς τὸ δικαστήριον ἠβούλεσθε μὲν θανάτῳ κολάσαι*, itemque in alio exemplo p. 572. *ἑτέρου τοίνυν ὅτε δῆμος ἅπας κατεχειροτόνησεν ἀδικεῖν περὶ τὴν ἑορτὴν καὶ ὑμεῖς εἰσελθόντα ἀπεκτείνατε*[t]: quod si Demosthenes p. 521. Midiae criminibus enumeratis *πάντων ἀθρόων ἓν τίμημα ποιήσασθαι* judices jubet vel p. 564. non dubitat quin tantam ei poenam irrogaturi sint, ut finis superbiae imponatur—*τοῦτο δ' ἐστὶ μάλιστα μὲν θάνατος, εἰ δὲ μή, πάντα τὰ ὄντα ἀφελέσθαι*—non est cur hoc alius judicii de culpa faciendi intervallo a litis ingressu disjunctum fuisse credamus. At, inquiunt, nonne ipse Demosthenes p. 516. convicturum se Midiam etiam apud judices pollicetur? nonne totam rem, quemadmodum gesta sit, narrat testibusque confirmat, ut eam ex hac sola oratione nihilo secius intelligamus, ac si nulla *προβολὴ* antegressa integra nunc primum ad judices deferatur? postremo quod gravissimum est, nonne identidem ita loquitur, ut judices Midiam si vellent etiam protinus absolvere potuisse videamus? cf. p. 546. *τὸν τηλικαύτας δίκας λαμβάνοντα ὧν αὐτὸς ἠδικῆσθαί φησι μόνον, τοῦτον ὑβρίζοντα λαβόντες εἴς τινα τῶν πολιτῶν ἀφήσετε; οὐ καταψηφιεῖσθε;* p. 583. *ἐπειδὴ δὲ κεχειροτόνηται μὲν ὕβρις τὸ πρᾶγμα εἶναι . . . τηνικαῦτ' ἀποψηφιεῖσθε ὑμεῖς;* p. 584. *ἀλλ' ἐὰν μὲν κολάσητε, δόξετε σώφρονες εἶναι καὶ μισοπόνηροι, ἂν δ' ἀφῆτε, ἄλλου τινὸς ἡττῆσθαι:* p. 585. *τότ' ὀργιεῖσθε, νῦν ἀφέντες; μηδαμῶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι:* unde liquido apparet populi praejudicium neutiquam adeo ratum firmumque fuisse, ut judicibus nihil nisi major minorque poenae gradus definiendus relinqueretur. Verum; neque ei sumus, qui ulla lege constitui Athenis potuisse arbitremur, ut judices populi scitis obtemperarent neque ipsi potius occasione oblata de his quicquid aequum justumque videretur statuerent[u]; hi enim jurejurando astricti solas leges observabant[x], sive leges silerent, suum justitiae sensum sequi ipsa jurisjurandi formula jubebantur[y]; populum in concione ipsi

[t] *Καταγιγνώσκειν τινὸς θάνατον* dicunt Thucyd. 3. 81, Lysias adv. Alcib. 1. p. 141, 12., Xenoph. M. Socr. 4. 8, 1., Isocr. Paneg. p. 73 D. etc. Difficilior quaestio est, num populus etiam *καταψηφίζεσθαι* dici possit, quod plerumque judicum proprium est, eratque quum Mid. p. 563, *ἥλωκεν ἤδη καὶ κατεψήφισται* ad Heliaeae judicium referremus, perfectis hypothetice intellectis, ut Aeschyl. Eum. 880: *καὶ δὴ δέδεγμαι*, Eurip. Medea 390: *καὶ δὴ τεθνᾶσι*: [Horum locorum aliorumque multorum, in quibus *καὶ δὴ* sententiam hypotheticam facit, diversa ratio est. G. DINDORF.] habemus tamen etiam de populo Xenoph. Hellen. 1. 7. 34, *κατεψηφίσαντο τῶν ναυμαχησάντων στρατηγῶν*, ubi Axiochus p. 368 D: *κατεχειροτόνησαν τῶν ἀνδρῶν ἄκριτον θάνατον*, similique in caussa Demosth. Fals. legat. p. 350: *οὗ θάνατον κατεχειροτόνησεν ὁ δῆμος.*

[u] Dem. Timocr. p. 746: *ἁπάντων γὰρ κυριώτατον ᾤετο δεῖν εἶναι τὸ δικαστήριον καὶ ὅ, τι γνοίη τοῦτο παθεῖν τὸν ἁλόντα.* cf. Eubul. p. 1316: *ὁρῶ γὰρ οὐ μόνον τῶν ἐμοῦ ἀποψηφισαμένων Ἁλιμουσίων κυριώτερα ὄντα τὰ δικαστήρια, ἀλλὰ καὶ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου· κατὰ γὰρ πάντα αἱ παρ' ὑμῖν κρίσεις εἰσὶ δικαιόταται.*

[x] Mid. p. 527: *τοὺς νόμους ἤδη σκοπεῖν δεῖ, ὦ ἄνδρες δικασταί· κατὰ γὰρ τούτους δικάσειν ὀμωμόκατε*: cf. pp. 515. 572. 575. 582., item Theocrin. p. 1329. pluraque apud Platner. vol. 1. p. 25 et 81 sqq.

[y] *Περὶ ὧν ἂν νόμοι μὴ ὦσι, γνώμῃ τῇ*

veteres intelligebant temporaria tantum commoda respicere [z]; quae si maxime postularent aliquem ex civibus puniri, populus raro tantum nec sine iniquitatis specie ultra accusationem progrediebatur [a]; neque hac sententia aut ipsi repugnamus aut Bakium repugnaturum esse arbitramur, quo minus in *προβολῇ* quoque populi suffragia praejudicium tantum effecisse videantur. At aliud opinamur est praejudicium irritum facere, aliud ab integro judicare, quasi praejudicium accusatoris tantum caussa factum sit; quod etsi judices non tenebat, formam tamen judicii ita immutare poterat, ut vel in summa judicandi libertate princeps quaestio de poena reo irroganda esset nec nisi hac neganda judices reum absolvere possent; eamque ipsam ut *προβολῆς* naturam fuisse statuamus, et confusa quam diximus ex criminatione et vindictae postulatione orationis nostrae indoles, et illud movet quod superius vidimus Demosthenem non de criminis nomine sed de poenae severitate cum adversario disceptare. Immo ipsa illa remissio, quam identidem judicibus dissuadet, haud scimus an jam in ea re cerni potuerit, ut judices dicis caussa, ut ajunt, exigua multa imposita reum dimitterent; id quod ipsos Midiae amicos aut sperare aut deterrendi caussa sibi minari Demosthenes significat p. 563. *σκόπει δὴ μὴ τούτοις αὐτὸν ἐξαιτήσηται καὶ ἐλάττω πολὺ τῇ πόλει καταθεὶς, ἢ ὅσα σοι δίδωσι, καταγελάσῃ.* Id igitur ut avertat, totum negotium denuo judicum animis proponit, testibus illustrat, argumentis probat, non tamen ut velut ignaros doceat, sed ut moneat ne aut se ultione quasi publice sibi promissa privent aut hominem communi omnium libertati adeo infestum, ubi semel potestas facta sit, a cervicibus suis amoliri negligant; nec si Midiam identidem provocat, ut se non fecisse quorum insimuletur probet (p. 523. 527.), ideo facti controversiam in judicio versari indicat, sed hoc quoque ad poenae modum spectat, quem quum Midias calumniis et excusationibus minuere studeat, Demosthenes nisi plane purgando extremi supplicii severitatem effugi non posse respondet; quae quum ita sint, si hoc tantum quaeritur, post populi sive judicium sive praejudicium—haec enim verborum modo lis est—utrum Heliastas denuo de culpa cognoscere an statim poenae discrimine proposito vel punire reum vel impunitum dimittere necesse fuerit, posteriorem sententiam amplecti non dubitamus."

Haec Hermannus. Quae apparet ad extremum eo redire ut quavis in caussa per *προβολὴν* ad populum delata populi de culpa accusati sententia irrita reddi potuerit ab judicibus vel nulla vel exigua, quae criminis quod populus agnovisset magnitudinem non aequaret, poena *dicis caussa*, ut ait Hermannus, irroganda. Sed fatendum auctoritati populi melius consultum

δικαιοτάτῃ κρίνειν, Poll. 8, 122; cf. Demosth. Lept. p. 492. Boeoti de nom. p. 1006. Eubul. p. 1318. Aristocr. p. 652.

[z] Thucyd. 3, 44: *ἡμεῖς δὲ οὐ δικαζόμεθα πρὸς αὐτοὺς, ὥστε τῶν δικαίων δεῖν, ἀλλὰ βουλευόμεθα περὶ αὐτῶν, ὅπως χρησίμως ἕξουσι.*

[a] Staatsalterth. §. 133, not. 11.

videri si *προβολῆς* non alium finem fuisse statuamus quam ut accusator praejudicium quoddam populi nancisceretur. quo. nisi *προβολὴ* a populo rejecta eoque pacto reus absolutus esset, nihil aliud declararetur quam videri accusationem esse ejusmodi ut caussa ab judicibus cognoscenda et secundum leges judicanda sit. Cujus instituti rationes probabiles reddiderunt Schoemannus et Meierus, etsi eorum sententia ab mea differt eo quod populum certam, non aliqua ex parte ambiguam, de culpa sententiam pronunciasse statuunt, moti haud dubie verborum *ἀποχειροτονεῖν* et *καταχειροτονεῖν* in *προβολῇ* usu, quibus non mihi videtur illud effici. Nam etiam qui populi sententia ad judicii subeundi periculum damnaretur recte dici poterat *καταχειροτονεῖσθαι* (quemadmodum qui *προβολῇ* rejecta periculo illo liberaretur *ἀπεχειροτονεῖτο*), quum praesertim raro accidisse credibile sit ut qui populi praejudicio quodammodo jam damnatus esset postmodum ab judicibus absolveretur. Quodsi de *προβολῆς* natura recte judicavimus, illud quoque idoneam rationem habuisse apparebit quod Hermannus alia usus ratione contendit, poenae aestimationem alienam fuisse a concione populi. Nam si populus de probabilitate tantum culpae judicium faceret, rationi tanto magis consentaneum erat poenae aestimationem judicibus relinqui accuratius rem exploraturis.

509, 14. *ὑποτιμήσεως*] *ὑποτίμησις, ὑποτιμᾶν*, verba sunt forensia quorum tamen ob raritatem exemplorum difficilis est explicatio. Mihi primaria verbi significatio videtur esse de eo, qui suam rei alicujus aestimationem primus prodit, et ita contrahendo negotio velut substernit. Sic usurpatur de pretio, quod venditor primus merci suae statuit. Alexis ap. Ath. 6. p. 226. *Τῶν ἰχθυοπωλῶν ὅστις ἂν πωλῶν τινα Ἰχθὺν ὑποτιμήσας, ἀποδῷ γ'* (male vulgo *τ'*) *ἐλάττονος Ἧς εἶπε τιμῆς.* Hinc in universum de quacunque aestimatione quam *in mea re ipse* facio, ut Aristot. Oec. 2, 35. *τοὺς δὲ φόρους πράσσεσθαι ἐκέλευεν ὅσους αὐτοὶ ὑπετιμήσαντο.* Huc itaque pertinet illa vel e Ciceronis de Orat. 1, 54. nobilis *poenae aestimatio* apud Athenienses, qua "interrogabatur reus, quam quasi aestimationem commeruisse se confiteretur," quaeque verbo *ὑποτιμᾶσθαι* designatur Apol. Socr. Xenophontea c. 23. *πρῶτον μὲν γὰρ κελευόμενος ὑποτιμᾶσθαι, οὔτε αὐτὸς ὑπετιμήσατο, οὔτε τοὺς φίλους εἴασεν, ἀλλὰ καὶ ἔλεγεν ὅτι τὸ ὑποτιμᾶσθαι ὁμολογοῦντος εἴη ἀδικεῖν.* Quandoquidem autem propria haec aestimatio fere fiebat in oppositionem ejus quam accusator fecisset, hinc eadem res et *ὑποτιμᾶσθαι* et *ἀντιτιμᾶσθαι* dicebatur, ut observatum est viris doctis ad locum Xenophonteum. Atque ita apparet quo sensu *ὑποτίμησιν* hinc dixerit Libanius, quamvis me quidem judice non satis accurate ille loquens. Ex illa autem, excipiendi et objiciendi in caussa propria, notione, facile apparet, quomodo apud sequioris aevi scriptores natus sit sensus *excusandi* et *caussandi*, quem satis astruxerunt Ruhnkenius ad Hesych. in v. Schneider. in lexico: neque est cur in loco Plutarchi Camill. 40. *οὔτε ὑποτίμησιν εἰπὼν ὡς πρότερον, οὔτε προ-*

φάσει χρησάμενος, in ea, quae videtur ibi indicari, diversitate haereamus; ὑποτίμησις enim est *excusatio* et πρόφασις *caussa* sive *praetextus*. In omnibus autem his exemplis vides propriae rei vel caussae notionem manere; ut merito mireris usurpatam etiam esse de correctione aestimationis ab alio in illius re factae, quod de loco altero in Aristotelis Oeconomico 2, 5. docent et Schneider. et Boeckhius (Oecon. Athen. vol. 2. p. 45.). Neque tamen, si satis firma est ejus unius loci et lectio et ratio, est cur ab illa nostra hujus verbi tractatione ideo recedamus. Nam in tanta sensuum et notionum, in rebus potissimum quotidianis, fluctuatione facile fieri potuit ut vocabulum hoc significationem *excipiendi* et *objiciendi*, quam in plerisque ex illis exemplis servat, solam tandem retinuerit et illam de *re propria* amiserit. Quo minus autem cum Schneidero ab illa *contra aestimandi* notione ordiar, facit potissimum ille qui est in Alexidis loco allato usus, ad quem hac ratione non satis commode pervenias. BUTTM.

509, 14. οὐ γὰρ—ὁρικὸς οὖν ὁ λόγος τῇ στάσει] Hoc manifesto ex Hermogenis doctrina fluxit, cujus exemplo posteri omnes hanc orationem ad ὁρικὸν sive definitivum causarum genus retulerunt [b]; eadem vero antecedentibus quoque Libanii verbis pro fundamento sunt, si quidem ita colligit: solam poenae existimationem in judicio agi, quia non facti sed nominis controversia sit, τοῦ μὲν Μειδίου λέγοντος ὕβριν εἶναι τὸ πραχθὲν, ἐπειδὴ ἔτυψεν ἄνδρα ἐλεύθερον, τοῦ δὲ Δημοσθένους ἀσέβειαν, ἐπειδὴ χορηγὸς ἦν ὁ τυφθεὶς καὶ ἐν Διονυσίοις καὶ ἐν θεάτρῳ: quaeritur igitur, verane haec caussae constitutio sit, an falsam propositionem falsa etiam conclusio sequatur? Atque hoc loco facere non possumus quin candide profiteamur nobis vel Libanium vel Hermogenem et ipsos errasse et aliis errandi caussam exstitisse videri, ut hoc maxime agi in Midiana existimarent, utrum ὕβρεως an ἀσεβείας reus condemnetur. Nam quum recte intellexissent στοχασμῷ sive conjecturali constitutioni in hac caussa locum non esse, ordine in rhetorum scholis recepto ad ὅρον transgressi haeserunt in eo, quod Demosthenes augendae atrocitatis caussa bis terque ἀσεβεῖν Midiam arguit eoque nomine injuriam ab eo acceptam simplici ὕβρει opponit: cf. p. 530. εἰ μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ χορηγὸς ὢν ταῦτ' ἐπεπόνθειν ὑπὸ Μειδίου, ὕβριν ἄν τις μόνον κατέγνω τῶν πεπραγμένων αὐτῷ, νῦν δέ μοι δοκεῖ κἂν ἀσέβειαν εἰ καταγιγνώσκοι, τὰ προσήκοντα ποιεῖν: et p. 532. τὸν οὖν εἴς τινα τούτων τῶν χορευτῶν ἢ τῶν χορηγῶν ὑβρίζοντα ἐπ' ἔχθρᾳ καὶ ταῦτ' ἐν αὐτῷ τῷ ἀγῶνι καὶ ἐν τῷ τοῦ θεοῦ ἱερῷ, τοῦτον ἄλλο τι πλὴν

[b] Hermog. de stat. c. 4. p. 36: τοῦτο καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου πεποίηκε· φάσκοντος γὰρ τοῦ Μειδίου ὕβριν εἶναι καὶ ἰδιωτικὸν, ἀλλ' οὐ δημόσιον ἀδίκημα, τὸ περὶ τὴν ἑορτὴν συνάγει ἑκάτερα καὶ τὸ τῆς ὕβρεως καὶ τὸ περὶ τὴν ἑορτὴν ἀδικεῖν: cf. de invent. 3. 2. p. 103: καὶ ἐν τῷ κατὰ Μειδίου ὅρου οὔσης τῆς στάσεως, ejusdemque interpretes quum alios tum Tzetzen in Crameri Anecdd. Oxon. vol. 4. p. 67: ὁ γὰρ κατὰ Μειδίου πρὶν προειρημένος λόγος ὑπάρχει κατὰ σύλληψιν ὅρος, ὡς προεγνώκεις· τοῦ γὰρ Μειδίου λέγοντος ὕβριν τὸ πεπραγμένον, ἀσέβειαν οὐκ εἶναι δὲ πληγὰς τοῦ Δημοσθένους, ὁ Δημοσθένης συλλαβὼν ἄμφω τὰ δύο λέγει καὶ ὕβριν καὶ ἀσέβειαν εἶναι τὸ πεπραγμένον κ. τ. λ.

ἀσεβεῖν φήσομεν; propius tamen examinantibus et haec ita dicta esse apparebit, ut vix credibile sit cardinem accusationis in ea re positum esse, quam orator tanquam cumulum tantum exaggerandis ceteris criminationibus adjiciat [c], nec quae aut de populi decreto narrantur aut per prolepsin vel hypophoram Midiae deprecanti tribuuntur, nominis potius quam qualitatis controversiam produnt; denique ne si evicisset quidem Midias, quo illi eum per definitionem tendere volunt, non ἀσέβειαν sed ὕβριν facinus suum appellandum esse, in ἀγῶνι τιμητῷ, qualem ὕβρεως γραφὴν aeque ac ἀσεβείας fuisse certum est [d], minus ideo extremae poenae severitati obnoxius erat; cur igitur Demosthenem pro genere et gravitate criminis titulum sectantem faciamus? Populum certe claris verbis ὕβριν τὸ πρᾶγμα εἶναι χειροτονῆσαι ait p. 583., neque si ejusdem καταχειροτονίας argumentum p. 578. dicitur ἀσεβεῖν περὶ τὴν ἑορτὴν, novum id crimen est, sed condicio tantum, sine qua προβολῆς forma τῷ ὑβρισθέντι uti non licuit; huic igitur ut constet, adversarium sic provocat p. 523. ὡς οὐ πεποίηκεν ἃ κατηγόρηκα ἢ πεποιηκὼς οὐ περὶ τὴν ἑορτὴν ἀδικεῖ, τοῦτο δεικνύτω, τοῦτο γὰρ αὐτὸν προὐβαλόμην καὶ περὶ τούτου τὴν ψῆφον νῦν οἴσετε ὑμεῖς: non tamen quo ἀσεβείας caussa apud judices agatur, sed ut p. 516. est: πληγὰς εἰληφὼς καὶ ὑβρισμένος οἷα οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος πώποτε χορηγὸς ὑβρίσθη, ἣν ὑπὲρ τούτων ἀγανακτήσας καὶ συνοργισθεὶς καταχειροτονίαν ὁ δῆμος ἐποιήσατο ταύτην εἰσέρχομαι, nimirum ut hoc Heliaeae dijudicandum subjiciat p. 516. πότερον ἐξεῖναι δεῖ τὰ τοιαῦτα ποιεῖν καὶ εἰς τὸν τυχόνθ' ὑμῶν ἀδεῶς ὑβρίζειν ἢ μή: cf. pp. 526. 527. 535. 537. 538. 544. 548. 559. 564. 569. 573. 579. 581. 582. 584; immo ubi totam orationem disponit p. 521, non ἀσέβειαν memorat, sed ἐξελέγξω δὲ, inquit, πρῶτον μὲν ὅσα αὐτὸς ὑβρίσθην, ἔπειθ' ὅσα ὑμεῖς, μετὰ ταῦτα δὲ καὶ τὸν ἄλλον βίον αὐτοῦ πάντα ἐξετάσω: nec dei mentio pp. 527. 534. 556. 586. exstans judicialem magis quam oratoriam vim habet; cf. et p. 562. μὴ τοίνυν ὑμῖν πρὸς τῷ μὴ καλὸν μηδὲ θεμιτὸν μηδὲ ὅσιον νομίζετε εἶναι τοιούτων ἀνδρῶν ἀπογόνοις οὖσι πονηρὸν καὶ βίαιον καὶ ὑβριστὴν λαβοῦσιν ἄνθρωπον συγγνώμης ἀξιῶσαι. Ipse porro Midias tantum abest ut ὕβριν confiteatur, ἀσέβειαν modo a se amoliri studeat, ut ipsa verba, unde maxime rhetores constitutionis suae argumentum repetiisse videntur,

[c] Senserunt hoc etiam catissimi Hermogenis interpretes apud Walzium vol. 4. p. 524: ζητεῖται δὲ παρὰ Δημοσθένει, τί δήποτε καὶ ἀσέβειαν ἐγκαλῶν τῷ Μειδίᾳ ἐπὶ πολὺ τῷ περὶ τῆς ὕβρεως ἐπεξῆλθε λόγῳ, ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων ἐπιχειρῶν καὶ λέγων ὅτι οὐδὲ τοὺς δούλους ὑβρίζεσθαι συγκεχώρηκεν ὁ νόμος: nec quae his scrupulis removendis afferunt magis nos movent, quam si quis ἀσεβείας crimen inveniat p. 551 extr. aut p. 553: καίτοι πῶς οὐ δεινὸν, μᾶλλον δὲ ἀσεβὲς, λέγειν ὡς φονεὺς καὶ πάλιν ὡς οὐκ εἴρηκε τοῦτο ἀπομνύναι: nisi forte homicidii quoque crimen Midiae intendi velint propter p. 549: ἐγὼ μὲν γὰρ αὐτὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομίζω αὐτόχειρά μου γεγενῆσθαι τούτοις!

[d] Lysias apud Etym. M. p. 774: καίτοι τίς οὐκ οἶδεν ὑμῶν ὅτι ἡ μὲν αἰκία χρημάτων ἐστὶ μόνον τιμῆσαι, τοὺς δὲ ὑβρίζειν δόξαντας ἔξεστιν ὑμῖν θανάτῳ ζημιοῦν; cf. Demosth. Mid. p. 530., Aeschin. Timarch. p. 3. HSt. (42. Reisk.) Aristot. Rhetor. 1, 14, 3 ejusdemque Problem. 29, 16: ἐπὶ δὲ ὕβρει τίμησις τί χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι.

p. 522. ἐστὶ δὲ πρῶτον μὲν ἐκεῖνο οὐκ ἄδηλος ἐρῶν, ὡς εἴπερ ἀληθῶς ἐπεπόνθειν ταῦτα ἃ λέγω, δίκας ἰδίας μοι προσῆκεν αὐτῷ λαχεῖν . . . βλάβης, ὧν δ' εἰς τὸ σῶμα ὑβρίσθαι φημὶ ὕβρεως, οὐ μὰ Δί' οὐχὶ δημοσίᾳ κρίνειν αὐτὸν, totius actionis calumniam contineant non ab ἀσεβείας γραφῇ sed a προβολῇ repetitam [e], qua negat Demosthenem usurum fuisse, si jure potius suo quam populi favore confisus esset; deinde rem ad privatas inimicitias revocat. Demostheni invidiam excitare studet, sua merita jactat, aliorum exempla colligit, quibus impune fuerit contumeliam civibus intulisse. quid multa? quibus potest modis ipsam ὕβρεως speciem extenuat, neque ullum magis impugnandi locum adversario praebet, quam ut quicquid fecerit ὕβρει, id est animo injurioso, fecisse intelligatur [f]; cui si hic insuper passim deorum immortalium religiones laesas adjungit, non hoc spectat, ut propterea alia poena Midias damnetur, sed ut eam, quam jam propter ὕβριν satis superque meruerit (p. 544.), eo certius inveniat. Hoc igitur primarium crimen est, quod orator persequitur, hoc argumentis testibus legibus confirmat, hoc judices ulcisci jubet, impietatis autem cumulo eo tantum consilio utitur, quo etiam προβολῆς beneficio quam γραφῇ uti maluit, ut velut subsidium ultioni suae remque publicam et ipsos deos auxiliantes haberet; cf. p. 525. εἰ δὲ χορηγὸν ὄντα ὑμέτερον ἱερομηνίας οὔσης πάνθ' ὅσα ἠδίκηκεν ὑβρίσας φαίνεται, δημοσίας ὀργῆς καὶ τιμωρίας δίκαιός ἐστι τυγχάνειν: quod si in concione ea maxime quaestio agebatur, utrum religiones an solum Demosthenem Midias laesisset [g], quo decerneretur, utrum populi suffragiis fretus an privato nomine in judicium descenderet, probata προβολῇ apud judices non contumelia magis impietatis quam haec contumeliae accessione ingravescebat [h], neque hoc Demostheni propositum est, ut tanquam rhetorum discipulus *crimina rasis libret in antithetis*, sed ut cives, rem publicam, deos immortales, omnia pariter secum laesa demonstrando nullum adversario exitum, nullum refugium relinquat. C. F. HERMANN. l. c. p. 6—8.

[e] Erravit hoc nomine ipse hujus disputationis scriptor Lehrb. d. griech. Staatsalterth. §. 135, not. 7.

[f] Sic p. 527: ἀλλὰ μὴν ὁπηνίκα καὶ πεποιηκὼς ἃ κατηγορῶ καὶ ὕβρει πεποιηκὼς φαίνεται, hoc est βεβουλευμένως, cf. p. 527. 538., item adv. Conon. p. 1259., et Isocr. adv. Lochit. §. 6, unde recte Platnerus p. 194 ὕβριν potissimum in animo injuriandi posuit, modo ne Demosthenem ipsum sibi contradicere criminaretur, qui quum p. 526. ab iracundo ὕβριν alienam judicet, tamen p. 527. quod quis ἄφνω τὸν λογισμὸν φθάσας ἐξαχθῇ πρᾶξαι, itidem ὑβριστικῶς fieri concedat; ὑβριστικῶς enim externam injuriae speciem significat, quam ipsam orator negat, si reus δι' ὀργὴν πεποιηκέναι caussetur, veram injuriam continere.

[g] Mid. p. 583: καὶ γὰρ εἰ μὲν τόθ' ὅτ' ἦν ἡ προβολὴ, τὰ πεπραγμένα ὁ δῆμος ἀκούσας ἀπεχειροτόνησε Μειδίου, οὐκ ἂν ὁμοίως ἦν δεινόν· καὶ γὰρ μὴ γεγενῆσθαι, καὶ μὴ περὶ τὴν ἑορτὴν ἀδικήματα ταῦτ' εἶναι, καὶ πολλὰ ἂν εἶχέ τις αὐτὸν παραμυθήσασθαι. Tunc igitur et facti et nominis controversia erat; nunc si judices Midiam absolvant, nihil relinquitur, nisi ut leve facinus dignumque qui injuriam patiatur Demosthenem existiment.

[h] Mid. p. 572: εἷς μὲν οὗτος ἐξ ἰδίου πράγματος, οὐδεμιᾶς ὕβρεως προσούσης, ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ παραβῆναι τὸν νόμον τοσαύτην ἔδωκε δίκην: hujus igitur crimen, quamvis et ipse περὶ τὴν ἑορτὴν ἠσέβησε, levius tamen quam Midiae videtur, quia ὕβρις abest.

509, 17. στάσει] De *constitutione caussarum*, vel statu, et quidem hac potissimum *definitiva* (ὁρικὴ στάσις) consulendus est Cic. de Inv. 1, 8. (10.), item Quint. 3, 6, 79. et passim eo capite; loquitur enim Fabius ut de nota re, neque justam adhibet definitionem. *SP.* (i. e. Spaldingius).

509, 21. καὶ ἐν Διονυσίοις καὶ ἐν τῷ θεάτρῳ] Subaudi τετύπτηται. SCHAEF.

510, 10. Διονύσια] De Dionysiis quae tradit plena sunt errorum. Quattuor in antiquis monumentis memorata inveniuntur Bacchi festa Athenis celebrata. Ruralia, Urbana, quae et Magna, Lenaea, Anthesteria. Sed cum junctim omnia nusquam memorentur, immo in aliquot auctorum locis diserte nonnisi tria, factum est ut viri docti, usque ad haec novissima tempora, tria tantum Bacchi festa agnoscerent, dum Lenaea eadem esse statuunt alii cum Ruralibus Dionysiis, alii cum Anthesteriis. Quod magnum inter eos certamen Boeckhius, in Commentatione de Lenaeis (in Actis Acad. Berolin. 1817.), dirimere tandem conatus est ita, ut primus inter recentiores *Lenaea* tanquam peculiare festum vindicaret, et Gamelioni mensi assignaret[i]. Quo pacto quattuor illa festa in quattuor menses contiguos cadunt: Ruralia in Posideonem, qui mensis solstitium hibernum fere antecedebat. Lenaea in Gamelionem. Anthesteria in Anthesterionem. Urbana denique in Elaphebolionem, qui aequinoctium vernum attingit.—Anthesteria licet a grammaticis interdum vocabulo Διονύσια explicentur, apud antiquos tamen illo vocabulo solo appellabantur, quod a nullo dei nomine, sed ab anni tempore primisque floribus, quorum usus in eo festo erat, derivatum est. Quod autem in Euegori lege (Orat. p. 517.) nulla fit Anthesteriorum mentio, ejus caussam satis probabilem affert Boeckhius hanc, quod ejus legis tempore nulla per illud festum videntur celebrata esse chorica certamina. Sed alia multa esse potuerunt nobis prorsus ignorata, quibus haec sacra a Dionysiis proprie sic dictis diversa essent. Neque auctorem alterius argumenti Midianae orationi praefixi, quantumvis in ceteris errantem, hoc temere dixisse putem, διπλᾶ, sicut Panathenaea, fuisse etiam Διονύσια, μικρά τε καὶ μεγάλα. Nam Ruralia Dionysia ad urbem non spectabant, Anthesteria non dicta sunt Dionysia: ita remanent τὰ Μεγάλα Διονύσια, opposita hoc nomine τοῖς Μικροῖς, quae erant τὰ ἐπὶ Ληναίῳ[k].

Jam si quaeras quo potissimum festo Demosthenes a Midia vapularit, nos, cum Διονύσια simpliciter hic appellentur, hoc nonnisi de *Magnis Liberalibus* intelligi posse contendimus. Id quod re ipsa et ex lege apud nostrum p. 517. confirmaretur, si de

[i] [Cum Boeckhii commentatione comparetur C. Thirlwalli dissertatio "*On the Attic Dionysia*" in *The Philological Museum*, a. 1833, vol. 2. p. 273.—307. G. DINDORF.]

[k] [Non debebat dubitare Buttmannus quin nomina τῶν μεγάλων et τῶν μικρῶν Διονυσίων grammatici illius invensint. G. DINDORF.]

Pandiis nobis constaret. Sed de his Harpocration ita tantum: Πάνδια, ἑορτή τις Ἀθήνησι μετὰ Διονύσια ἀγομένη: quam eadem ambiguitate laborantem explicationem non temere ex ipso Demosthenis loco desumptam dicas Itaque cum Jovis sacrorum nomen satis notum sit Διάσια, idque festum a schol. Aristoph. Nub. 407. mensi Anthesterioni assignetur, Taylorus, eadem esse Diasia et Pandia statuens, injuriam Demosthenis ad Anthesteria refert. Enimvero ex loco Demosthenis, ut observatum est ibi, patet Pandia proxime subsecuta esse festum Dionysiorum: Choes autem, qui est Anthesteriorum dies secundus, teste Thucydide 2, 15. celebrabantur mensis die 12., Diasia, ut e cod. Rav. emendate nunc in scholio illo editur, η' φθίνοντος, qui est mensis totius 23. (v. Boeckh. l. c. p. 112. not.), unde efficitur spatium 10 dierum inter Anthesteria intercedere et Diasia. Mihi contra, ut dixi, sola appellationis ratio Magna Dionysia et apud Demosthenem ostendit et apud Harpocrationem: idque sufficit ut sicut nomine, ita re etiam, diversa fuisse Pandia et Diasia censeam.

Ex quo haec scripsi idem argumentum uberius tractavit eodemque modo rem decidit Boeckhius in Commentatione de Chronologia orationis Midianae (in Actis Acad. Berol. a. 1818.) p. 61 seqq. BUTTM.

510, 18. ἐπειδὴ—ᾤοντο] Nugas grammaticorum esse has origines recte monet Buttmannus.

510, 25. πρὸ μηνὸς τῆς ἑορτῆς] V. L. Bosii Ellips. p. 548. Eadem constructione spatium interjectum indicatur. V. ibid. p. 104. SCHAEF.

510, 26. λαχεῖν] κληροῦσθαι Buttmann. de suo. Non imiter. V. Ammonius p. 86. SCHAEF. κληροῦσθαι ut poneret Buttmannus motus est lectione ex margine unius libri paullo post p. 511, 3. a Tayloro memorata κληρουμένου pro vulgato λαχόντος.

511, 5. ἔλαχεν αὐτῷ, pro *sorte obtigit ei*, quamvis rara significatione, probum tamen est: vid. Ruhnk. ad Tim. p. 173. BUTTM. V. Julianea nostra p. 12. SCHAEF.

511, 7. αὐτὸν] αὐτοὺς Buttmann.

φορέσαι] Est cadentis Graecitatis pro φορῆσαι. Alia hujus formae exempla habet scholiastes ad Philostrati Her. p. 600. 602. ed. Boisson. SCHAEF.

511, 8. τῶν πολιτευομένων τις] *Unus ex rhetorum numero.* vel: *unus ex eorum numero, qui civitatis negotiis se immiscebant.* JURIN.

ὤν] Recte Bekker. jungit sequentibus: quomodo concinnior fit oratio. V. notata ad Porsoni Hecub. p. 58. ed. tert. Lips. SCHAEF. Vulgo conjunctum cum πολιτευομένων τις.

511, 14. πλὴν Δημοσθένους] Vide de hoc loco et de aliis quibusdam, quae in oratione ipsa non inveniuntur, ad p. 522, 11.

511, 17. παρασχεῖν] Satis lene verbum de contumelia tam gravi. Compares δοῦναι κόνδυλον in Plutarchi Moral. p. 439 D. SCHAEF.

511, 28. οὗ] Non adverbium, quod Buttmannus putabat, sed genitivus pronominis relativi. Hermogenes (v. Ernest. Lexic. Technol. Graecor. Rhetor. p. 235.) τὸν ὅρον sic definit: ὀνόματος ζήτησις περὶ πράγματος, οὗ τὸ μὲν πέπρακται, τὸ δὲ λείπει πρὸς αὐτοτέλειαν τοῦ ὀνόματος. SCHAEF.

512, 28. ἀτοπίας] ἀτοπία recentioribus scriptoribus interdum est πονηρία. V. Hesych. BUTTM. V. H. Steph. Thesaur. Gramm. in Bekk. Anecd. p. 460, 8. ἄτοπον· κακὸν, μοχθηρόν. SCHAEF.

πρὸς ἅπαξ] Ex Aphthonio citat Stephanus. SCHAEF.

513, 16. ἄρα δημόσιον τἀδίκημα] Notandum ἄρα primo loco positum, quod vitiosum haberi solet. Strabo 2. p. 91. ἄρα πολὺ ἐλάττους ἢ μυρίους ἀφεστάναι. 14. p. 659. ταύτην τὴν πόλιν ὁ κτίσας εἰ μὴ ἐφοβεῖτο, ἄρ' οὐδ' ᾐσχύνετο. Incerta sunt exempla Luciani Vit. auct. c. 23. et Galeni vol. 2. p. 26. (19. p. 239. ed. Lips.)

513, 22. ἔχει δὲ ὁ λόγος οὗτος—] In his enucleandis si quis tempus terere velit, conferenda sunt Ulpiani scholia ad duas primas hujus orationis paragraphos. Nam illuc omnia referuntur quae breviter hic indicantur. BUTTM.

513, 28. ὅρος κατὰ σύλληψιν. λέγεται—] Vix habeo necesse admonere lectorem, haec non continuari orationis filo, (cum supra explicatum sit quid intellexerint rhetores per ὅρον κατὰ σύλληψιν. Vid. p. 512, 16.) verum adsuta esse ex notula novi alicujus magistri, qui et rhetoricas suas quisquilias huic loco adlevit. Absunt a Vindob. Exitus hujus argumenti in nonnullis editt. conglutinatur cum scholiorum initio, et in Parisina adhaerescunt quaedam, quae Wolfius nulla cum lectoris injuria plane omisit. TAYLOR.

513, 29. ἀντονομάζοντος] Sc. τὸ ἀδίκημα sive τὴν δίκην: h. e. cum delictum suum sive ipsam caussam aliter definit. BUTTM.

Demosthenem in hanc orationem nonnulla transtulisse ex Lysiae, Lycurgi et Isaei orationibus tradit Theo in Progymn. vol. 1. p. 155. ed. Walz. καὶ Δημοσθένης εἰς τὸν κατὰ Μειδίου μετενήνοχε τά τε Λυσίου καὶ Λυκούργου (in oratione in Lycophronem, ut colligi potest ex Athen. 6. p. 266 F.) ἐκ τῶν τῆς ὕβρεως λόγων καὶ τὰ Ἰσαίου ἐκ τῶν κατὰ Διοκλέους ὕβρεως. Isaei verba Demosthenes etiam alibi sua fecit: de quo dicetur ad p. 874, 21.

514, 1. τὴν μὲν—χρῆται] Citant Anecd. Bekk. p. 451, 13.: usque ad οἴομαι Rufus p. 76. SCHAEF.

ὦ ἄνδρες δικασταὶ] ἀεὶ Anecd. Bekk. mira scripturae diversitate. ὦ Ἀθηναῖοι Rufus. SCHAEF.

514, 2. οὐθ'] Omittit Rufus. SCHAEF.

514, 6. τοῦτον] Sic etiam Photius Lex. s. v. προσβαλλομένους.

514, 7. τοῖς Διονυσίοις] De Dionysiis v. ad p. 510, 10.

515, 8. ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι] Hae compellationes ex Attici fori [illegible] sunt repetendae, ubi populus ipse judicum muniis obeundis libertatis suae usum exercebat. Non loco nobili nati.

non litteris aut aliqua artificiali jurisprudentia instructi erant ii qui judices sederent apud Athenienses: sed qui homo esset et civis et triginta annos natus is etiam recte judicare posse credebatur: et ita sorte capiebantur judices. Apparet itaque eodem redire, sive δικαστὰς sive Ἀθηναίους appellet auditores orator. Cum autem dicit ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι probe id distinguendum ab ipsius populi appellatione, qui interdum his diserte opponitur, ut in nostra Or. p. 571. ὅσων καταχειροτονήσαντος τοῦ δήμου, ὑμεῖς κατεγνώκατε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι: ubi per populum intelliguntur comitia (ἡ ἐκκλησία). SP.

515, 10. Observent tirones hunc genitivum ὧν, positum per attractionem pro ἃ, tametsi hic accusativus non sit objecti, quod dicunt, propioris, sed remotioris, pendens a θρασὺν εἶναι et vicem gerens plenioris formulae ἐν οἷς. BUTTM.

515, 13. τετήρηται] Verbum τηρεῖν hic ut plerumque apud nostrum nil differt ab illo φυλάττειν, cui etiam junctum illud habes Pro Cor. p. 317. extr. φυλάττειν ἐμὲ καὶ τηρεῖν ἐκέλευεν ὅπως μὴ κ. τ. ἕ. Pronomen ὑμῖν hinc alienum videatur, cum passivum τετήρηται eo casu requirat primam potius personam, ἐμοί. Sed ista carere poterat orator ob praegressum παρ' ἐμοῦ; et ita locum fecit ethico illi ὑμῖν, quo indicat se omnia ita fecisse ut Athenienses desiderare potuerint. Itaque non dubito quin lectio ἐμοί, quam praebet codex unus, debeatur corrigenti. BUTTM.

515, 14. ἐπειδή τις εἰσάγει] I. e. postquam inventus est qui mihi facultatem accusandi daret. Thesmothetarum hoc fuisse officium videri monet Boeckhius Comment. p. 73. τις delendum esse conjicit Westermann. in dissert. de orat. Mid. p. 19. ad εἰσάγει unum ex Thesmothetis intelligens, qui tanquam prytanis sive epistata in quaque caussa hoc negotium gesserit. Quod non potest defendi quibus utitur exemplis verborum κηρύττει, σαλπίζει, ἀναγνώσεται, quae sine subjecto poni solent. Recte hunc locum explicuit C. F. Hermannus: v. supra p. 744.

515, 16. ὥστε μὴ κατηγορεῖν] Exspectes ἐφ' ᾧτε μὴ κατηγορεῖν. Sed plane sic, ut h. l., p. 68, 12. ἐξὸν αὐτοῖς τῶν λοιπῶν ἄρχειν Ἑλλήνων, ὥστ' αὐτοὺς ὑπακούειν βασιλεῖ. ad q. l. vide quae notata sunt. SCHAEF.

πολλὰς—ὑπομείνας] Participium satis aptum postremo substantivo, minus aptum duobus prioribus. De hoc schemate, cujus usus in utraque lingua est vulgatissimus, v. Dorvillius ad Chariton. p. 440. ed. Lips. SCHAEF.

515, 18. ὑπόλοιπα, ὅσῳ] Vulg. ὑπόλοιπα. ὅσῳ γὰρ—. Locum hunc sanavi meliori interpunctione (punctum scilicet commate mutavi) et delenda conjunctione γὰρ, quae abest a pluribus codicibus. Constructio haec est: ἃ δ' ἐν ὑμῖν ἐμοὶ μετὰ ταῦτά ἐστιν ὑπόλοιπα, ὅσῳ—. *Quod autem ad spes illas attinet, quae mihi adhuc supersunt in vobis repositae, quanto plures sunt, quos ille vexavit atque sollicitationibus ad partes suas pertrahere conatus est, —tanto magis spero me jus meum apud vos esse obtenturum.*

REISK. ἃ δ'—ὑπόλοιπα verto: *Quae vero nunc sunt vestrarum partium.* Sensus: Ego feci quod me oportuit: nunc vos facite quod vos decet. SCHAEF. ἐν ὑμῖν nihil amplius significat quam *coram vobis* vel *apud vos*, ut Wolfius interpretatur.

515. 18. περιήγγελκεν] Vulgo παρήγγελκεν, quod praefero. Sic ἐνοχλεῖν et παραγγέλλειν junguntur p. 1461. 3. Orat. de Fals. Legat. init. Ὅση—παραγγελία γέγονε. ubi item sequitur: τοὺς—ἐνοχλοῦντας. SCHAEF.

515, 26. παρανόμων] παράνομα γράφειν dicitur de eo qui legem rogat sive totam sive ex parte alii legi receptae contrariam p. 574. At παρανόμων γραφὴ actio erat contra eum qui talem legem rogasset. Vid. Pro Coron. p. 243. Αἰσχίνης ἀπήνεγκε παρανόμων γραφὴν κατὰ Κτησιφῶντος, ὅτι ἔγραψε παράνομον ψήφισμα: et consule de tota hac materia F. A. Wolf. in Prolegomenis ad Lept. p. 130 seqq. BUTTM. Jejune Anecd. Bekk. p. 193. 8. Παρανόμων γραφή· ὅτε ἁλῷ τις προαμαρτήσας καὶ κατακριθῇ θανάτῳ. SCHAEF.

516, 2. καὶ παραιτεῖσθαι] *Adeo ad preces descendere.* Sic καὶ δεῖσθαι p. 516, 8. SCHAEF. καὶ Wolfius recte interpretatur *etiam.*

516, 11. συμφορά] συμφορὰ infra quidem p. 533., usurpatur velut vocabulum proprium de condicione eorum qui damnati ἄτιμοι facti erant h. e. civium jura amiserant. Sed hoc fit per euphemismum, cum συμφορά dicatur de omni calamitate in re civili et judiciaria: quare p. 546., de Stratone, et ipso ἀτίμῳ, cum adjectione dicitur τηλικαύτῃ καὶ τοιαύτῃ συμφορᾷ περιπέπτωκεν. Conf. Adv. Timocr. p. 717., ubi lex memoratur qua vetitum erat damnatis omnibus τὸ δεῖσθαι καὶ μετὰ συμφορᾶς ἱκετεύειν. Ergo συμφορὰ erat ejus quoque, cui reo facto (φεύγοντι) extrema omnia metuenda essent: nisi quod huic tamen supplicare populum licebat. Non sine invidia igitur Demosthenes. Ego, inquit, qui per potentiam et divitias istius jure meo, τοῦ ὑβρισθεὶς δίκης τυχεῖν, jamdudum privor, ego hodie κέχρημαι συμφορᾷ et velut φεύγω· οὐδ' ὀκνήσω ἄρα καὶ δεῖσθαι. BUTTM.

516, 17. καὶ γὰρ οὕτω πως ἔχει—] Citat h. l. Aristides T. p. 182. REISK.

οὕτω πως] οὕτως Aristides. REISK.

ὕβρισμαι—τοὶ μὸν] Locum hunc negligenter citat Ammonius v. Αἰκίαι. REISK.

516. 21. εἴ τις οὖν ὑμῶν ἄρα] Nulla est otiosa cumulatio in his οὖν ἄρα. Nam ἄρα conjungendum cum voce εἰ, post quam, sicut post ἐάν et similia, valet *forte:* interdum aliis verbis inter εἰ et ἄρα positis, ut apud Thucydidem 4, 86. Καὶ εἰ τις ἰδίᾳ τινὰ δεδιὼς ἄρα ἀπρόθυμός ἐστιν. Neque minus bene hic post ἄρα particula καὶ, quae suspecta erat Spaldingo, locum suum occupat. Credibile enim erat plerosque non nunc demum, caussam hanc cognoscentes, sed *jam* olim et ab initio ita arbitratos esse. BUTTM. καὶ offenderat etiam Dobraeum, qui in κατὰ mutari volebat.

517, 1. ΝΟΜΟΣ] Legem hanc eandem esse quam orator recitari apud judices voluerit statim sequentia docent, ubi Demosthenes pressa circumlocutione fere eadem tanquam modo audita suggerit, quae ipsum legis argumentum continet; neve quis hoc, ut passim factum esse constat, ex sequenti oratione repetitum demum et ad speciem verae legis fictum potius quam publici monumenti fide relatum esse arguat, verborum discrimen obstat, quod adeo doctum et subtile est, ut a mala interpolatoris sedulitate vix ac ne vix quidem repeti possit. Sic quae apud oratorem dicuntur *περὶ ὧν διῴκηκεν ὁ ἄρχων*, in lege simpliciter sunt *περὶ ἱερῶν*, quia ipsa sacra, quae in magnis liberalibus fiebant, archon curabat; deinde quae Demosthenes pro auditorum suorum captu circumscribit: *χρηματίζειν περὶ ὧν ἄν τις ἠδικηκὼς ᾖ περὶ τὴν ἑορτὴν ἢ παρανενομηκὼς*, lex ipso vocabulo legitimo declarat: *ἔπειτα τὰς προβολὰς παραδιδότωσαν τὰς γεγενημένας ἕνεκα τῆς πομπῆς ἢ τῶν ἀγώνων ἐν τοῖς Διονυσίοις*, ut sententia eadem sit, verba autem propria et ab omni pravae imitationis specie longissime remota; postremo si et haec et quae in fine legis posita: *ὅσαι ἂν μὴ ἐκτετισμέναι ὦσι*, ne sententiae quidem oratoris ulli respondent, grammatici ingenio aut doctrinae deberi posse videantur, ea certe permutatio, qua idem negotium, quod apud oratorem proedris tribuitur, lex prytanibus potius injungit, talem originem vel ideo respuit, quod facile demonstrari potest, illa aetate, qua haec interpolata esse consentaneum sit, utrumque hominum genus a grammaticis ita distinctum esse, ut alterum alteri substitui prorsus ineptum et incredibile fuerit. Apparet hoc inprimis ex eis lexicographorum et scholiastarum locis, ubi duos epistatas distinguunt, quorum *εἷς μὲν*, inquiunt, *ἐκ τῶν πρυτάνεων ἐκληροῦτο, ἕτερος δὲ ἐκ τῶν προέδρων*: v. Harpocrat. s. v. *ἐπιστάτης*, Polluc. 8, 96. Bekk. Anecd. p. 244. Eustath. ad Hom. Od. 17, 455. schol. Bav. ad Demosth. adv. Androt. p. 594. C. F. HERMANN. in dissert. de proedris (Gotting. a. 1843.) p. 5. 6. Huic Westermannus in dissert. de or. Mid. p. 19. conjecturam opponit valde incertam, interpolatorem antiquam, quam alicubi indagasset, legem adscripsisse, quum Demosthenes eandem novam factam atque eisdem verbis, quae §. 12. legantur, scriptam a scriba recitari jusserit. Contra quae disputavit Voemelius in comment. V. de actis publicis orationi de corona insertis (Francof. a. 1845.) p. 12.

517, 3. *Πανδίων* nomen, in libris in *ἐν πανδίονι* corruptum restituit Palmerius, qui addit Etym. M. *Πάνδια, ἡ ἑορτὴ Ἀθήνησιν ἀπὸ Πανδίας τῆς Σελήνης, ἢ ἀπὸ Πανδίονος, οὗ καὶ ἡ φυλὴ ἐπώνυμος, ἢ ὅτι τῷ Διῒ ἄγονται τὰ Πάνδια.* De Luna et Pandione frustra est; nam sine dubio dicuntur *Πάνδια*, ut *Παναθήναια*. De *Πανδίοις* nihil certi afferri potest, quam quod ex hoc ipso loco patet, proxime subsecutum esse hoc festum illa de quibus hic sermo est Dionysia: alias enim non appareret cur post Pandia demum ad populum referri licuisset de delictis circa

Dionysia. Vid. ad p. 510, 10. Nomen autem festi media longa efferendum esse censeo, tum quod e voce δῖος compositum arbitror, ut πάνθειος ex illo θεῖος, tum quod non temere apud Harpocrationem scriptum videtur Πάνδεια. BUTTM.

517. 3. χρηματίζειν] χρηματίζειν in comitiis ab Aeschine quidem et Demosthene semper proëdri dicuntur, sed prytanes fortasse in hac lege. Quanquam fieri potest ut verbum χρηματίζειν ne pertineat quidem ad τοὺς πρυτάνεις, sed omisso subjecto positum sit, quippe quod a quolibet facile subintelligi posset: et Demosthenes ipse infra dicit ἐπειδὰν χρηματίσωσιν οἱ πρόεδροι. SCHOEMANN. Antiq. publ. p. 221.

517, 7. προβολαὶ μὴ ἐκτετισμέναι h. l. dicuntur injuriae eae, de quibus laeso non satisfactum sit ante comitia. SP. Conf. infra p. 584. ubi Ἀριστοφῶν ἀποδοὺς τοὺς στεφάνους ἔλυσε τὴν προβολήν. Pone, ante comitia restituisse coronas Aristophontem: tum προβολὴ ne pervenisset quidem ad populum. Sane ita non jam προβολὴ facta esset haec caussa: et minus accurate itaque in lege ὅσαι refertur ad vocem προβολάς. Mens tamen legis facile intelligitur: qua ὅσαι referendum non ad προβολὰς, sed ad caussas. BUTTM. Recte haec interpretatur Buttmannus: v. C. F. Hermann. in comment. de probole p. 5. Aliter Meier. de lite Att. p. 275.

517. 11. περὶ ὧν διῴκηκεν ὁ ἄρχων] Ulpianus: Ἐδίδου γὰρ λόγον εἰ τὸ ἄγαλμα ἀλώβητον ἔσωσεν, εἰ τῶν ἄλλων μηδὲν ἐνέλιπε χρηματίζων. Omnem hanc archontis, qui est in magnis Dionysiis ἐπώνυμος, in Lenaeis autem βασιλεύς (v. Pollux 9, 90. 91.) administrationem (ἃ διῴκηκεν) ad festum pertinere, docent verba legis ἐν δὲ—ἱερῶν. SP.

517, 13. καλῶς—ἔχων ὁ νόμος] Notabilis formula efficta ad modum notissimae illius. καλῶς ποιῶν: de qua quae Hermannus tradit ad Viger. p. 779., compara cum loco oratoris p. 514, 8. SCHAEF.

517, 20. ἄλλων] Libri nonnulli ἄλλων ἁπάντων. Sic ἅπαντες ὑμεῖς οἱ ἄλλοι p. 533, 8. Contra ὑμῖν δὲ τοῖς ἄλλοις p. 519, 21. 555, 7. τοῖς ἄλλοις ἡμῖν p. 545, 27. 560. init. τῶν ἄλλων ὑμῶν p. 560, 11. παρὰ τῆς τῶν ἄλλων ὑμῶν φύσεως p. 794, 8. Reiskius Ind. Graecitat.: " paene ut Francicum *vous autres.*" SCHAEF.

517. 24. ΝΟΜΟΣ] Hanc legem genuinam esse nego. Nolo urgere praescriptionem Εὐήγορος εἶπεν, quae quamvis legi parum conveniat, aliquam tamen auctoritatis speciem affectat (cf. or. 24. p. 712. 713. 720. 723.); ut legis rogationem dicat aliquis scholiastam pro ipsa lege habuisse. Sed alia insunt quae multum movent dubitationis. Ac primum offendunt ambitiosae illae in enumerandis singulis cujusque festi partibus ambages: quarum quum nulla prorsus sit necessitas, haud scio an sola eae nitantur fucosa eruditionis ostentatione. Nam ut hoc utar, Lenaeis quoque tempore, quo non ipsa pompa duceretur vel ludi fierent, num credis manum debitori quenquam injicere potuisse? Immo apparet legislatorem festorum illorum tempus

totum atque integrum sacrosanctum esse voluisse: ut non esset cur partes eorum quasdam nominaret, quum nulla esset quam non intelligi vellet. Velut croniis lex erat, μήτ' ἰδίᾳ μήτε κοινῇ μηδὲν ἀλλήλους ἀδικεῖν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ (Dem. or. 24. p. 709[1].). Deinde quam Demosthenes recitari jubet, nisi vehementer fallor, Dionysiaca lex est, priori de probolis Dionysiacis continua (ὁ ἑξῆς νόμος), neque aliam significare potest infra p. 571. verbis ὅδε ὁ περὶ τῶν Διονυσίων. At si sola Dionysia spectabat lex, qui tandem fit ut immisceatur festum minime Dionysiacum, sed Apollinis et Dianae, Thargelia? Et haec quum Thargelione, mense undecimo, celebrarentur, quid est quod probolae eorum quoque caussa instituendae deferri jubentur in concione continuo post magna Liberalia in theatro habenda (ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἐν Διονύσου, cf. §. 10.), h. e. exeunte mense nono, itaque anno proximo, decimo demum post commissum ipsum crimen mense? Accedit ad fraudem detegendam aliud haud minus idoneum instrumentum, Piraeensia Dionysia dico, quae bona fide docti homines hinc ab impostore ingeri sibi passi sunt. Sed haec a parvis sive ruralibus Dionysiis non diversa esse jam Spaldingius intellexit. Scilicet illa non uno loco, sed ubique locorum per totam Atticam quotannis celebrata esse inter omnes constat. Hinc Dionysia habemus Phylae (Isae. or. 8. p. 70, 24.), Collyti (Aesch. 1. p. 22, 26. Dem. p. 288, 19.), Salamine (Corp. Inscr. Gr. I. no. 108.) celebrata: Thorici quoque celebrari esse solita testantur reliquiae theatri descriptae a Leakio *die Demen von Attika* p. 58. ed. nostr., in Piraeeo denique praeter theatrum inscriptio C. I. no. 101. (cf. 102.) et Aelian. var. hist. 2, 13. Cf. Boeckhii comm. p. 75 sq. Sed hinc non effici Phlyensia, Collytensia, Salaminia, Thoricensia, Piraeensia Dionysia, quae cum Lenaeis, Anthesteriis, urbanis componi possint, sponte intelligitur: his enim non respondent nisi uno nomine Ruralium comprehensa. Non movet me, quod Boeckhius l. l. p. 75 et 83 ex nostro demum loco et ex inscriptionis alicujus mutilae (C. I. no. 157) haud prorsus certo supplemento colligit, hac in lege pompam Baccho in Piraeeo ducendam appellari, quod tunc ipsius reipublicae quaedam in ea instruenda partes fuerint. Quod utut erat, in lege non urbis Athenarum solum incolis et Piraeensibus, sed toti civium Atticorum universitati scripta non poterat constitui nisi quod commune esset omnibus. An censes debitorem pignoribus cogere Athenis atque in Piraeeo Ruralibus Dionysiis per leges prohibitum, eodem festo Phylae, Collyti, reliquis omnibus pagis Atticae licitum fuisse? Itaque non dubito quin hoc quoque homini mediocriter docto debeatur. Nam quem modo in fraude sive errore manifesto deprehendimus, ubi Thargelia

[1] Quem locum ad Panathenaea non debebat referre I. H. Krausius *Olympia* p. 42, 18. cf. ejusd. orat. p. 708. Saturnalia ipsa autem quodam modo cum Magnis Liberalibus cohaerere ex eo colligas, quod d. 15. m. Elaphebolionis Saturno libum offerebatur. Vid. Corp. Inscr. Gr. I. no. 523.

confudit cum Dionysiis, haud vana est suspicio, eundem hic quoque Piraeensibus Dionysiis suis fucum legentibus fecisse, dum Ruralium immemor ex solemni urbis et Piraeei oppositione urbanorum caussa Piraeensia suo Marte derivaret. Ceterum omnino Dionysiaca lex tota vel, hoc si mavis, singulae ejus constitutiones sive capita postero tempore parum videntur cognita fuisse; nam quae ex eadem lege affert Aesch. or. 3. p. 58. 36. sqq. abunde satis probant ementitam esse legis particulam quae legitur apud Dem. or. 18. p. 267. cf. Droysen. in diar. antiq. stud. 1839. no. 72. WESTERMANN. dissert. de or. Mid. p. 20—22. Contra quem dixit Voemelius comment. V. p. 13.

517, 25. *ἡ ἐπὶ Ληναίῳ πομπή*] Ita Aristoph. Acharn. 504. *οὑπὶ Ληναίῳ τ' ἀγών.* Ad quem locum respiciens Hesychius ita: *Ἔστιν ἐν τῷ ἄστει Λήναιον, περίβολον ἔχον μέγαν, καὶ ἐν αὐτῷ Ληναίου Διονύσου ἱερὸν, ἐν ᾧ ἐπετελοῦντο οἱ ἀγῶνες Ἀθηναίων, πρὶν τὸ θέατρον οἰκοδομηθῆναι.* TAYL.

517, 29. *Θαργηλίων*] Notes hic dici in Thargeliorum solennitatibus eandem legibus dari securitatem, quae in Dionysiis dari solebat; idque confirmat Antipho Orat. *περὶ χορευτοῦ* p. 142. HSt.: *ἐπειδὴ χορηγὸς κατεστάθην εἰς Θαργήλια, τὸν χορὸν συνέλεξα ὡς ἐδυνάμην ἄριστα, οὔτε ζημιώσας οὐδένα, οὔτε ἐνέχυρα βίᾳ φέρων, οὔτ' ἀπεχθανόμενος οὐδενί.* TAYL.

518, 5. *καθὰ—γέγραπται*] Est quod offendat in hac appendicula *καθὰ—γέγραπται.* Subaudit Augerus ad *ἀδικοῦντος* et *ἀδικούντων* haec: *εἰς τὴν ἑορτήν.* Reiskius pro *ἄλλων τῶν* malebat *ἄλλο τι.* Equidem sensum hunc agnosco: Eorum qui, per tempus festi, vel suas ipsorum res repetiverint, rationem fore eandem ac manifestam injuriam inferentium. SP.

518, 12. *ὅπως* e libro optimo recte restitutum pro *ὅπως μή.* Legitime autem abesse negationem post *οὐχ ὅτι, οὐχ ὅπως* et similia cum in altero membro est *ἀλλ' οὐδὲ—,* notum: recte itaque hic quoque abest, quamvis diserte non sequatur *ἀλλ' οὐδέ*: nam nonnisi enuntiatio sententiae mutata est, cum menti loquentis infuerit proprie hoc, *ἀλλ' οὐδὲ ἀφαιρεῖν τὰ δίκῃ τῶν ἑλόντων γιγνόμενα.* BUTTM.

518, 13. *ἣν ἂν πορίσαιτο* pro *ἣν ἂν πορίσηται* dictum propter praeteritum *ᾤεσθε* opinabatur Buttmannus: qui error communis ei est cum unius codicis librario, qui ipsum illud *πορίσηται* intulit. Recte Schaeferus explicat optativum, *quem quis, si forte,* (*εἰ τύχοι*) paravisset de suo.

518, 16. *ἐξ ἀρχῆς*] Pertinet hoc non ad vere primam, h. e. justam, possessionem, sed ad eam quae fuerat ante litem judicatam. SP.

518, 17. *τὴν γοῦν ἑορτὴν*] Edd. veteres *τῇ γοῦν ἑορτῇ,* ut paullo post aliquot libri *ταύταις ταῖς ἡμέραις* pro *ταύτας τὰς ἡμέρας.* Differunt haec sic ut accusativus indicet *per tempus certum,* dativus *tempore certo* aliquid fieri. Monuit Schaeferus.

518, 23. *βούλομαι—φανήσεται*] Citat Rufus p. 79. SCHAEF. Cf. ad p. 522, 11.

518, 26. ἐν—φανήσεται] Citant Anecd. Bekk. p. 138, 23. SCHAEF.

518, 27. ἐπειδὴ—ἐθελοντής] Citat Rufus p. 81. SCHAEF.

518, 28. τρίτον ἔτος τουτί] *Tertio abhinc anno*, ut recte interpretatur Wolfius, male alii *tertium in annum*, quorum errorem notavit Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 50. 669 seq.

519, 5. ἐθελοντής] Huc pertinet, quod argumentum alterum memorat: ὁ γὰρ Δημοσθένης λέγει ὅτι χορηγὸν ἔτυψας. ὁ δὲ Μειδίας ὅτι χορηγὸν ἁπλῶς οὐκ ἔτυψα· αὐτοχειροτονητὸς γὰρ ἦσθα· ἀλλ' ἰδιώτην. Quanquam per ipsam orationem id argumenti, se verum non esse choragum, utpote voluntarium, non refellit orator. SP. Cf. ad p. 522, 11.

519, 10. ὡς ἂν—] Subaudiendum esse ποιήσαιτε vere monet Buttmannus Ind. p. 190. Aristides p. 110. Norrm. οὕτω χαίρουσιν, ὡς ἄν τινες παίζοντες. Subaud χαίροιεν. V. not. ad p. 294, 9. De formula, non item de ejus ratione, nonnulla habet Berglerus ad Alciphron. I. Epist. 37. init. SCHAEF.

519, 13. καὶ μικρὰ καὶ μείζω] V. Lennepius ad Phalar. p. 286 b. SCHAEF.

ὅσα μὲν οὖν κ.τ.λ.] Citat h. l. Aristides Τέχν. p. 230. REISK. Citant etiam Anecd. Bekk. p. 138, 12. usque ad v. ἠνώχλησεν. SCHAEF.

519, 15. στρατείας] Edd. veteres χορείας, quod est in nullo nostrorum codicum. "Non inscite hunc locum explicat scholiastes, si στρατείας legas. Nimirum eo tempore, quo haec fiebant, equitatui praefectus erat Midias: eaque auctoritate fretus chorum Demosthenicum ad militiam adegit, licet istius rei immunitatem nactus esset ratione muneris, quod tum gerebat. Ulpianus: Ἔθος ἦν τοὺς τῷ Διονύσῳ χορεύοντας μὴ στρατεύεσθαι τοῦτον τὸν χρόνον. ὁ τοίνυν Μειδίας ἠνάγκαζεν αὐτοὺς ἐξιέναι καὶ οὐκ εἴα τῆς στρατείας ἀφίεσθαι." TAYLOR. Apud Aristidem p. 228. est στρατιᾶς. E magna codicum, quae hic loci est, discrepantia colligo in aliis olim pro χορείας fuisse στρατείας, ut alii sic darent: ἐναντιούμενος ἡμῖν ἀξιοῦσιν ἀφεθῆναι τῆς στρατείας, *nobis adversans postulantibus*, ut aequum atque debitum, *eos a militiae muniis per id tempus liberos haberi* vel *absolvi*. alii sic: ἐναντιούμενος ἡμῖν ἀξιοῦσι μὴ ἀφεθῆναι τῆς χορείας, *adversans nobis urgentibus atque flagitantibus ne a functione saltationis solennis absolveretur*, ipse Midias puta. Hermogenes Aldi (p. 410. ult. ed. Crisp.) sic recitat hunc locum (nam Portus lectionem Aldinam ad vulgatam refinxit): τοὺς χορευτὰς κωλύων ἀφεθῆναι τῆς στρατείας. Quae vera est lectio. REISK. στρατείας Anecd. Bekk. Hoc probavit etiam Boeckhius Act. Academ. Boruss. a. 1818. 1819. p. 88. Quod margo Lutet. dat μὴ ἀφεθῆναι, non foret reiiculum, si aliquanto plus haberet auctoritatis. Scilicet μὴ ἀφεθῆναι non minus rectum est quam ἀφεθῆναι, hoc tamen sensus discrimine, quod μὴ ἀφεθῆναι refertur ad Midiam, ἀφεθῆναι ad Demosthenem. Illud enim significat rem quae ne fi-

eret Midias, hoc rem quae ut fieret Demosthenes contendit. SCHAEF.

519, 16. προβαλλόμενος] *Sese offerendo.* (Vid. H. Valesius ad Harpocrat. p. 70.) Alieniore quidem sensu quam quo saepius in hac oratione occurrit προβάλλεσθαι. V. Petit. LL. AA. 1. 8. tit. 2. TAYLOR.

καὶ κελεύων] Absunt ab Aristide. REISK.

519, 20. ἀλλ' ὁτιοῦν τῶν δεινοτάτων] τὰ δεινότατα sunt quae in se a Midia proterve et flagitiose commissa post commemorantur. SCHAEF.

519, 21. τοῖς ἔξω τοῦ πράγματος οὖσιν] τῶν ἔξω τοῦ πράγματος ὄντων p. 528, 21. SCHAEF.

519, 23. ἔστι δ' ὑπερβολὴ] Sententia haec est: τῶν μετὰ ταῦτα συμβάντων ἐκεῖνα, ἃ νῦν μέλλω λέγειν, ὑπερβάλλει πάντα λόγον, *post factorum ea, quae nunc commemorabo, superant omnem modum aut orationis aut insolentiae.* REISK. Vereor ut recte intellexerit. Mihi quidem genitivus τῶν non partitivus, quem Technici dicunt, videtur esse, sed proxime regi a substantivo ὑπερβολή. Sensus: *Sunt autem post facta, quae dicturus sum, supra omnem modum flagitiosa.* SCHAEF.

520, 1. ἕως ἂν χρησθῇ] Verto, *quamdiu in usu est.* Hesych. χρησθήσεται· χρησιμεύσει. SCHAEF.

520, 3. μου] μου potest utique, quamvis duriter et coacte, referri ad τὴν ἱερὰν ἐσθῆτα καὶ τοὺς στεφάνους. Malim tamen aut μοι cum Jurino aut λάθρα μου. REISK. Scribendum puto μοι: nam genitivo hic locus non est. SCHAEF.

520, 7. ἀλλὰ καὶ—τοῦ χοροῦ] Citant Anecd. Bekk. p. 132, 25.

ὦ ἄνδρες 'Αθηναῖοι] ὦ θεοί Anecd. Bekk. Vitium ortum ex compendio scripturae ω θ, quo significatur ὦ ἄνδρες 'Αθηναῖοι.

520, 8. μου] Hic etiam legere malim μοι. JURIN. Ego non item. SCHAEF.

καὶ εἰ μὴ Τηλεφάνης κ. τ. λ.] Citat h. l. Harpocrat. v. Τηλεφάνης. REISK.

520, 10. τὸν ἄνθρωπον] τὸν ὑπὸ Μειδίου διεφθαρμένον διδάσκαλον. SCHAEF.

520, 11. αὐτὸς—δεῖν] Junge: ᾤετο δεῖν αὐτὸς σ.κ.δ. SCHAEF.

αὐτὸς] Cujus, ut tibicinis, haec non erat provincia. SP.

συγκροτεῖν] V. not. ad p. 23, 3. et Schneideri praefat. ad Xenophont. Anab. p. 35. SCHAEF.

520, 12. οὐδ' ἂν ἠγωνισάμεθα] *Ne potuissemus quidem certamen inire.* SCHAEF.

520, 15. τοσοῦτον αὐτῷ περιῆν] Scilicet τῆς ὕβρεως. *tantum insolentiae supererat, tam exuberabat ei modumque excedebat petulantia.* REISK. V. Wyttenbachii Julianea p. 207. ed. Lips. SCHAEF.

520, 16. τὸν ἐστεφανωμένον ἄρχοντα Reiskius Ind. Graecitat. recte interpretatur *magistratum in functione.* V. p. 524, 27. coll. v. 25. et p. 525, 2. SCHAEF.

520, 19. *φράττων, προσηλῶν*] Ulpianus: Τουτέστιν, ἀποφράττων τὰς ἐπὶ τῆς σκηνῆς εἰσόδους, ἵνα ὁ χορὸς ἀναγκάζηται περιιέναι διὰ τῆς ἔξωθεν εἰσόδου, καὶ οὕτω, βραδύνοντος ἐκείνου, συμβαίνῃ καταγελᾶσθαι τὸν Δημοσθένην. τὸ δὲ προσηλῶν, τοὺς ἥλους ἐντιθεὶς, ἵνα ἀσφαλῶς αἱ θύραι ἐκκλείωνται. Spaldingus dubitabat, vocem *δημόσια* ad *παρασκήνια* referret, an seorsim intelligeret "locum publicum." Posteriorem rationem amplexus est A. Meineke in libello Commentatt. misc. Fascic. 1. p. 45., publicum hunc locum de theatro intelligens. Mihi, parascenia non secus atque ipse Meineke spatia et conclavia juxta scenam in eamque patentia significare censenti, haec res ipsa atque naturalis verborum et vis et positus priorem Spaldingi rationem persuadent; ita ut *φράττων, προσηλῶν* per asyndeton juncta indignationem exprimant, illa autem *ἰδιώτης ὢν τὰ δημόσια*, seorsim adjecta, ad Midiam vero et *τὰ παρασκήνια* pertinentia, eandem indignationem multum augeant. Ita autem scena cum orchestra occludebatur choro in parasceniis degenti; quod magis perspicue indicari non potuit. BUTTM.

521, 6. *πονηρίας*] *πονηρίαι, facinora*, quo sensu non mirum pluralem usurpari. Recurrit p. 522, 12. SCHAEF. Quod in uno codice scriptum est *παμπονηρίας*, vocabulum nusquam lectum, error est librarii ad proximum *παμπληθεῖς* aberrantis.

521, 10. *καταδείσαντες*] Citat h. l. ut exemplum τοῦ καταμερισμοῦ schol. Homeri Iliad. o, 496. SCHAEF.

521, 15. *λυσιτελεῖν*] Quod Midias impunitatem pecunia mercaretur, quae statim dicitur *ἡ ὑπὲρ τῶν πεισθέντων δίκη*. SCHAEF.

521, 20. *ἐξελέγξω—ἄξιον*] Citat Rufus p. 79. SCHAEF.

421, 24. *πολλῶν θανάτων*] Sic p. 345, 25. *πολλῶν ἀξίους θανάτων λόγους ἐδημηγόρει.* Hac hyperbole comici interdum usi sunt. Arist. Pl. 483 A. *ἱκανοὺς νομίζεις δῆτα θανάτους εἴκοσι;* B. *ταύτῃ γε· νῷν δὲ δύ' ἀποχρήσουσιν μόνω.*

521, 26. ΜΑΡΤΥΡΙΑ] Testimonia orationi Midianae inserta quin ad unum omnia ficta sint dubitari prorsus nequit. Nam primum Athenis fuisse tabularium, in quo judiciorum acta conderentur integra, non unus est qui probet locus apud veteres scriptores. Atqui tabularium si non erat, sequitur ut ista qui multo post adjecerunt non habuerint unde depromerent. Sed ut fuerit, quis est qui credat, eo adhuc tempore, quo ista litis instrumentorum accessio facta est, tabularium Athenis intactum atque integrum superfuisse, pulverulentosque ejus et absconditos angulos a grammaticis sive rhetoribus eorumque discipulis data opera investigatos, perreptatos, excussos esse? At his argutiis in nostra re prorsus nihil opus est, quoniam Midiana caussa inchoata quidem est et a Demosthene ad magistratum delata, sed nunquam revera in judicium adducta, perorata, judicata, ut nihil esset quod in tabularium, si quod erat, referri recondique posset. Ex quo apparet, testimonia illa omnia ab hominibus male sedulis, nescio exercitationis an fuci faciendi caussa, quan-

tumvis accommodate ad verba oratoris inventa et conficta esse. Testimonium aurificis expressum est ex §. 22. 23. quanquam non satis accurate: nam non unam fuisse coronam, sed plures ad ornandum chorum ex ipsis oratoris verbis intelligitur. Nomen testis atque reliqua de suo auctor addidit. WESTERM. Defendit hoc testimonium Voemelius V. p. 7.

521, 27. Ἐρχιεύς] Nomen pagi, etiam alibi miris modis corruptum, restituit Buttmannus, cujus multo probabilior conjectura est quam Voemelii ὑπάρχω ἔχων χρυσοχοεῖον scribentis.

521, 29. καταγίγνομαι] καταγίγνεσθαι ἐν τόπῳ perrarum est. SCHAEF.

522, 7. ἐπεχείρησε διαφθείρειν τὸν στέφανον] Citant Anecd. Bekk. p. 132, 27. SCHAEF.

522, 11. ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου] Dixerat quidem orator p. 516., obiter tangens totam caussam, ἔπειτ' ἐὰν ἐπιδείξω Μειδίαν τουτονὶ μὴ μόνον εἰς ἐμὲ, ἀλλὰ καὶ εἰς ὑμᾶς, καὶ εἰς τοὺς νόμους, καὶ εἰς τοὺς ἄλλους ἅπαντας ὑβρικότα, βοηθῆσαι κ. τ. λ. Sed facile apparet ad hujusmodi sermonem eum hic non respicere, sed ad alium, quo disertius in hunc sensum locutus sit, πολλὰ καὶ περὶ ὧν τοὺς ἄλλους ἠδίκηκεν ἔχω λέγειν, καὶ συνείλοχα ὕβρεις αὐτοῦ καὶ πονηρίας τοσαύτας κ. τ. λ. Jam cum hisce illa, quae viginti, si testimonium transeas, abhinc versibus retro dixerat, in ipsis verbis conspirant: ἔχω δὲ λέγειν καὶ πονηρίας ἑτέρας αὐτοῦ παμπληθεῖς, καὶ ὕβρεις εἰς πολλοὺς ὑμῶν καὶ τολμήματα τοῦ μιαροῦ τούτου πολλὰ καὶ δεινά. Qui tandem fieri potuit igitur ut orator hac ipsa formula, ἔχω εἰπεῖν καὶ —, et in ceteris quoque simillimo sermone non ad proxima haec, sed ad alia multum dissimilia verba respiceret? Verum alia sunt praeterea in quibus is qui filum hujus primae partis attentius sequatur non possit non offendere. Supra enim p. 518, 24. dixerat orator βούλομαι δὲ καθ' ἕκαστον ἀπ' ἀρχῆς ὧν πέπονθα ἐπιδείξας ἔτι καὶ περὶ τῶν πληγῶν εἰπεῖν, ἃς τὸ τελευταῖον προσενέτεινέ μοι. Vides hic plenam rerum omnium narrationem promitti quarum caput et cumulus fuerint plagae illae ipsi inflictae: et sequitur sane narratio, sed, si consilium ejusmodi actionis spectes, jejuna admodum, et nonnisi strictim facta, in cujus fine p. 520. caput illud caussae, immo ut ipse ait δύο ταῦτα ὡσπερεὶ κεφάλαια, verbo tantum memorantur: ἐμοῦ μὲν ὕβρισεν ἐς τὸ σῶμα, τῇ φυλῇ δὲ αἰτιώτατος τοῦ μὴ νικῆσαι κατέστη. His verbis nemo, opinor, satisfactum credet illis βούλομαι—ἔτι καὶ περὶ τῶν πληγῶν εἰπεῖν κ. τ. λ. Nonnisi praevia itaque haec est rei significatio: et cum mox legimus ἐξελέγξω δὲ πρῶτον μὲν ὅσα αὐτὸς ὑβρίσθην, ἔπειθ' ὅσα ὑμεῖς κ. τ. λ. nunc demum minutatim omnia suisque testimoniis fulta ob oculos nobis positum iri non dubitamus. Quid autem subsequitur? Unicum illud aurificis testimonium. Quo lecto, quasi omnia quam uberrime sint exposita, orator dicit, jam ad alias in alios admissas Midiae injurias se transire, ante tamen effugia quaedam rei sibi esse obstruenda: quod facit p. 522—539. Tum post enarratam p. 547 sq. originem inimicitiarum inter se et illum, p. 539—547.

omnia quae ad injurias circa choragiam spectant perorat. Horum ego aenigmatum solutionem invenio in unica voce *πρώτην* in his verbis quibus testimonium aurificis introducit orator: *λέγε μοι τὴν τοῦ χρυσοχόου πρώτην λαβὼν μαρτυρίαν.* Cur quaeso *primam?* An quia infra p. 544. advocantur testes alii (obiter attende: ipsi advocantur, non testimonia eorum leguntur) in rebus ad hanc veram actionis caussam injuriasque sibi factas non amplius spectantibus? Immo haec *λέγε — πρώτην λαβών* Graece nihil aliud sonant quam ut primo loco hoc testimonium legat scriba, tum paucis ab oratore interjectis aliud, et iterum aliud, et sic porro. At hoc uno lecto, ut diximus, quasi omnibus absolutis ad alia diversissima se accingit orator. Manifestum est igitur post aurificis testimonium magnam in actione esse lacunam, ubi locus fuerat illis quae verbis his proximis *ἐξελέγξω δὲ πρῶτον μὲν ὅσα αὐτὸς ὑβρίσθην* promiserat. Longa utique haec fuerit necesse est testimoniorum series, quorum unumquodque aliquot verbis quasi digito intento promeret. Quae omnia iisdem de caussis, sive taedio describentis, qui justam Demosthenis orationem, non innumera verba de plebe hominum enotare volebat, sive ipsius Demosthenis consilio, intercidisse videri possunt: plane ut actionum Ciceronis in Verrem secunda tantum edita est, prioris nonnisi prooemium habemus, cum cetera omnia in testimoniis acta sint; quamvis haec nemo dubitet quin singula eloquentissime verbis exornarit Cicero [m]. Fortasse autem priorem rationem, ut revera haec quae nunc desiderantur olim lecta fuerint, ideo praeferas, quod in argumento huic orationi praefixo altero memorantur quaedam ex illis circa choragiam factis, quae in ipsa ut nunc eam legimus oratione non reperiuntur, nec aliunde tamen sumpta esse possunt: imprimis hoc, *καὶ δὴ καί, ὡς ὁ Δημοσθένης λέγει, ὀμνυόντων τῶν κριτῶν, τῷ καλῶς ᾄσαντι δοῦναι τὴν νίκην νύττων αὐτοὺς ὁ Μειδίας ἔλεγε, πλὴν Δημοσθένους.* Nam quamvis recte huc referat Taylorus ea quae leguntur p. 535. (ubi v. not.), ex solis tamen verbis (*τοὺς κριτὰς*) *ὅταν ὀμνύωσιν, ἐξορκοῦντα* sua sumere non potuit grammaticus ita, ut diceret, *ὡς ὁ Δημοσθένης λέγει.* Immo manifestum fere est ex ipsa sermonis forma, oratorem loco hoc modo memorato, ad superius sibi dicta quaedam se referre ita, ut per acumen utatur verbo *ἐξορκοῦν.* Sed cetera etiam, quae in argumento illo post verba allata leguntur, in ipsa oratione, ubi maxime eorum locus esse debuit, aut prorsus non aut obiter tantum memorantur; quorum tamen quod ultimo loco tangit grammaticus, diserte huic orationi tribuit, cum dicit *ἐν ᾧ* (*λόγῳ*) *καὶ διαβάλλει τὸν Μειδίαν ὡς κλέψαντα ἀπὸ τῶν χρυσῶν στεφάνων παρὰ τοῦ χρυσοχόου.* Atqui in nostra oratione nihil legitur nisi Midiam coronas illas *διαφθεῖραι* (p. 520.), *λυμήνασθαι* (in testi-

[m] Tetigit haec quae hucusque disputavi Boeckhius quoque in comment. de Chronol. Or. Mid. p. 75. 76. et iisdem partim quibus ego observatis usus ad certiora pervenire conatus est. Nos nostra sicut diu ante ad hanc editionem praeparaveramus immutata damus. BUTTM.

monio): cui crimini itaque in deperdita parte addiderat Demosthenes furti invidiam. Jam vide an huc etiam trahi debeat illud de quo supra ad p. 519. 5. monuit Spaldingus: quamquam ei, quem is tangit, defectui locus esse non potuit in hac actionis parte, de qua adhuc verba feci. Neque vero illud in hac, quam aliis jam dirimendam relinquo, quaestione negligendum esse censeo, quod teste Photio Bibl. cod. 263. p. 800., ex aliis vestigiis antiquiores critici pronuntiabant, hanc orationem ab ipso Demosthene non editam, sed imperfectam relictam esse. BUTTM. Post testimonium deesse quaedam primus Buttmannus intellexit. Nam quum pergit orator πολλὰ μὲν τοίνυν—τοῦ λόγου, credat aliquis hoc spectare ad id quod dixerat p. 516. ἐὰν—ὑβρικότα. At nimis haec sunt indefinite dicta et velut in transcursu interjecta quam ut huc respicere orator possit ac verba ista auditorum memoriae satis infixa credere. Quamobrem alium locum in mente habeat necesse est, quo copiae injuriarum a Midia aliis illatarum clarius atque disertius mentionem fecerit; neque is alte repetendus est. Leguntur enim §. 28. haec: ἔχω δὲ λέγειν καὶ πονηρίας ἑτέρας αὐτοῦ παμπληθεῖς καὶ ὕβρεις εἰς πολλοὺς ὑμῶν καὶ τολμήματα τοῦ μιαροῦ τούτου πολλὰ καὶ δεινά. Sed, inquiet aliquis, huc si orator respicit, quo tandem jure ista modo dicta jam nunc (§. 32.), paucis tantum paragraphis interjectis, jactare potest tanquam dicta in orationis principio? At hoc ipsum fidem facit deesse quaedam, quae statim post recitatum testimonium aurificis locum habuerint: quod si ponimus, sponte apparet, quae §. 28. leguntur rejici aliquantum atque reprimi versus principium orationis. Sed sunt praeterea quae aliquid hic deesse prorsus cogant credere. Enarratis enim a Midia acceptis injuriis jam §. 30. Demosthenes ad probandum transit his verbis: ἐξελέγξω δὲ πρῶτον μὲν ὅσα αὐτὸς ὑβρίσθην. Huiccine vero promisso satisfactum credamus isto aurificis testimonio? Minime, neque eo solo contenti fuissent judices. At vide quibus verbis orator hoc ipsum recitari jubeat: λέγε μοι τὴν τοῦ χρυσοχόου πρώτην λαβὼν μαρτυρίαν. Itaque hoc primum erat, sequebatur reliquorum quantumvis longa series testimoniorum ad probanda ea, quorum summa legitur §. 24. 25. Hactenus recte omnia exposuit Buttmannus. Sed non persuasit nobis, quod credidit haec omnia revera olim perscripta fuisse et lecta a librariis, sed describendi laboris taedio omissa. Moverunt virum optimum maxime quae leguntur in altero orationis argumento p. 511: ὁ Δημοσθένης λέγει ὅτι ὀμνυόντων τῶν κριτῶν τῷ καλῶς ᾄσαντι δοῦναι τὴν νίκην, νύττων αὐτοὺς ὁ Μειδίας ἔλεγε "πλὴν Δημοσθένους," ὅθεν ὁ Δημοσθένης ἐβόα ἐλέγχων αὐτὸν, et paullo post, διαβάλλει τὸν Μειδίαν ὡς κλέψαντα τῶν χρυσῶν στεφάνων ὁντινοῦν παρὰ τοῦ χρυσοχόου. Jam ut ab altero exordiar, coronam rapuisse Midiam Buttmannus ait nusquam dici, sed nihil in nostra oratione legi nisi Midiam coronas illas διαφθεῖραι sive λυμήνασθαι. Ego vero quominus ad emendandum, ut volebam primum (suspicabar enim in or. arg. l. l. βλάψαντα pro κλέ-

ψαντα corrigendum esse), confugiam impedit locus, qui Buttmannum fugit, p. 562., nunc partim ex libro S. partim ex antiqua quam laudat scholiasta recensione a Turicensibus atque Voemelio jure sic restitutus: τὸ δ' ὅλως ἀφανίζειν ἱερὰ (edebatur antea ἱερὰν ἐσθῆτα) ἔσθ' ὅ τι τοῦ περικόπτειν (κόπτειν ex S. Turicenses) τοὺς Ἑρμᾶς διαφέρει; Quod etsi non prorsus ad veritatem accommodate dictum, sed oratorie exaggeratum est, aperte tamen furti ansam praebuit grammatico. Magis aliquanto offendit alterum, quod Buttmannus recte quidem dicit referre Taylorum ad ea quae leguntur p. 535. (οὔτε καλουμένων τῶν κριτῶν παρεστηκότα, οὔθ' ὅταν ὀμνύωσιν ἐξορκοῦντα), sed ex his solis negat sumere potuisse grammaticum ita ut diceret, ὡς ὁ Δημοσθένης λέγει, immo manifestum fere esse ex ipsa orationis forma, oratorem h. l. ad superius sibi dicta quaedam se referre ita ut per acumen utatur verbo ἐξορκοῦν. Haec acute quidem excogitata sunt, vera esse non credo. Etenim si quae post §. 31. exciderunt, maximam ea partem testimonia fuerunt, interjectis paucis, ut fieri solebat, ipsius oratoris verbis ad advertendos auditores scribamque de eo, quod recitandum esset, certiorem faciendum. Quamobrem quod testium erat, non ipse, id quod voluit grammaticus, Demosthenes facile narraverit. Tota autem fabula ista ejusmodi est, quam et ad ἐξορκοῦντα illud et ad verba §. 25, βοῶν ἀπειλῶν ὀμνύουσι παρεστηκὼς τοῖς κριταῖς (ex quibus argumenti verba ἐβόα ἐλέγχων αὐτὸν supplenda esse vidit Meierus ed. Mid. p. 4.), explicanda in scholis rhetorum procusam esse conjicias, quamque argumenti auctorem rei immemorem ad ipsum Demosthenem male retulisse suspicere. Certe tam sublestae fidei hominis testimonium non tanti videtur, ex quo solo colligas, istis temporibus Midianam quam nunc est integriorem esse habitam. Nam v. ἐκλώζετε ab Harpocratione ex Midiana laudatum, quod huc revocarunt Turicenses, rectius fortasse ab aliis refertur ad p. 586, 17. Demosthenes ipse quae inter singula testimonia interjecturus erat verba aut ut ex tempore facienda omisisse putandus est, aut nondum omnibus, quorum indigebat, probationis instrumentis comparatis ut alio tempore si diis placeret adjicienda (cf. Boeckhius in Comm. Acad. Berol. 1818—19. p. 76); testimoniorum fabricator autem aut non satis ad illud τὴν πρώτην attendebat, aut satis habebat exempli caussa unum attulisse, aut deficiebant vires, otium, materies. WESTERM.

522, 20. κωλύσας] Libri nonnulli κωλύσων. Ipsum ἐξαπατηθῆναι ostendit Demosthenem scripsisse κωλύσας. Qui si scripsisset κωλύσων, additum legeremus ἐξαπατᾶσθαι, ut v. 16. legimus ἐπιχειρήσειν—ἐξαπατᾶν. SCHAEF.

522, 29. ὕβρεως] De caussa privata τῆς ὕβρεως V. Boeckh. de oecon. Athen. vol. 1. p. 400 sq. SCHAEF.

523, 1. δημοσίᾳ κρίνειν] His verbis προβολήν significari recte vidit Boeckhius l. c. Dixit de hoc loco C. F. Hermannus in Symbolis de injuriarum actionibus (Gotting. 1847.) p. 14., qui intellexisse sibi videtur cum προβολῇ τίμημα quod proprie dice-

batur, hoc est aestimationem poenae ab accusatore propositam, conjunctum non fuisse, sed statim de extremo supplicio et capitali poena suffragia data esse, ut multo minor judicibus quam in ipsa ὕβρεως γραφῇ inter παθεῖν et ἀποτῖσαι optio relinqueretur: unde colligit verba οὐ μὰ Δί' οὐχὶ δημοσίᾳ κρίνειν αὐτόν in parenthesi posita, proxima autem καὶ τίμημα—ἀποτῖσαι cum praecedentibus ὧν δ' εἰς—ὕβρεως cohaerere. Verum hoc si voluisset orator, verba haec post ὕβρεως potius collocari debuissent, quo ea transferri voluit Bakius (qui de h. l. disputavit in Scholicis Hypomn. vol. 3. xiv. seqq.)

523, 4. προὐβαλόμην] Vulgo προὐβαλλόμην. Aoristum dant codd. fere omnes, egoque reposui ex certa linguae norma, cum προβολὴ illa dudum, et quidem uno actu, facta fuerit. Imperfectum autem in tali structura rem hypothetice praesentem vel durantem significet. Contra ἐδικαστάμην lite adhuc pendente dici non poterat. Sic ergo loquitur orator: "Si non illa ad populum querela eum *petissem*, sed privato judicio cum eo *agerem*, contrarius protinus mihi sermo *adesset*." Nam δικάζεσθαι hic peculiariter privatam caussam indicare, ipsa oppositio docet. BUTTM.

523, 13. τὸν παρόντα τρόπον τοῦ δοῦναι δίκην] *Poenae dandae modum, quem lis secum ducit:* τὸν οὐκ ὄντα, *qui in lite locum non habet.* SCHAEF.

523, 20. τοῦτο γὰρ αὐτὸν ἐγὼ προὐβαλόμην] Verba accusandi passim junguntur cum duplici accusativo. οὐδεμίαν γάρ πώποτ' ἐγράψατό με οὐδ' ἐδίωξε γραφήν p. 311, 5. ἀνελομένου τὴν γραφὴν, ἣν ἐδίωκε Στέφανον p. 1368, 7. SCHAEF.

523, 23. τῇ πόλει παραχωρῶ τῆς τιμωρίας] Citant Anecd. Bekk. p. 161, 25. SCHAEF.

524, 22. ἰδίαν] V. Boeckh. de oecon. Athen. vol. 1. p. 401. SCHAEF.

524, 24. τὸν ὑμέτερον κοινὸν στέφανον] Quo ornatus est thesmotheta, quum in munere est. BUTTM.

524, 27. τὸν ἄρχοντα, ταὐτὸ τοῦτο] ταὐτὸ τοῦτο, id est, κατὰ τὸ αὐτὸ τοῦτο, *prorsus simili et eodem plane modo.* Constructio est haec: καὶ πάλιν γε τὸ αὐτὸ τοῦτο, ἐάν τις τὸν ἄρχοντα πατάξῃ, ἐστεφανωμένον μὲν ἐὰν πατάξῃ—. V. Markland. ad p. 526, 28. REISK. Constructionem Reiskius minus recte expedivit particulam conditionalem iterans. V. ad p. 471, 6. Ejusdemmodi constructio est p. 525, 3. Formulam ταὐτὸ τοῦτο, quae recurrit p. 526, 28., compares cum solenni illa, τοὐναντίον. Cave autem his similibusque in formulis subaudias praepositionem κατά. SCHAEF.

525, 1. περὶ τούτων] Circa thesmothetas et archontas. REISK.
ταῦτ'] Statuta puta legesque de poenis grassatorum. REISK.

525, 5. ἱερομηνίας] Hesych. ἑορτάσιμος ἡμέρα. Harpocr. αἱ ἑορτάδες ἡμέραι ἱερομηνίαι καλοῦνται. Vides itaque ἑορτὴν et ἱερομηνίαν ita tantum differre ut illud ipsam sacram sollemnitatem, hoc tempus, diem festo consecratam significet. Vocabulum au-

tem non a voce μὴν arcessendum (unde interpretationes quaedam falsae apud grammaticos), sed a voce μήνη, *luna*, cujus composita certam lunae phasin indicant, ut νουμηνία, διχομηνία, atque hinc *diem* quoque mensis certum. Nam vox ipsa *luna*, antiquitus etiam diem aliquem mensis significabat, ut *quarta*, *quinta luna*, h. e. quarta, quinta lunae phasis, h. e. quartus, quintus mensis lunaris dies. Ἱερομηνία itaque, *luna sacra*. BUTTM.

525, 9. καὶ τὸ ταύταις] Verba corrupta. Neque enim hoc comparari potest cum τὸ "καὶ ἁλῷ φόνου" p. 693, 11. ubi hoc loco usus est Weberus. καὶ ταιαύταις codex Bodl. Taylori. καὶ ταῦτ' αὐταῖς, *et id quidem illis ipsis diebus*, Reiskius, recte, ut videtur. Sic p. 532, 14. καὶ ταῦτ' ἐν αὐτῷ τῷ ἀγῶνι. Dobraeo verba τοῦτο δ' ἐστὶ—ἐῶσιν οἱ νόμοι ex scholio conflata videbantur.

525, 18. τοῦδε τοῦ νόμου] Quem statim dicit ἱερὸν, i. e. legem de sacris Dionysiis. SCHAEF.

525, 27. τὸν θεσμοθέτην] Ulpianus: οἱ θεσμοθέται τῶν τε ἄλλων ἐπεμελοῦντο καὶ δὴ καὶ τῆς εὐκοσμίας· καὶ νύκτωρ περιιόντες ἐσκόπουν μή τινες ἁρπαγαὶ γίγνωνται. τότε οὖν εὑρών τινας νεωτέρους ἁρπάζοντας τὴν αὐλητρίδα, ἠβουλήθη ἀφελέσθαι, καὶ οὕτως ὑπ' αὐτῶν ἐπλήγη.

525, 29. δεινὰ καὶ πολλὰ] Legebatur πολλὰ καὶ δεινά. Sequendos ego libros plurimos eosque optimos putavi δεινὰ καὶ πολλὰ exhibentes. Qui verborum ordo multis in locis ab librariis cum vulgari illo mutatus esse videtur. Infra p. 550. ποιήσας δεινὰ νὴ Δία καὶ πολλὰ, ubi aliquot libri νὴ Δία δεινὰ καὶ π. P. 563. legebatur πολλὰ καὶ δεινὰ πεποίηκεν. Recte aliquot libri δεινὰ καὶ πολλά. P. 983. legebatur τόν γε δεινά σε καὶ μεγάλα εἰργασμένον. Ego ex S δεινά σε καὶ πολλά. Isocrates Helen. p. 180 e. HSt. δεινὰ καὶ πολλὰ ποιεῖν. Bekkerus ex Urbinate πολλὰ καὶ δεινά. Dicaearchus in Hudsoni Geographis vol. 2. p. 9. καὶ ἕτερα δὲ ἡ πόλις ἡδέα ἔχει καὶ πολλά. καλὰ καὶ πολλὰ vit. Homeri vol. 5. p. 226 Ern. In Platonis Politico p. 262 HSt. πρὸς πολλὰ καὶ μεγάλα, recte libri meliores πρὸς μεγάλα καὶ πολλά. Sic Demosth. p. 951. μεγάλων καὶ πολλῶν ὄντων. Conf. Lobeck. Paralip. p. 60.

526, 5. δεῖ μέλειν] Est idem atque μελήσει. Aut potest sic verti: *si quidem tueri vultis famam hanc, ut dicamini salutem publicam curare.* REISK. Verte: *si quidem vestri officii est curare salutem publicam.* SCHAEF.

526, 10. δι' ἐκεῖνα] Quae Midias dicet alios in alios contumeliosa patrasse. Decet vos Midiam non modo propter sua crimina, sed etiam propter illa aliena punire. REISK.

526, 11. ᾗ πλείω καὶ μείζω] Scilicet ταῦτα τὰ τῶν ἄλλων ἀδικήματα. Quanto plura sint numero illa flagitia ab aliis commissa, quibus allegandis Midias sua dedecora velare et excusare conabitur. REISK.

526, 12. ἐατέον] *Non est puniendus.* SCHAEF.

526, 17. τρόπου προπετείᾳ] *Solita temeritate.* SCHAEF.

φθάσαι — ἁμαρτὼν] Revocandum φθάσας, quod in aliis co-

dicibus est, et ἁμαρτεῖν scribendum cum Wolfio. Conf. p. 527, 15.

526, 26. ἰδίᾳ—τὸν ἀγῶνα] Sic distinguendo (commatis signis post ἰδίᾳ et πεισθεὶς et δήποτε et ἀργυρίῳ) locum planum feci. Constructio haec: φανήσεται καθυφεὶς τὸν ἀγῶνα πεισθεὶς ἀργυρίῳ ὁπόσῳ δήποτε. *Constabit eum caussam fecisse missam et ab actione destitisse ideo, quod esset lucro ad id adductus quantocunque tandem.* REISK. Bene vidit qui sit horum participiorum nexus. Sed distinctionum signis abuti non debebat: vellemque etiam duo illa post ἰδίᾳ et ἀργυρίῳ delevissem. ἰδίᾳ quidem jungendum priori participio. Idem participiorum nexus v. 28. SCHAEF.

526. 28. ταὐτὸ τοῦτο] Distingue post τοῦτο hoc modo: ταὐτὸ τοῦτο. ἰδίᾳ διαλυσάμενος. uti p. 524, 27. καὶ πάλιν γε τὸν ἄρχοντα, ταὐτὸ τοῦτο, ἐὰν μὲν κ. τ. λ. ταὐτὸ τοῦτο, *eodem prorsus more*, subintellecto scilicet κατὰ, non *de ea ipsa re*, ut Wolfius male vertit. MARKLAND. V. ad p. 524, 27. SCHAEF.

527. 1. οὐδ' εἰσήγαγε] Quod thesmotheta fecerat. SCHAEF.

527, 2. ἐκείνων] Significat illos, qui, cum honorem gerentes verbera aliasque contumelias accepissent, inultas eas transmiserunt. REISK. Ulpianus: αὐτὸν τὸν Μειδίαν πεποίηκε κατηγοροῦντα τοῦ προέδρου καὶ τοῦ θεσμοθέτου, ὅτι τοῖς ὑβρίσασιν οὐκ ἐπεξῆλθον.

527. 10. βιάζηται] Subaudi λέγειν. *Vobis invitis si audientiam sibi faciat.* SCHAEF.

527, 12. ἐνέσται αὐτῷ λόγος] Euripides Iphig. Taur. 998. τίς δ' ἔνεστί μοι λόγος; Rarius est quod scripsit Dionysius Halic. vol. 3. p. 1402 R. πολλῶν ἐνόντων καὶ ἄλλων λέγεσθαι, i. e. πολλὰ ἐνὸν καὶ ἄλλα λέγειν. SCHAEF.

527, 15. νὴ Δία] Formula hic etiam index est ὑποφορᾶς. SCHAEF.

527, 20. τοῦ μὴ] Plena oratio: οὐ μόνον δήπου τοῦ μὴ μετ' ὀργῆς ταῦτα πράττειν ἀπέχει. Thucydides 5, 25. ἀπέσχοντο μὴ ἐπὶ τὴν ἑκατέρων γῆν στρατεῦσαι. Qui locus geminus simillimusque nostro foret, si Historicus, id quod licuerat, sic scripsisset: ἀπέσχον τοῦ μὴ—στρατεῦσαι. SCHAEF.

527, 22. ἀλλὰ μὴν] Transitum facit. V. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 104. Eadem vis est formulae καὶ μὴν—γε p. 532, 16. SCHAEF.

528, 5. ἄν θ' ἑκὼν ἄν τ' ἄκων] Subaud. δράσῃ.

528, 6. θανάτῳ καὶ ἀειφυγίᾳ] Non necessarium esse emendare ἢ ἀειφυγίᾳ Meierus docet de bonis damn. p. 20. aliud quoque Demosthenis exemplum afferens c. Aristocr. p. 634, 29. τοὺς ἀνδροφόνους ἐξεῖναι ἀποκτείνειν καὶ ἀπάγειν. BUTTM.

528, 7. τοὺς δ'—ἠξίωσαν] Citant Anecd. Bekk. p. 361. SCHAEF. τοὺς] τοῦ Anecd. Bekk. SCHAEF.

528, 8. αἰδέσεως] αἴδεσις explicat Reiskius in genere *indulgentia, connicentia, commiseratio*, cum sit species. "Lege enim licebat caedis non voluntariae crimen evadere, si is, qui caedis reus erat, quendam ex consanguineis precibus exorare potuisset

et ad clementiam adducere, cujusmodi exorata placabilitas αἴδεσις vocabatur." Budaeus. SEAGER. *Diar. Classic.* 56. p. 259. V. ad p. 983, 18.

528, 8. ἠξίωσαν] ἠξίωσεν Anecd. Bekk. SCHAEF.

528, 11. τί γὰρ δήποτ'] τί γὰρ δήποτε; Buttmann.: eodemque modo v. 13. καὶ πάλιν, τί δήποτε; ut hae formulae interrogationem solae per se faciant, sed quae eas sequuntur enuntiationes, ἄν τις—τῷ δημοσίῳ et ἂν μὲν—τῷ ἰδιώτῃ, non sint interrogative intelligendae. "Non enim differt" inquit "hoc τί ab eo quod est in simplici formula τί γάρ; quae tam frequenter sermoni praemittitur. Et hic quidem sensus ita expleri potest: *Nam si quis haec neget, quid tandem de illa lege statuat?* Ipsas autem sententias non pendere ab illo τί δήποτε, subjectum mox διὰ τὶ quoque demonstrat." Mihi vulgaris interpunctio videtur aliquanto melior. Primum enim nec τί δήποτε nec τί γὰρ δήποτε memini legere reliquae orationi sic praemissa, ut sola per se interrogent. Deinde διὰ τί v. 20. non propterea subjectum puto, quod sententiae non pendeant ab illo τί δήποτε, sed partim quo major vis esset interrogationis, partim quia, schemate interrogativo per longiorem ambitum posterioris sententiae (καὶ πάλιν—τῷ ἰδιώτῃ;) nonnihil obscurato, talem subjici formulam audientium interesse videretur. SCHAEF.

528, 12. οὐκέτ'—ἐποίησεν] *Lex non amplius* τὴν ἐξούλης δίκην *patitur esse privatam, sed simul publicam facit, quatenus* προστιμᾶν ἐπιτάττει τῷ δημοσίῳ. Ceterum de h. l. vid. Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 1. p. 404. SCHAEF.

τὴν ἐξούλης] Subaud. δίκην. SCHAEFER. Praestat ἐξούλην quod est in S. aliisque codicibus: quo pacto tollitur dubitatio Hudtwalckeri in libro de diaetetis p. 147. V. Westermann. in *Zeitschr. f. d. Alterthumsw.* 1845. p. 681.

528, 13. τῷ δημοσίῳ] *Aerario.*

528, 18. τὸ ἴσον—ὅσον περ] Eadem obtinet constructio, quando ἴσος dicitur de qualitate. Exemplum habet Eryxias Platonicus c. 29. καταμαθὼν δ' αὐτὸν ἐγὼ ὅτι ἴσον εἴη πεῖσαι, ὅπερ ἄν, τὸ λεγόμενον, λίθον ἑψῆσαι —. SCHAEF.

528, 27. ὅλον δημόσιον] Scrupulus, quem in hoc loco sentit, sed non recte eximit, Ulpianus, est in eo, quod hic ait Demosthenes lege fuisse τὸ τῆς ὕβρεως τίμημα ὅλον δημόσιον, cum supra p. 523. dixerit, se τὴν τῶν ἰδίων δικῶν πλεονεξίαν ἀφεῖναι καὶ τοῦτον ἑλέσθαι τὸν ἀγῶνα, ἀφ' οὗ μηδέν ἐστι λαβεῖν. Aptissimum videtur, trahere illic τὰς ἰδίας δίκας, ἀφ' ὧν ἔστι λῆμμα λαβεῖν, ad solam *actionem damni*, quod perpessus erat Demosthenes in iis rebus, quas Midias, apud Pammenem inventas, absumpserat per injuriam, non autem ad δίκην ὕβρεως, unde lucrum nullum perveniebat ad actorem. *SP.*

529, 2. ἐφ' ἑαυτῷ λαμβάνειν] *Injuriam vendere pecunia*, Wolfius, cujus interpretationem sequitur Reiskius Ind. Graecitat. Mihi magis placet ἐπὶ hoc sensu sumere, ut valeat *penes, in potestate alicujus:* de qua hujus praepositionis significatione v. Reiskius

ibid. Igitur ἐφ' ἑαυτῷ λαμβάνειν vertam *ad semet ipsum vindicare.* SCHAEF.

529, 2. καὶ τοσαύτῃ γ' ἐχρήσατο κ. τ. λ.] Respexit h. l. Athenaeus 6. p. 266. SCHAEF.

καὶ τοσαύτῃ γ' ἐχρήσατο ὑπερβολῇ] *Et eo usque severitatis processit.* JURIN.

529, 7. οὐκ ἐπιτήδειον] Notabile exemplum τῆς λιτότητος. SCHAEF.

529, 11. οὐδὲν γὰρ—τοῦ νόμου] Citat et interpretatur Photius s. v. οἷον et οὐδέν.

529, 13. ΝΟΜΟΣ] In diversas partes discesserunt qui novissime de hac lege disputaverunt, Meierus *Att. Process* p. 321 sq. et H. Schellingius *de Solonis legibus* p. 80 sqq. Exordienda est quaestio ab ea lege, quam ut τὸν τῆς ὕβρεως νόμον item profert Aeschines sive potius qui litis instrumenta adscripsit illius orat. 1. p. 3, 14. hoc modo: ἄν τις Ἀθηναίων ἐλεύθερον παῖδα ὑβρίσῃ, γραφέσθω ὁ κύριος τοῦ παιδὸς πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, τίμημα ἐπιγραψάμενος. ᾧ ἂν τὸ δικαστήριον καταψηφισθῇ, παραδοθεὶς τοῖς ἕνδεκα τεθνάτω αὐθημερόν. ἐὰν δὲ εἰς ἀργύριον καταψηφισθῇ, ἀποτισάτω ἐν ἕνδεκα ἡμέραις μετὰ τὴν δίκην, ἐὰν μὴ παραχρῆμα δύνηται ἀποτίνειν· ἕως δὲ τοῦ ἀποτῖσαι εἱρχθήτω. ἔνοχοι δὲ ἔστωσαν ταῖσδε ταῖς αἰτίαις καὶ οἱ εἰς τὰ οἰκετικὰ σώματα ἐξαμαρτάνοντες. Haec quamvis cum nostrae legis verbis prorsus discrepent, ad eandem tamen utrumque oratorem respicere manifestum est. Aeschines enim postquam inter leges ad puerorum pudicitiam atque castitatem tuendam latas numeravit eas, quibus in paedicones et lenones vindicaretur, ita pergit p. 3, 9: καὶ ποῖον ἄλλον (νόμον ἔθηκε φύλακα τῶν ὑμετέρων παίδων); τὸν τῆς ὕβρεως, ὃς ἐνὶ κεφαλαίῳ ἅπαντα τὰ τοιαῦτα συλλαβὼν ἔχει· ἐν ᾧ διαρρήδην γέγραπται, ἐάν τις ὑβρίζῃ εἰς παῖδα ἢ ἄνδρα ἢ γυναῖκα ἢ τῶν ἐλευθέρων τινὰ ἢ τῶν δούλων, ἢ ἐὰν παράνομόν τι ποιῇ εἰς τούτων τινά, γραφὰς ὕβρεως εἶναι πεποίηκεν καὶ τίμημα ἐπέθηκεν, ὅ τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι. λέγε τὸν νόμον. Sequitur lex. At nec congruit haec cum eis, quae hinc ipsis verbis orator modo protulit, nec de injuriis in universum agit, sed de injuria tantum modo impuberibus illata. Quam discordiam Meierus componendam censuit hoc modo: ὕβρεως Attico jure duo fuisse genera, unum διὰ πληγῶν, alterum δι' αἰσχρουργίας, prouti alicui injuria aut verberibus aut stupro inferretur; jam servis non διὰ πληγῶν, sed solummodo δι' αἰσχρουργίας injuriam inferri potuisse; atqui utroque loco de injuria servis quoque illata sermonem esse; ergo non diversas esse leges, sed unam atque eandem a Demosthene et Aeschine significari, legem autem de injuria δι' αἰσχρουργίας Demosthenem caussidicorum more sic tractare, quasi agat de injuria verberibus illata; denique mutilam esse legem Aeschineam et nil nisi legis epitomen, integram vero legem sic reficiendam: ἐάν τις ὑβρίσῃ τινὰ ἢ παῖδα ἢ γυναῖκα ἢ ἄνδρα, ἢ τῶν ἐλευθέρων ἢ τῶν δούλων, ἢ παράνομόν τι ποιήσῃ εἰς τούτων τινά, γραφέσθω πρὸς τοὺς θεσμοθέτας ὁ κύριος τοῦ παιδὸς ἢ ἄλλος ὁ βουλόμενος Ἀθηναίων οἷς ἔξεστιν, τίμημα

ἐπιγραψάμενος, ὅτου ἂν δοκῇ ἄξιος εἶναι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι. οἱ δὲ θεσμοθέται εἰσαγόντων εἰς τὴν ἡλιαίαν τριάκοντα ἡμερῶν, ἀφ᾽ ἧς ἂν ἡ γραφὴ, ἐὰν μή τι δημόσιον κωλύῃ· εἰ δὲ μὴ, ὅταν ᾖ πρῶτον οἷόν τε. ὅτου δ᾽ ἂν καταγνωσθῇ, ἡ ἡλιαία τιμάτω περὶ αὐτοῦ παραχρῆμα, ὅτου ἂν δόξῃ ἄξιος εἶναι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι. καὶ ἐὰν μὲν θανάτου καταψηφισθῇ, παραδοθεὶς τοῖς ἕνδεκα τεθνάτω αὐθημερόν. ἐὰν δὲ ἀργυρίου τιμηθῇ τῆς ὕβρεως, ἀποτισάτω ἐν ἕνδεκα ἡμέραις μετὰ τὴν δίκην. ἐὰν μὴ παραχρῆμα δύνηται ἀποτίνειν. ἐὰν δὲ ἐλεύθερον ὑβρίσῃ, δεδέσθω, μέχρις ἂν ἐκτίσῃ. ὅσοι δ᾽ ἂν γράφωνται γραφὰς ἰδίας κατὰ τὸν νόμον, ἐάν τις μὴ ἐπεξέλθῃ ἢ ἐπεξιὼν μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, ἀποτισάτω χιλίας δραχμὰς τῷ δημοσίῳ. At ut mittam, quod parum credibile est tam temere legis membra ac vehementer discerpi potuisse, duo in his maxime sunt, quae praeter veritatem esse posita videntur. Ac primum quod non recte Meierus ponit, *ὕβρεως* actione peti non potuisse, qui servo verbera intulisset, verbo indicasse satis habeo. utpote confutatum jam a Gu. A. Beckero, Charikles 2. p. 44 sq. et Schellingio l. l. p. 84 sq. Sed nec verum puto alterum, quod idem praecipit de diversis injuriae generibus. Nititur hoc totum solo quod sciam testimonio alterius orat. in Mid. argumenti, ubi p. 513. haec leguntur: *λέγεται γὰρ ὕβρις ἡ δι᾽ αἰσχρουργίας καὶ ἡ διὰ λόγων καὶ ἡ διὰ πληγῶν.* Quae distinctio jam in eo non modo suspecta fit, verum etiam prorsus concidit, quod ipso Meiero judice p. 321. *ὕβρις διὰ λόγων* nulla unquam fuit et res plane inaudita est in jure Attico. Sed neque ferri possunt quae restant duo genera *ὕβρεως, δι᾽ αἰσχρουργίας* et *διὰ πληγῶν*: nam praeter stuprum atque verbera aliae multae et erant et cogitari possunt injuriae, quae sine dubio in eodem delictorum numero habebantur, velut si quis fimo aliquem perfunderet sive limo oblineret, quod facinus nescio quo jure Meierus p. 324. ad *ὕβριν διὰ πληγῶν*, Schellingius p. 84. ad *ὕβριν δι᾽ αἰσχρουργίας* referendum esse censuerunt. Quae quum ita sint, non dubito quin distinctio ista, ut alia multa, a grammaticis demum ficta sit. Tot erant *ὕβρεως* genera, ut omnia distinguere neque facile esset neque rei conduceret, nisi simul sua in unumquodque poena constitueretur. Quod quum factum non sit, apparet, quod ad ipsum factum certe attinet, unam tantum *ὕβριν* fuisse Atticis. Nec poterat hoc legislator clarius atque distinctius significare, quam quae ex ipsa lege Aeschines profert verbis his: *ἐάν τις ὑβρίζῃ — ἢ ἐὰν παράνομόν τι ποιῇ εἰς τούτων τινὰ, γραφὰς ὕβρεως εἶναι,* quibus verbis tota *ὕβρεως* notio prorsus exhausta est, nec quicquam restat quod praeter genus tanquam species cogitari possit. Hinc unam tantum de injuria legem oratores norunt, *τὸν τῆς ὕβρεως νόμον*, velut Demosth. or. 21. p. 525., Aesch. or. 1. p. 3, 9. et 21. Quem autem opponunt locum Dem. or. 54. p. 1264. *λαβὲ δή μοι καὶ τοὺς νόμους τοὺς τῆς ὕβρεως καὶ τὸν περὶ τῶν λωποδυτῶν,* non video quid hoc solo efficiant: praeter enim quam quod is ne tutus quidem ab omni parte est (alterum enim *τοὺς* non legitur in libris SF, omiserunt Turicenses, possit etiam in *τὸν* mutari):

praeterea pluralis numerus accipi potest non de diversis legibus, sed de diversis ejusdem legis constitutionibus sive particulis, quemadmodum Dionysiacam quoque legem in plures partes sive leges distingui supra vidimus. Eandem hanc rationem Meiero sane consideratius tentavit Schellingius p. 83, quo Aeschineam de injuria legem cum Demosthenica copularet. Scilicet lege apud Demosthenem injurias et pueris et adultis illatas contineri, in eaque unicuique Atheniensium actionem ὕβρεως datam esse; quum autem puerilem aetatem maxime vidisset Solon injuriis obnoxiam et ad eas propulsandas infirmissimam, peculiari lege τῷ κυρίῳ pueri, cui injuria illata esset, non permisisse, sed imperasse, ut rem ad judices referret; non quasi de pueris minus ac de ceteris in generali lege provisum esset, sed quia puerorum in gratiam generalem supplere atque augere voluisset: constitutionem igitur hanc, quoad speciatim ad pueros pertineret, nonnisi pro additamento ad legem generalem habendam esse; quam ob caussam Aeschinem primum de generali lege loqui (ἐάν τις ὑβρίζῃ — γυναῖκα etc.), scribam autem nonnisi id, quod de pueris separatim legislator instituisset, recitare. Quae licet per se quidem minime incredibilia sint, non credam tamen vera esse et necessaria, quoniam ea sola nituntur opinione, utroque loco vera atque integra legis verba superesse. At hoc ipsum ante demonstrandum erat. Jam vero ubi demonstratum fuerit, has quoque leges a grammaticis demum compositas et ad hanc formam fictas et conflatas esse, fieri non poterit quin ista omnia concidant. Itaque jam de singulis videndum.

Ac prima quidem verba, ἐάν τις ὑβρίζῃ εἴς τινα ἢ παῖδα ἢ γυναῖκα ἢ ἄνδρα, τῶν ἐλευθέρων ἢ τῶν δούλων, ἢ παράνομόν τι ποιήσῃ (ποιῇ) εἰς τούτων τινὰ, vera sunt; eadem enim indidem laudat Aeschines, cui sua debere nostrae legis auctorem admodum probabile est. Item injuriarum actionem deferendam fuisse ad thesmothetas res nota erat ex Dem. or. 37. p. 976. et 45. p. 1102., eamque a quovis cive, qui quidem integro esset jure civitatis, institui potuisse ex or. 21. p. 528. et Isocr. 20. p. 396 A. At omnem fidem excedunt quae sequuntur, οἱ δὲ θεσμοθέται εἰσαγόντων εἰς τὴν ἡλιαίαν τριάκοντα ἡμερῶν ἀφ᾽ ἧς ἂν [ἦ] ἡ γραφὴ, ἐὰν μή τι δημόσιον κωλύῃ, εἰ δὲ μὴ, ὅταν ᾖ πρῶτον οἷόν τε. Nihil enim quicquam erat in tantae gravitatis actione eaque publica, quod talem sententiae ferendae accelerationem aut flagitaret aut permitteret, ipsamque deprimeret in numerum caussarum minutarum, quae quoniam intra triginta dies transigendae erant, ἔμμηνοι δίκαι dicebantur. Neque ὕβρεως γραφὴν eodem pertinere praeter auctorem legis alius quisquam testis est. Sed placuisse impostori istam, veram ceteroqui, judicii formulam testatur lex si diis placet Timocratea, quae exstat or. 24. p. 720. (εἰσάγειν τοὺς ἕνδεκα εἰς τὸ δικαστήριον τριάκονθ᾽ ἡμερῶν ἀφ᾽ ἧς ἂν παραλάβωσιν, ἐὰν μή τι δημοσίᾳ κωλύῃ, ἐὰν δὲ μὴ, ὅταν πρῶτον οἷόν τ᾽ ᾖ). Jam pergit nostra: ὅτου δ᾽ ἂν καταγνῶτε, ἡ ἡλιαία τιμάτω περὶ αὐτοῦ παραχρῆμα, ὅτου ἂν δοκῇ ἄξιος εἶναι πα-

θεῖν ἢ ἀποτῖσαι. In his καταγνῶτε, quod legitur in libris omnibus, quoniam absurdius est quam quod vel semidocto grammatico tribui possit, malim cum Wolfio in καταγνωσθῇ mutare propter consensum locorum or. 24. p. 720. et 43. p. 1074, quam in καταγνῷ cum Lambino, sive in καταγνῷ τι cum Tayloro distinctione post ἡλιαία posita. Praeterea illud παραχρῆμα quoque offensioni est: quasi judices damnato reo in caussis, ubi poena non lege definita, sed ipsis aestimanda erat, non semper illico ac statim altera quoque poenae aestimandae caussa suffragia tulissent. Deinde vero quae sequuntur, ὅσοι δ' ἂν γράφωνται γραφὰς ἰδίας κατὰ τὸν νόμον, ἐάν τις μὴ ἐπεξέλθῃ ἢ ἐπεξιὼν μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, ἀποτισάτω χιλίας δραχμὰς τῷ δημοσίῳ, vel me non monente apparet ab hoc loco prorsus aliena esse. Non quo vera esse negem (nam sexcenties hoc vel simile praescriptum apud oratores legitur): sed num credamus generale hoc praescriptum in unaquaque ejusdem generis lege speciatim esse repetitum? Et ut hoc ferri possit, quis ista toleret ad accusatorem spectantia inter ea ipsa media, quae ad reum spectant, interjecta? Praetereaque admodum suspecta sunt etiam haec, ὅσοι δ' ἂν γράφωνται γραφὰς ἰδίας κατὰ τὸν νόμον. Nescio quam legem dicat, ac sponte apparet non posse quenquam nisi lege reum fieri. At γραφὰς ἰδίας ut ex jure Attico dici posse concedam (quanquam, ut fatear, in re tantopere ab oratoribus frequentata mirum est hanc formulam nostro solo quod sciam loco inveniri), non intelligo tamen, hic qui locus eis esse possit. Satis erat nominare γραφὰς ὕβρεως: nam de his solis agit lex. Jam quum ἰδίας nominet, aliud genus actionum cogitatione opponitur, δημοσίων. At non potest hoc, quoniam et injuriarum actio non erat nisi ἰδία γραφή, et is quoque, qui quamlibet mere publicam actionem instituit, eadem prorsus praescriptione tenebatur. Denique in extrema lege haec leguntur: ἐὰν δὲ ἀργυρίου τιμηθῇ τῆς ὕβρεως, δεδέσθω, ἐὰν ἐλεύθερον ὑβρίσῃ, μέχρις ἂν ἐκτίσῃ. Verba τῆς ὕβρεως ut extra constructionem posita delevit Taylorus, nec sane incredibile est librarium ista ad oram exemplaris sui addidisse, ut lectorem admoneret, hoc ultimum comma non spectare ad actorem, sed rursus ad mulctam ὕβρεως reo irrogandam. Quanquam conjiciat aliquis, haec verba non protenus delenda, sed in τις ὑβρίσας mutanda esse. Quod utut est, id certe concedi nequit eidem Tayloro, proxime sequentia quoque verba ἐὰν ἐλεύθερον ὑβρίσῃ ejicienda esse. Haec enim explicandi caussa vix adscribi potuerunt; quanquam vel sic restat adhuc aliquid obscuritatis. Scilicet hoc, nisi fallor, auctor legis voluit, in eum, qui liberum hominem injuria affecisset, mulcta irrogata aliquanto severius vindicandum esse quam in eum, qui servum modo violasset, vinculis nimirum donec solveret; ut ex silentio de altero colligi debeat, mulctam quidem ei solvendam, ipsum in vincula conjiciendum non fuisse. Quod quo jure sic fieri auctor voluerit nescio.

Restat ut dicam de legis particula, quam aiunt, Aeschinea. Nolo nimium esse suspicax neque dubium movere de verbis *γραφέσθω ὁ κύριος τοῦ παιδός*. Nam quae habet Aeschines p. 3, 26. *ἐνταῦθ' ὁ νομοθέτης οὔπω διαλέγεται αὐτῷ τῷ σώματι τοῦ παιδὸς, ἀλλὰ τοῖς περὶ τὸν παῖδα, πατρὶ, ἀδελφῷ, ἐπιτρόπῳ, διδασκάλοις καὶ ὅλως τοῖς κυρίοις*, ipsi tribui possunt verba legis interpretanti et rem oratorie amplificanti. At quae sequuntur, *ᾧ ἂν τὸ δικαστήριον καταψηφισθῇ*, tam corrupta sunt, ut restitui vix queant. Mortis poenae mentionem propter id quod sequitur, *ἐὰν δὲ εἰς ἀργύριον* (sic) *καταψηφισθῇ*, necessariam esse jam S. Petitus intellexit; reliquorum conjecturas vid. apud F. Frankium in ed. Timarcheae p. 19. Inauditum porro et prorsus singulare est, quod mox, cui mulcta dicta, eam solvere jubetur intra undecim dies, si non possit illico. Nam fiscalibus debitoribus reliquis omnibus concedebatur, ut intra nonam prytaniam certe inde ab eo die, quo aerarii debitores facti essent, debitum solverent, id quod ab Andoc. or. I. p. 10. 14 affirmatum solius nostrae legis ejusque ficticiae caussa negare non debebat Meierus d. bon. damn. p. 138. Jam vide et admirare ingentem legis benignitatem atque liberalitatem, quae per totos decem dies debiti solutionem remittere non dubitavit. Nimirum undecimo fore ut solvendo esset, qui primo non fuisset, facile sperari potuit. Denique in clausula legis (*ἔνοχοι δὲ ἔστωσαν ταῖσδε ταῖς αἰτίαις καὶ οἱ εἰς τὰ οἰκετικὰ σώματα ἐξαμαρτάνοντες*) grammatici manum redolet *αἰτίαις*, docentque ipsius oratoris verba quae sequuntur p. 3. 20., *ἴσως ἂν οὖν τις θαυμάσειεν ἐξαίφνης ἀκούσας, τί δή ποτ' ἐν τῷ νόμῳ τῷ τῆς ὕβρεως προσεγράφη τοῦτο τὸ ῥῆμα, τὸ τῶν δούλων*, aut haec verba scribam non recitavisse, aut, si genuina sunt, non eam solam certe quam esse volunt legis de injuriis particulam. WESTERMANN.

Hanc quoque legem utcunque defendit Voemelius Comment. 5. p. 14 sqq. et C. F. Hermannus in Symbolis ad p. 523, 1. citatis.

529, 13. *ὑβρίσῃ*] Quod in codicibus plerisque omnibus est *ὑβρίζῃ* a Bekkero praelatum priorum editionum scripturae *ὑβρίσῃ* habet etiam gramm. in Bekk. Anecd. p. 176, 26.

529, 18. *οἷς ἔξεστι*] Non licuit *τοῖς ἀτίμοις*. SCHAEF.

τριάκοντα ἡμερῶν] *ἐντὸς τριάκοντα ἡμερῶν*, cod. Italicus. TAYLOR. *ἐντὸς* illud debetur interpretanti perinde ut p. 720, 25. Tempus enim, intra quod aliquid fit, recte indicatur solo genitivo: quod Boeckhius videtur addubitasse de Oecon. Athen. vol. 2. p. 201. *Εὐβοεῦσιν ἡμερῶν τριῶν ἐβοηθήσατε* p. 597, 18. SCHAEF.

τριάκοντα ἡμερῶν, ἀφ' ἧς ἂν ἡ γραφὴ] Plene Plato Leg. 11. p. 915 HSt. *ᾗ ἂν τοῦτο ἡμέρᾳ γένηται, τριάκοντα ἡμερῶν ἀπὸ ταύτης τῆς ἡμέρας λαβὼν ἀπίτω τὰ ἑαυτοῦ*. SCHAEF. De die autem trigesimo ab instituta actione, qui ad caussas plerasque in judicio orandas et dijudicandas praescriptus fuit ideoque *ἡ κυρία* dicitur, v. Schoemann. Proc. Att. p. 693 sq.

529, 20. *εἰ δὲ μὴ*] I. e. si vero quid impediat. BUTTM.

529, 22. ὅτου—ἀποτῖσαι] Notanda constructio. Vulgari ratione p. 720, 28. ὅ τι ἂν δοκῇ ἄξιος εἶναι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι. V. not. ad Porsoni Medeam p. 121. ed. tert. Lips. SCHAEF.

529, 27. τῆς ὕβρεως] Recte haec delet Taylorus.

529, 29. τοῦ νόμου—ὃς οὐδὲ τοὺς δούλους ὑβρίζεσθαι ἀξιοῖ] Ad hunc locum respicit Athenaeus 6. p. 266 F. qui similem addit Hyperidis ex oratione in Mantitheum locum, ἔθεσαν οὐ μόνον ὑπὲρ τῶν ἐλευθέρων, ἀλλὰ καὶ ἐάν τις εἰς δούλου σῶμα ὑβρίσῃ, γραφὰς εἶναι κατὰ τοῦ ὑβρίσαντος.

530, 8. πατρικῆς] V. Anecd. Bekk. p. 297. f. SCHAEF.

ὅσων—κτήσωνται] Resolve: ὅσους ἂν τιμὴν αὐτῶν καταθέντες δούλους κτήσωνται. De hac figura syntactica v. nott. ad Porsoni Medeam p. 77. edit. Lips. tert., ubi ejus exemplum satis simile huic Demosthenico citavi ex Apollodoro. SCHAEF.

530, 28. ἀγυιάς] Non confecta res est de scriptura hujus vocabuli, inter veteres ipsos controversa, utrum ultima sit acuenda (ab ἀγυιὰ, vicus) an circumflectenda (ab ἀγυιεὺς, ara ante fores). Harpocration et Suidas posterius suadent, quod etiam probabilius fit, si reputes τὸν ἀγυιέα non esse *statuam* Apollinis, ut intelligit Taylorus, sed *aram*. V. Hesych. in h. v. et schol. Eur. Phoen. 634. itemque Suid. Astipulatur locus Eurip. Alc. 1159. βωμούς τε κνισσᾶν, et ipsum oraculum nostrum κνισσᾶν (ἐν) βωμοῖσι. Nisi obstaret itaque Hemsterhusii auctoritas (ad Lucian. Prometh. c. 19.) et aliud oraculum ap. Demosth. adv. Macart. p. 1072. ubi est τὰς ἀγ. et hic et ubique apud scriptores in hac formula circumflecterem ultimam. Quicquid est de hac re, in oraculo ipso, κατ' ἀγυιὰς, de *vicis* intelligendum est. SP. Verba Hemsterhusii sunt haec: "Priorem (sententiam, scribendum esse ἀγυιὰς) ego amplector, ad quam constabiliendam pluribus opus foret, quam quae caperet lex notarum praescripta. Lucianum in eadem fuisse opinione, ex multis ejus locis plane colligi potest." Auctor etiam glossae Κνισσᾶν ἀγυιὰς in Lex. Rhet. p. 268. est ex numero eorum quos de vicis haec intelligere Harpocration memorat. Codd. hic quidem omnes dant ἀγυιάς. BUTTM.

531, 2. Ἐρεχθείδαισιν] Scribendum Ἐρεχθείδῃσιν cum Meiero.

531, 5. ἱστάναι—πάντας] Haec ad choros in vicis et plateis ducendos referenda esse, ipsa res et Demosthenis quae praecedunt verba docent. Sed cum diserta chori mentio desiderari videretur, Hemsterhusius ad Luciani Nigr. 16. emendandum locum pronuntiabat ita: καὶ εὐρυχόρους κατ' ἀγυιὰς Ἱστάναι ὡραῖον Βρομίῳ χορὸν ἄμμιγα πάντας—ὡραῖον χορὸν, opinor, intelligens eum, qui stato anni tempore fieret. Hesych.: Ὡραῖα—καὶ ἐπὶ τῶν καθ' ὥραν συντελουμένων ἱερῶν. Ὡραία ἡμέρα. ἡ ἑορτή. Ὡραῖον. καίριον, καὶ τὸ ἱερεῖον, τὸ θῦμα τὸ καθ' ὥραν. Quae ratio si cui minus placeat ob singularem χορόν: quamquam de choris ab universo populo ductis id non absurde dictum videatur: is aliam fortasse praeferat, qua vulgata in eundem sensum accipi potest. Sicut enim χοροὺς ἱστάναι ὡραίων χάριν h. e. in gratiam annui

proventus, per appositionem recte dicitur, ita figura non minus illa poetica, eosdem choros simpliciter χάριν ὡραίων dixerit Pythia: ut notio chori insit toti verborum contextui, maxime tamen verbo in hac re sollemni ἱστάναι. In qua ratione ego certe acquiesco. Sed quid commune est his choreis per vicos et plateas ducendis cum illis tibicinum aliisque choris de quibus in hac oratione Demosthenes? Idem, ni fallor, quod rei scenicae Atticae, quod tragoedis et comoedis posteriorum temporum, cum illo rurali ludicro quo per pagos discurrebant peruncti faecibus ora. Et ita omne ludorum genus rude, quod per festivam laetitiam licentiamque celebrabant homines cujusque civitatis ἄμμιγα πάντες, paulatim postea artibus excultis ad paucos cedebat, qui in quoque genere perfectiores, a ditioribus conducti publice certabant, populo actore olim nunc spectante. Oracula itaque illa, sive quod antiquioribus temporibus accepta essent, sive quod carminum divinorum auctores priscam adhuc simplicitatem prae oculis haberent, choros ab universo populo celebrandos imperabant: civitates autem, mutata nunc rerum facie, eorum loco certamina illa populo spectanda et audienda parabant. Hinc certior lux loco varie hucusque tentato infra p. 532, 9. BUTTM.

531, 8. Hesychius: Προστατήριος· τὸν Ἀπόλλωνα οὕτω λέγουσι, παρόσον πρὸ τῶν θυρῶν αὐτὸν ἀφιδρύοντο. BUTTM.

531, 12. ἀνίσχοντες, καὶ μνασιδωρεῖν] Nominativum ἀνίσχοντες praeter rem in accusativum mutarunt nonnulli: nam in oraculo Adv. Macart. p. 1072. ob praecedens ibi συμφέρει nominativus locum non habebat in formula eadem: θεοῖς ὀλυμπίοις πάντεσσι καὶ πάσαις δεξιὰς καὶ ἀριστερὰς ἀνίσχοντας μνασιδωρεῖν καττὰ πατρῷα (leg. πάτρια ut in praecedente ibi membro): quae integra hic posui ut appareret jure me ejecisse in nostro loco καὶ ante μνασιδωρεῖν, quo servato participium ἀνίσχοντες absurde referendum erat ad superiora χοροὺς ἱστάμεν καὶ στεφανηφορεῖν. BUTTM. Scribendum ἀνίσχοντες μνασιδωρεῖν cum Buttmanno.

531, 16.—22. De Dodonaeo hoc oraculo monemus primum τὸν τοῦ Διὸς esse antistitem templi Dodonaei qui eximie dicebatur ὁ προφήτης (vid. Valck. ad Herodot. 7, 111. et cf. Plat. Alcib. 2. p. 149. b. de propheta Ammonis): tum hocce oraculum hinc prorsus alienum esse. Nihil enim eorum continet quae supra indicaverat Demosthenes. Ut videantur antiquiores nescio qui litterati homines appinxisse hic quicquid ad manus esset ejusmodi responsorum. BUTTM.

531, 16. παρηνέγκατε] *Praeterire siristis* Reisk. in Indice. Plutarchus V. Arati c. 43. a Buttmanno comparatus τότε μὲν οὖν παρήνεγκε τὸ ῥήθεν. *flocci fecit* Interpres.

531, 18. καὶ τούτους] Desideratur infinitivus ante τῷ Διί. Sunt qui subjectum faciant θεωροὺς, πέμπειν ad boves pertinere, et verba καὶ τούτους διὰ ταχέων per parenthesin dicta credant. Perperam: θεωροὶ enim non mittunt, sed secum ducunt victimas. Alii inserunt θύειν. Mihi tota illa admonitio: καὶ τούτους διὰ

ταχέων, ne dicam inepta, certe quam maxime importuna visa est. Famelicus fuerit Juppiter, qui adventum pinguium horum boum, quorum nidore saturaretur, opperiri vix posset! Sed antequam infinitivum aliquem ex διὰ ταχέων extundamus, inspiciamus variam praecedentium quoque scripturam. Videmus hic, pro τούτους libros plurimos et optimos dare τούτου τούς. Praecedit numerus ἐννέα, cujus rationem aliquam esse potuisse facile concedo; sed "abest is," verba sunt Taylori, "a nonnullis MSS. et vir ille sollers, qui Italicum codicem contulit, legit pro ἐννέα, ἕνεκα, puto θεωρίας ἕνεκα." His verbis quid faciam non habeo. Adeo nihil enim proficitur hac sola mutatione, ut nisi in codice reperta sit scriptura, apponi a "viro sollerti" vix potuerit. Quicquid est, ejus tamen ope ad veram hujus loci restituendi rationem pervenisse mihi videor. Nimirum revocanda antiqua lectio τούτο τοὺς, quarum vocum altera ad sequentia trahenda, altera conjungenda est cum ἕνεκα; sic enim lego, non pro ἐννέα, sed pro ἐννέα καὶ, quod ex male divulsa illa voce natum censeo: ἕνεκα τούτου *propter hoc* sc. peccatum, quod tempus sacrorum praetermisistis. Sed huc mox recurram: nunc sequentia contemplemur. Remanent post hanc meam praecedentium constitutionem verba, τοὺς διὰ ταχέων. Haec itaque ex conjectura, uti mihi quidem videtur, satis probabili, muto et cum sequentibus conjungo in hunc modum: τοὺς δὲ ἀπάγειν τῷ Διὶ—τρεῖς βοῦς etc. Quam verbi ἀπάγειν proprietatem monstrat Herodotus 5, 82. ἀπάξουσι ἱρὰ τῇ Ἀθηνᾷ. Cf. 2, 38. extr. ubi absolute ita usurpatur idem. Nam quod ab eodem pendent etiam quae sequuntur cetera donaria, mensaque aerea, in eo nemo haerebit, praesertim cum alia vocis ἄγειν composita de hujusmodi donis proprie usurpentur, ut Hom. Il. Θ, 203. οἱ δέ τοι (Neptuno) εἰς Ἑλίκην τε καὶ Αἰγὰς δῶρ' ἀνάγουσιν, ipsumque ἀπάγειν de tributo (v. Xen. Cyrop. 2, 4, 12. 3, 1. 10.) BUTTM. Conjectura non satis probabilis. Infinitivum qui desideratur alio modo infra restituit Sauppius καὶ ἄλλα ἱερεῖα in καλλιερεῖν mutato. Quod recepi. Sed recte fortasse Boeckhius in Corp. Inscr. vol. 2. p. 579. totum locum sic constituit αἱρετοὺς πέμπειν κελεύει θεωροὺς ἕνεκα τούτου διὰ ταχέων, καὶ τῷ Διὶ τῷ Ναΐῳ τρεῖς βοῦς καὶ πρὸς ἑκάστῳ δύο οἶς, τῇ δὲ Διώνῃ βοῦν καὶ ἄρνα ἱερεῖα, καὶ τράπεζαν χαλκῆν πρὸς τὸ ἀνάθημα etc. Quo pacto non solum dubitationes de numero θεωρῶν deque verbis διὰ ταχέων motae removentur, sed etiam verbum nanciscimur omnibus qui hic leguntur accusativis pariter aptum.

531, 18. διὰ ταχέων] V. ad p. 9, 16.

τῷ Διὶ τῷ ἐν Τομάρῳ nunc ex Spaldingii conjectura legitur. Digna tamen memoratu etiam Buttmanni conjectura est, de qua sic ipse scribit, "Vide quae nobis narrat Stephanus Byz. in fragmento operis plenioris in v. Δωδώνη: ubi mentione facta Jovis, legitur: τὸν δὲ Δωδωναῖον ἔλεγον καὶ ναῖον: quae in Epitome magis etiam obscurata sunt scriptura Καιναῖον. In uno autem e scholiis ad Il. π, 233. quod ex eodem quo Stephanus fonte

complura exhibet, haec etiam scripta sunt: ὁ δὲ Δωδωναῖος καὶ ναϊος (sic, sine accentu, ut omnia·) ὑδρηλὰ γὰρ τὰ ἐκεῖ χωρία. Quae derivatio sive vera est sive non, verum hoc tamen esse nomen demonstrat. Epitheton igitur Jovis quem ceteri Graeci Δωδωναῖον appellabant in ipsa Thesprotorum terra fuit ὁ Νάϊος. Jam cum facillima sit in antiquiori scriptura litterarum *I* et *P* confusio: verisimillimum esse puto, corruptum esse illud τῶ ναρω ex antiquo et vero τῷ Ναΐῳ. Illud autem τομαρῳ: nam casum tam eruditum, qui Tomarum cum Dodona copularit, statuere non possum: aut ego valde fallor, aut est a manu viri docti, cui corruptum illud τῷ ναρω contemplanti in mentem venit Τομάρου et ceterorum bene multorum quae conjuncta illi nomini Strabo in descriptione Dodonae refert; isque appinxit hoc nomen non ut variam lectionem sed ut conjecturam, quae minime mirum si Spaldingo mihique fraudi olim fuit." Addere poterat Hesychii glossam Τμάριος Ζεύς· ἐν Δωδώνῃ. "Locis a Buttmanno in auxilium vocatis addam tertium, qui rem conficit. Anecd. Bekkeri p. 283, 22. Νάϊος Ζεὺς, ὄνομα ἱεροῦ τοῦ ἐν Δωδώνῃ· Πέριρος γὰρ, ὁ Ἰκάστου παῖς τοῦ Αἰόλου, ναυαγήσας διεσώθη ἐπὶ τῆς πρύμνης καὶ ἱδρύσατο ἐν Δωδώνῃ Διὸς Ναΐου ἱερόν. Corrupta esse verba et scribendum Περιήρης γὰρ ὁ Ἰκαρίου, quanquam vel sic inverso vero ordine, vidit E. de Lassaulx in comment. de Pelasgico oraculo Jovis Dodonaei (1840), p. 6, 49. De qua fabula utut statuendum erit, magni est in nostra re momenti, quod ejus rei mentio fit in lexico rhetorico ad ipsos oratores Atticos maxime explicandos composito, cujusque auctorem Midianam quoque orationem ante oculos habuisse (velut p. 219, 22. 235, 6, 9. 238, 31. 245, 20. 255, 8. 265, 22. 268, 6, 27. 278, 8, 29. 279, 20. 288, 18. 292, 10, 12.) vix est quod dubitemus; ut illa de Jove Naio glossa nostri loci caussa facta esse atque auctor Διὶ τῷ Ναΐῳ ibi scriptum invenisse videatur." WESTERM. Διὶ τῷ Ναΐω probavit etiam Boeckhius in Corp. Inscr. vol. 2. p. 579. ubi in inscr. Prienensi Nᾶα, festi nomen, legitur, Nᾶα (i. e. Νάϊα s. Νᾷα) τὰ ἐν Δωδώνῃ.

531, 20. Διώνῃ] Dione simul cum Jove nominatur non hic tantum sed etiam in Orat. de f. L. p. 437, 10. et in Epistola 4. quibus locis apparet participem eam fuisse non templi solum sed et oraculi Dodonaei. Hujus itaque divae nomen interpretes quidam reddiderunt *Junonem*. Servius contra, ad Virg. Aen. 3, 466. *Venerem* Jovis Dodonaei σύνναον θεὰν fuisse tradit. Hinc Jac. Gronovius (ad Stephani Dodonen) Venerem Libitinam non bene, credo, comparans *Proserpinam* vult esse Dionen. Denique, si mythologos ipsumque Homerum consulas, invenies Dionae diversae ab illis omnibus deae nomen fuisse, quae inter *Titanides* recensebatur, Veneremque ex Jove peperisse perhibebatur. Ego haec omnia, praeter Gronovii opinionem, vera quadamtenus esse ostendam, et inter se conciliare studebo. Ἔσται δὲ περὶ αὐτῶν βραχὺς ὁ λόγος, κἂν ἄνωθεν ἄρχεσθαι δοκῶ, ut cum nostro loquar.

Etsi peculiares unicuique genti fuerint fabulae, in eo tamen

omnes fere consensisse videntur, ut, si plures deos agnoscerent, summum quendam deum ceterorum regem statuerent eique uxorem assignarent. Cui deae nisi aliunde nomen adhaesisset, ex ipso mariti nomine illud deflexum est. Itaque ex *Jove* formabant *Junonem*, Ζὴν deflexum est in Ζανὼ, et sic non dubito quin Pelasgi antiqui, a quibus oriundi Epirotae et Dodonaei, uxorem τοῦ Διὸς dixerint Διώνην, quae nomina omnia nihil differunt a Θεὸς et Θέαινα. Uxor igitur Jovis, quae aliis gentibus *Juno*, Epirotis fuit Dione; et sic melius explicantur nummi Epirotarum, qui omnes, non Dodonaeorum solum, *Jovis et Diones* effigiem junctim exhibent (v. Gronov. l. c.) quam si inferiorem aliquam deam, quae casu in Dodonaei templi et oraculi consortium venerit, Dionen credas.

Haec dudum a me disputata confirmata nuperrime sunt scholio ad Odysseam Γ, 91. ubi relatum est, Amphitriten a quibusdam populis nominatam esse Ποσειδωνίαν, ὡς καὶ ἡ Ἥρα Διαίνη παρὰ Δωδωναίοις, idque Apollodori testimonio firmatur. Sitne autem vera etiam haec nominis forma Διαίνη, an mendose tantum exscripta, definire hodie non experiar.

Dudum a peritis observatum est, mythologiam Graecorum congeriem esse diversissimarum, de iisdem saepe rebus, imaginum et fabularum. Quippe is erat mos antiquarum gentium et imprimis Graecorum, ut nullam neque majorum suorum, neque singularum suae gentis tribuum, neque adeo exterarum nationum, religionem, nullam superstitionem, nullum poëseos antiquioris figmentum pro vano prorsus haberent, sed suis quodque potius religionibus historiisque immiscerent: ea tamen velut lege, ut, quos quidem deos suis quodammodo similes viderent, pro iisdem, etsi diverso nomine, haberent; si vero suis fabulis ea, quae ab aliis tradita essent, plane repugnare intelligerent, diversos saepe deos, qui revera iidem erant, crederent. Posterius igitur hoc tum quoque iis accidit, cum sive reges deorum traditos invenirent, qui cum Jove, sive uxores Jovis, quae cum Junone misceri non posse viderentur. Sed nova tum existebat difficultas; plures enim reges reginasve admittere non poterant. Quam ita removisse mihi videntur antiquiores, ut deos illos regnasse quidem, sed a Jove suo victos caeloque pulsos, deas cum Jove consuesse quidem, at legitimas uxores non fuisse, docerent. Et haec, ni fallor, vera est origo fabulae de *Titanibus* caelo turbatis, et de *Jovis concubinis* iis, quae inter *Titanides*, Caeli filias, et inter Titanum filias referebantur, ut Metis, ut Themis, ut Latona, ut Ceres, ut *Dione*, quas omnes diversae fabulae Jovi uxores dabant.

Etenim in eo a se invicem recedebant gentes et fabularum auctores primi, ut regis deorum uxori munia alii alia tribuerent. Sic Ἥρα erat symbolum aëris, Ceres terrae, Latona noctis, prudentiae Metis, justitiae Themis. Quae omnia uxorem Jovis valde decent, prout hunc ipsum sive symbolum caeli, sive parentem lucis, sive summum hominum deumque moderatorem cogi-

tas. Neque igitur *patrem generatoremque* omnium quae sunt dedecebat uxor symbolum *amoris et connubii*, quam cum Venere itaque sua miscebant gentes aliae. Hujus sane Pelasgicae Diones vestigia agnosco in ipsa *Junone Pronuba*, quam et Graeca et Itala religio colebat: vid. Pollux 3. 38. Hesych. v. ζυγία. Eurip. Iph. Aul. 718. Apollon. 4, 96. Pind. Nem. 10, 31. et ibi schol. Virg. Aen. 4, 59. c. Serv. Neque mirum videri potest, si Diones filia ipsa quoque dea amoris est habita. Sic Metidis filia erat Minerva; sic ipsa Graecorum. Hellenum puta, Ἀφροδίτη Ἔρωτα peperit. Et videntur Pelasgi veteres, *amorem*, sicut nostrates, feminino vocabulo usurpasse ideoque deam, non deum, habuisse: neque Romani *Cupidinem*, opinor, contra suae linguae ingenium, marem fecissent, nisi Graecorum in his omnibus fuissent sectatores. BUTTM.

531, 21. πρὸς τὸ ἀνάθημα—Ἀθηναίων] Remanet obscuri aliquid in his oraculi verbis. Fortasse tamen explicatione hic subveniri potest. Credibile est, Athenienses, publica quadam calamitate afflictos, legatos misisse Dodonam sciscitaturos, quid agendum esset ad placandam deorum iram His procul dubio mandatum erat, *vovere* Jovi Dodonaeo, nomine civitatis, dona quaedam, quae, accepto responso, exsoluturum se spondebat populus. Hanc itaque *vovendi* notionem, puto, hic habet ἀνατιθέναι. Quod non solum *suspendere Deo*, sed latiori significatu *consecrare* valet. BUTTM.

531, 24. Διονύσῳ δημοτελῆ ἱερὰ τελεῖν] Vulgo legitur Διονύσῳ δημοτελεῖ ἱερεῖον τέλειον cum sola varietate δημοτελεῖν, quod verbum nihili est. Διόνυσον δημοτελῆ multo minus agnoverit quisquam: ac, si velit, dictionem non expediat, deficiente verbo ad vocem ἱερεῖον, durissime ante illa κεράσαι et θῦσαι. Mutatis itaque terminationibus reposui δημοτελῆ ἱερὰ τελεῖν. Hesych. δημοτελῆ ἱερὰ, εἰς ἃ θύματα δίδωσιν ἡ πόλις· δημοτικὰ δὲ εἰς ἃ οἱ δῆμοι: ad quem l. vid. Ruhnk. in Append. Sic et ἑορτὴν δημοτελῆ habes apud Thuc. 2, 15., θυσίην δημοτελῆ ap. Herod. 6, 57.: dictionem autem ἱερὰ τελεῖν vid. ap. Xenoph. Laced. 13, 5. Alia dabit Boeckhius de Oecon. Athen. 1. p. 288. not. qui meae rationi accedit, etiam ἱερὰ δημοτελῆ, εἰς ἃ εἰσιέναι vetitum erat quibusdam (v. Ind. Demosth. Reisk.), de sacris, non de fanis intelligens. Sed de his in utramque partem disputari potest. Vid. Meieri observationes (de bonis damn. p. 103 et 235.), qui reponendum hic suadet ἱερεῖα τελεῖν: in qua ratione mihi quidem magnopere displicet verbum τελεῖν. BUTTM.

531, 28. Διὶ κτησίῳ] Jupiter κτήσιος erat Athenis icuncula, ex Diis Penatibus una, πλουτοδότης, ideoque in cella penuaria, ἐν τῷ ταμείῳ, collocata. Egregius est locus Isaei de Cironis haereditate, ideoque exscribam: *Οὐδέποτε θυσίαν ἄνευ ἡμῶν οὐδεμίαν ἐποίησεν, ἀλλ' εἴτε μικρὰ, εἴτε μεγάλα θύοι, πανταχοῦ παρῆμεν ἡμεῖς καὶ συνεθύομεν. καὶ οὐ μόνον εἰς τὰ τοιαῦτα παρεκαλούμεθα, ἀλλὰ καὶ εἰς Διονύσια εἰς ἀγρὸν ἦγεν ἀεὶ ἡμᾶς· καὶ μετ' ἐκείνου τε ἐθεωροῦμεν καθήμενοι παρ' αὐτὸν καὶ τὰς ἑορτὰς ἤγομεν παρ' ἐκεῖνον πάσας, τῷ*

Διί τε θύων τῷ κτησίῳ, περὶ ἣν μάλιστ᾽ ἐκεῖνος θυσίαν ἐσπούδαζε —καὶ ηὔχετο ἡμῖν ὑγίειαν διδόναι καὶ κτῆσιν ἀγαθήν. V. Antiphont. p. 113, 12, 22. Maussac. ad Harpocrat. s. v. *κτήσιον.* TAYLOR.

532, 4. *προστάττουσι—προσαναιροῦσι*] Pythia Delphis, Dodonae sacerdos. SCHAEF. Non opus Vateri conjectura a Buttmanno memorata, *θεοῖς* in *θεοὶ* mutantis.

532, 7. Junge *οἱ χοροὶ καὶ οἱ χορηγοὶ ἐστεφανώμεθα.* BUTTM.

532, 9. *ὑπὲρ αὐτῶν*] I. e. propter oracula, ut satisfiat oraculis: ut *ἀσέβεια* sit tali *στεφανηφορίᾳ* nocere *ὑβριστικῶς.* SCHAEF. Fallitur *αὐτῶν* ad *μαντείας* referens. Recte schol. *ὑπὲρ αὐτῶν θεῶν δηλονότι ἁπάντων.*

532, 17. *μηδέν᾽ ἀγωνίζεσθαι ξένον*] Lex erat, quae peregrinos inter chorum versari vetaret. Non tamen ea potestatem dabat choragorum ulli, qui in alieno choro hominem inveniret peregrinitatis nomine suspectum, ut *ἁπλῶς*, h. e. *ubicunque id esset*, explorandi caussa, ad archontem eum vocaret (*προσκαλέσαντι σκοπεῖν*). Immo si inter saltandum (*μεταξὺ χορεύοντα*, hoc enim utique supplendum mente, ut ratio legis et consensus cum altera appareat) in jus vocasset, quinquaginta drachmas pendere cogebatur, sin inter spectatores relegasset (*καθίζεσθαι κελεύσῃ*), mille. *SP.*

532, 18. *προσκαλέσαντι*] Notabile hîc dici activum *προσκαλεῖν*, cum sensu judiciali fere usurpetur medium *προσκαλεῖσθαι*, quo Orator de eadem re utitur p. 534. init. SCHAEF.

532, 27. *δώσε* scripsi ex S.: vulgo *οὐ δώσει*, quod ipsum quoque dici poterat. Sic p. 746, 22. in jurejurando heliastarum *οὐδ᾽ ἐάν τις καταλύῃ τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων—οὐ πείσομαι.* p. 767, 7. *οὐδ᾽ ἂν εἰ δὶς τόσα γένοινθ᾽ ὅσα νῦν ἐστιν, οὐδ᾽ ὁτιοῦν ἂν ὄφελος εἴη.* et apud alios non varo. V. Schoemann. ad Isaeum p. 470.

533, 3. *παραιτήσομαι—ἀχθεσθῆναί μοι*] Citant Anecd. Bekk. p. 163, 14. SCHAEF.

ἐπὶ συμφοραῖς] F. *ἐπὶ συμφορᾶς. ἐπὶ συμφορᾶς γεγονέναι* i. q. *συμφορᾷ κεχρῆσθαι*, quod legitur v. 11. SCHAEF.

533, 18. *συγκεχωρηκὸς*] Scripsi *τὸ συγκεχωρηκὸς* ex A. B. cum articulo. Constructio haec est: *ἴδοι τις ἂν τὸ τῆς ἐν ἑκάστῳ ὑμῶν οὔσης εὐσεβείας συγκεχωρηκὸς τοσοῦτον ὄν*, *videat quis facilitatem et indulgentiam pietatis, quae vestrum unicuique inest, tantum.* *τὸ συγκεχωρηκὸς* est ea animi placabilitas et lenitas, quae, sopita ira aut crudelitate, ferocitate, acerbitate, concessit alteri, de saevitia sua remisit atque relaxata est. REISK. Recte Reiskius articulum addidit. Sic Aristides vol. 1. p. 108, 2. *καὶ τοσούτῳ παρὰ πάντων τετίμηται τῷ συγκεχωρηκότι.* p. 183, 7. *προεδρίας καὶ τοῦ παρὰ πάντων συγκεχωρηκότος.* p. 519, 9. *ἡ παρὰ τῶν ἡγεμόνων αἰδὼς καὶ φιλανθρωπία καὶ τὸ συγκεχωρηκός.* vol. 2. p. 151, 1. *τότε τοίνυν αὐτὸν προσεῖπον Ὀλύμπιον· τοσοῦτον ἦν τὸ συγκεχωρηκός.*

533, 21. *τῶν χορηγῶν*] Subaudiendum *τινὰ κωλύειν*, *tantum abest ut choregorum quisquam impediat.* SCHAEF.

533, 27. *εἶδε*] Est *ἰδεῖν* hic *rationem habere, proponere sibi* Sic

ὁρᾶν in Epistola Demosth. 3. p. 1478. τί δήποτε οὐχ ἑώρα τὰ δίκαια ταῦτα; *quidni earum legum rationem habebat?* Plat. Phaedr. p. 267 a. Τισίαν δὲ Γοργίαν τε ἐάσομεν εὕδειν, οἳ πρὸ τῶν ἀληθῶν τὰ εἰκότα εἶδον ὡς τιμητέα μᾶλλον. *SP.* Cf. Jens. ad Lucian. Dial. Mort. 11, 4. Add. Simonid. de mulieribus 80. ἀλλὰ τοῦθ' ὁρᾷ καὶ τοῦτο πᾶσαν ἡμέρην βουλεύεται ὅκως τί χ' ὡς μέγιστον ἔρξειεν κακόν. BUTTM.

534, 4. αὐτόχειρ] Ὅρα ὅπως τὸ τῶν ἀνδροφόνων ὄνομα ἔθηκεν ἐπὶ τῶν ὑβριστῶν, ἐγγὺς ποιῶν τὸ πλημμέλημα παρὰ ταῦτα, εἰ ἐκβάλλει τοῦ χοροῦ τὸν διδάσκαλον. Sic scite Ulpianus. *SP.*

534, 5. οὐκ οὖν—φροντίζειν;] Quum Sannio, qui Athenis choros tragicos docere solitus fuerat, et Aristides quidam ἀστρατείας damnati essent et nihilominus, legibus spretis, chorum ille doceret, hic duceret, tamen eos aemulorum choragorum nemo, quamvis victoriae studiosus, haec facere prohibebat. Hanc choragorum modestiam confert Orator cum Midiae petulantia, a quo, privato, ipse, choragus, pulsatus fuisset. SEAGER. *Diar. Classic.* 56. p. 259.

534, 6. ταυτὸν (nam sic veteres editiones, non ταυτί) παρὰ τοῦτ'] Solum παρὰ τοῦτ' habet Aug. primus. Sine dubio ταυτὸν natum est e varia lectione super hoc τοῦτ' adscripto. Lector aliquis super παρὰ τοῦτ' οἰομένων scripserat ταῦτ' ἄν, unde natum est ταυτόν. Aut natum id est e παρὰ ταῦτά γ' οἰομένων. REISK. Satis probabilis Reiskii disputatio, ταυτὸν, ταυτὶ etc. nihil esse aliud quam διττογραφίας huic τοῦτ' allitas. Sed ipsum hoc τοῦτ' vereor ut ab Oratore profectum sit, qui mihi quidem videtur scripsisse ταῦτ'. Supra enim non de una re agitur, sed de duabus, per quas Demosthenes hic ait stare potuisse, quo minus antichoregi victoria potirentur. V. p. 533, 8. et 21. SCHAEF. Dittographiam etiam Dobraeus agnovit, cujus non improbabilis conjectura est duplicem lectionem fuisse, alteram ταύτῃ (in ταυτὶ corruptam), alteram παρὰ ταῦτ'.

παρὰ] Valet *propter, per,* ut Xen. de Mag. Eq. 1, 5. (de facilitate in equum insiliendi) πολλοῖς γὰρ ἤδη ἡ σωτηρία παρὰ τοῦτο ἐγένετο. Plut. Camill. 28. Οὐ μὴν παρὰ τοῦτο (quod scilicet male erat obsidentibus) βελτίω τὰ πράγματα τοῖς πολιορκουμένοις ἦν. Dinarch. c. Dem. p. 99, 21. παρὰ τί οἴεσθε τὰς πόλεις τοτὲ μὲν εὖ, τοτὲ δὲ φαύλως πράττειν; respondetur: παρὰ τοὺς συμβούλους καὶ τοὺς ἡγεμόνας. Demosth. Phil. I. p. 43, 15. οὐ γὰρ οὗτος παρὰ τὴν αὑτοῦ ῥώμην τοσοῦτον ἐπηύξηται ὅσον παρὰ τὴν ἡμετέραν ἀμέλειαν. Et in nostra or. p. 545. ταῦτα πέπονθεν ὑπὸ τοῦ Μειδίου παρὰ τὴν πενίαν καὶ τὴν ἐρημίαν κ. τ. ἑ. Ex quibus exemplis omnibus cognoveris, παρὰ non tam simpliciter caussam sive rationem indicare, sed rei momentum vel ansam, et illud, sine quo vera caussa efficax non foret. BUTTM.

534, 14. ὅτι τῳ] ὅτῳ vel εἴ τῳ Reiskius.

534, 15. προσέκρουσε καὶ ἐχθρὸς ὑπῆρχε] Abundantia verborum oratoria. V. Dorvillius ad Chariton. p. 577. ed. Lips. SCHAEF.

534, 16. ἐπίτιμον ὄντα] Interpretatur Reiskius in Indice "in

functione honoris publici versantem." Minus recte, nisi fallor. Status enim Demosthenis cum Sannionis et Aristidis statu comparatur. Hi, qui ἀστρατείας damnati fuissent, ἄτιμοι: ille contra ἐπίτιμος, capite non deminutus. SEAGER. *Diar. Classic.* 56. p. 260.

534, 23. Πιτθεῖ] Variant libri et hic et ubique ita, Πιθεῖ, Πιτθεῖ. Steph. Byz. Πίθος, ὁμωνύμως τῷ ἀγγείῳ δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς: ex quo loco et e lapidibus dudum probabant viri docti scribendum esse ubique Πιθεύς, Πιτθεύς autem nonnisi herois nomen esse, cum ecce nova prodit auctoritas, Schol. Plat. Euthyphr. init. ad vocem Πιτθεύς: Πιτθίς, δῆμος Αἰγηΐδος Ἀθήνησιν, ἐξ οὗ οὗτος. Quo minus enim de duobus diversis pagis, Πίθῳ Κεκροπίδος, Πιτθίδι Αἰγηΐδος, cogites, facit auctoritas Harpocrationis: Πιτθεύς· δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς ἡ Πιτθίς et lapidis apud Corsin. Fast. Att. 1. p. 170. ubi inter cives Cecropidis tribus memoratur unus pago ΠΙΤΘΕΥΣ. Ex quibus omnibus, et maxime ex ipso illo Stephani Byz. praecepto, patet antiquam esse hanc scripturae diversitatem. Immo antiquissimam esse, ex ipso nomine herois Atticis et Troezeniis, cognatis populis (v. Paus. 2, 30.), communis, *Pitthei*, augurentur fabularum mythicorumque nominum periti. Sic σκύπφος simul et σκύφος, Ἀτθίς et Ἀθῆναι, antiqua lingua ferebat. Erroneum itaque esse videtur illud Αἰγηΐδος ap. schol. Plat. BUTTM. In inscriptionibus utriusque formae exempla reperiuntur, frequentius tamen Πιτθεύς: v. inscr. ap. Boeckh. vol. 1. p. 240, 4. p. 306, 21. 316, 26. et inscr. navalem X, d, 45. XIII, a, 65. p. 237, 252, 254, 255; Πιτθεύς in Corp. Inscr. vol. 1. p. 389, 9. p. 461, 11. et de muliere ib. l. 12. Αὐρ. Μάγνα ἐκ Πιτθέων. Vitiose Πιτέως ap. Isaeum p. 70. extr. ubi Reisk. Πιτθέως. Πιτθέως, Pelopis filii nomen, poetarum locis inde ab Homero extra dubitationem positum.

534, 26. ἀντιχορηγῆσαι] Utitur hoc verbo Plutarchus V. Alcib. c. 16. SCHAEF.

535, 2. κατερρήγνυε] V. not. ad Porsoni Medeam p. 80. ed. tert. Lips. SCHAEF.

τὰ παρασκευαζόμενα ἱμάτια εἰς τὴν ἑορτὴν] Nota verborum ordinem. SCHAEF.

παρασκευαζόμενα] παρεσκευασμένα Tiberius.

535, 8. Φιλόστρατον] Hunc eundem esse qui in orat. c. Neaeram p. 1352, 16. (in testimonio) memoratur, Φιλόστρατον Διονυσίου Κολωνῆθεν, jam ab Tayloro observatum est. Idem cum patre Dionysio memoratur in inscr. navali a Boeckhio edita p. 391. Conf. etiam ad p. 1045, 15.

535, 11. Ὠρωποῦ] Thebani, quibus opem ferre contra Lacedaemonios jusserat cives Chabrias, Oropum, finitimum sibi oppidum, servati Atheniensibus reddere noluerunt, unde accusatus est hic tanquam conscius et socius injuriae. Non video autem, quare Taylorus neget τὴν περὶ Ὠρωποῦ κρίσιν esse posse caussam illam, quam orantem audiens Callistratum, eloquentiae

amore primum exarsit Demosthenes. Vid. Plut. Demosth. 5. p. 847 f. Pseudo-Plut. X. Rhet. p. 844 b. Gell. 3, 13. Fuisse eam caussam. diserte defendit Henr. Valesius ad Amm. Marcell. p. (Annotatt.) 403. Quare autem inter *accusatores* potissimum Chabriae fuisse Callistratus videatur Valesio, equidem non dixerim. Suidas ὑπὲρ Ὠρωπίων dixisse Callistratum ait in v. Ὠρωπία. *SP.* Olymp. 103, 3.

535, 12. πικρότατον γενόμενον] Orator hoc dicit: Philostratus etsi Chabriam accusator vexaverat. tamen, cum postea choragus vinceret, nihil mali a Chabria perpessus est. Ut Chabrias et Iphicrates. feroces ambo duces. parem inimicis lenitatem. parem deo reverentiam praestiterint. SCHAEF.

535, 13. καὶ Χαβρίαν—τὸν στέφανον] Citant Anecd. Bekk. p. 122, 21. SCHAEF.

535, 23. ἐξορκοῦντα] Huc referenda quae memorat argumenti scriptor p. 511, 12. ὅτι, ὀμνυόντων τῶν κριτῶν τῷ καλῶς ᾄσαντι δοῦναι τὴν νίκην, νύττων αὐτοὺς ὁ Μειδίας ἔλεγε, πλὴν Δημοσθένους. TAYLOR. Dicitur autem Midias ἐξορκῶσαι, quod auctor fuit, ut in formulam jurisjurandi insererentur verba πλὴν Δημοσθένους. Dixitque orator, si quid judico, rem vere et simpliciter: ut mihi dissentiendum sit cum Reiskio et Spaldingo. quorum alter irrisionem, acumen alter hîc reperire sibi visi sunt. Omnino Demosthenes toto hoc loco Midiae protervitatem cum honestate priorum hominum graviter comparans non potuit, nisi nativo orationis colori ipse vellet officere, nec risum captare audientium neque acute dicta venari. SCHAEF.

535, 29. ἐνδεικνύμενον] Ad haec omnia mente repetendum ποιεῖν ταῦτα: "sed haec facere aliquem qui (his et similibus ausis) alterum semper vexet. seque legibus majorem venditet—." BUTTM.

536, 4. κἂν ἄμεινον ἀγωνίσωμαί τινος] V. ad p. 352, 8.

536, 17. αὐτῷ] Regitur a verbo satis remoto ἐξῆν. SCHAEF.

536, 20. χορηγὸς ὑπέστην] Recurrit v. 29. ἀνθυποστῆναι v. 20., scilicet χορηγόν. πρατῆρα—ὑποστῆναι p. 983, 8. SCHAEF.

536, 27. ἐμοὶ δ'—χορηγὸς ὑπέστην] Citat Tiberius p. 20., ubi v. Boissonad. SCHAEF.

ἄνδρες] Non habet Dionysius.

537, 2. ἱερῶν omittit Dionysius.

537, 5. δέον] Vulgo οὐ δέον. Potest hic locus gemino modo tractari, ita ut οὐ aut servetur, aut omittatur, prout nempe ἢ accipis aut pro *quum*, aut pro *sive*. Si omittitur οὐ, tum erit haec sententia: *Quod si vestrum quis aliter expeditam paratamque in Midiam habet animadversionem, quam ut aequum censeat eum morte multari.* hoc est: *Si quis vestrum, o judices, Midiam leniori poena, quam extremo supplicio, censet afficiendum.* Inclusi tamen uncis οὐ. Sin autem servatur οὐ, erit ἄλλως πως accipiendum pro ἄλλως ἢ προσήκει, ἠπιώτερον ἢ προσήκει, *aliter quam oportet, lenius quam par est. Quod si quis vestrum secius de poena Midiae statuit, sive*, ut aliis verbis eloquar, *si Midiam statuit mortis poe-*

nam haud meruisse. V. p. 582, 4., ubi ἄλλως πως est idem atque μαλακώτερον τοῦ δέοντος. Sed et adhuc deest aliquid sententiae: nam alias insequentia cum superioribus male cohaerent et laxum fluxumque est ratiocinium. Deest nempe διότι αὐτὸν οὐκ εὐθὺς ἠμυνάμην. *Si quis vestrum ideo Midiam leniore quam mortis poena putat afficiendum, quod ego statim ultus non sim,* (unde colligi queat, ipsummet me injuriam illam leviuscule accepisse et pro summa non habuisse,) *vehementer is errat.* REISK. οὐ deleri malim. Non dicam autem cum Reiskio Demosthenis ratiocinationem laxam fluxamque esse. Persaepe enim oratores ita argumentantur, ut medias notiones, quas addi poscat dialectica subtilitas, auditoribus subaudiendas relinquant. Demosthenes hoc vult: Qui Midiae facinus non tale habet, quod capitis poena sit puniendum, multum fallitur: nam imputat Midiae quod mihi meaeque patientis injuriam cautioni imputare debet. Non decet autem neque justum est τὴν τοῦ παθόντος εὐλάβειαν κ. τ. λ. Locum igitur, si quem alium, habeo integrum: tantum abest, ut ex Ulpiani scholio, ceteroqui bono illo mentemque oratoris scienter enucleante, sarciendum censeam. SCHAEF. Recte haec monet Schaeferus contra Spaldingium et Buttmannum, quorum hae sunt annotationes: "Ego pariter ac Reiskius hiare argumentationem hanc puto, nisi forte antecesserit mentio suae moderationis, qua non ultus sit aggressorem. Monet Buttmannus, verba, quae exciderunt, esse ea fortasse, quae Ulpianus habet in commentario, et post τεθνάναι esse scribendum: διὰ τὸ μηδὲν ἀνήκεστον γενέσθαι." *SP.* "Ascribam ipsa Ulpiani verba ex scholio ejus ad haec, Οὐ γάρ ἐστι δίκαιον κ. τ. ἑ.: Οὐδὲν, φησὶ, γέγονε δεινὸν, οὐδὲ φόνος ἢ πήρωσις, διὰ τὴν ἐμὴν ἐπιείκειαν, οὐ διὰ Μειδίαν. ὁ μὲν γὰρ πάντα εἰς αὐτὸν ἥκοντα πεποίηκεν· ἐγὼ δὲ μὴ βουληθεὶς ἀμύνασθαι οὐ παρέσχον ἀφορμὴν τοῦ μηδὲν ἀνήκεστον γενέσθαι. Apparet, enarratorem verba οὐ γάρ ἐστι δίκαιον κ. τ. ἑ. exponere ut directa contra eum qui dixerit, ἀλλ' οὐδὲν γέγονε δεινὸν s. ἀνήκεστον. In hunc igitur sensum plane necesse est praecessisse aliquid in ipso oratoris sermone; et probabile simul, ipsa verba reddidisse scholiasten. Sed loco verbi illius γενέσθαι, superioris illius γέγονε rationem habere debebam. Ita igitur nunc scripsisse mihi videtur noster: ὡς οὐ δέον αὐτὸν τεθνάναι διὰ τὸ μηδὲν ἀνήκεστον γεγονέναι, οὐκ ὀρθῶς ἔχει. Qua ratione simul apparet, aberrasse librarium ab ultima verbi τεθνάναι in eandem syllabam verbi γεγονέναι. Quare hanc emendationem jam in certissimis pono; non levi hoc quoque argumento accedente, quod illo ἀνηκέστων, quod proxime apud nostrum sequitur, ad illa verba sic respicitur." BUTTM.

537, 10. ἐπὶ τοῦ βοηθεῖν] F. pro τῷ βοηθεῖν, *adjuvando.* WOLF. ἐπὶ τοῦ βοηθεῖν idem est atque ἐν τῷ βοηθεῖν vel ἐν τῇ βοηθείᾳ. Per χάριν significatur illa Demosthenis erga remp. officiositas, qua noluit praecipienda vindicta jus civitatis in turbatores pacis publicae animadvertendi minuere. Sententia est: Convenit vos in poena a Midia repetenda et in ope mihi ferenda gratiam mihi

referre pro mea illa erga vos voluntate atque reverentia vestrae majestatis, qui integrum de hoste meo judicium plenamque ejus ulciscendi potestatem vobis fecerim atque reservaverim, neque privata, sed publica eum actione sim insectatus. REISK. Non *adjuvando*, ut Wolfius, sed *dum adjuvatis*. SCHAEF.

537. 13. ἀλλ' ἴσασιν] Totus hic ab ἀλλ' ἴσασιν usque ad ὥστε καὶ ἀποκτεῖναι sermo impeditus est ob ἀμφιβολίαν maxime subjecti et objecti, quam Ulpianus quoque sensit neque confidenter diremit: ait enim εἴη ἂν ὁ μὲν Εὔθυνος ὁ λυπήσας ὁ δὲ ἀποκτείνας ὁ Σώφιλος. Nobis hoc prius monendum est, in omnibus libris ante Σώφιλον legi καί: male: nam ante haec καὶ Σώφιλον nihil adhuc enuntiatum est, ita ut ἴσασιν Εὔθυνον καὶ Σώφιλον nihil esse possit nisi hoc, *norunt Euthynum et Sophilum*; quo admisso sequentia τοῦτον ἐν Σάμῳ plane non haberent unde penderent. Hoc tam manifestum est ut cum Reiskio et Spaldingo non dubitaverim proscribere illud καί, ideo tantum insertum quod hi duo accusativi Εὔθυνον et Σώφιλον aliter coire non viderentur alicui. Jam res ita est dispicienda. Accusativus τοῦτον, qui necessario spectat ad Sophilum, si instar subjecti est, reliqua verba, quomodocunque constituantur, carent objecto. Nam subjecto per τοῦτον repetito non potest non repeti etiam objectum. Patet igitur τοῦτον esse objectum, et subjectum Εὔθυνον. Quae ratio duobus etiam aliis argumentis tanquam naturae magis consentanea commendatur. Nam primum hic verborum ordo, ἴσασι πάντες Εὔθυνον τὸν νεανίσκον Σώφιλον τὸν παγκρατιαστὴν—ἀμυνάμενον οὕτως ὥστε καὶ ἀποκτεῖναι, si Εὔθυνον subjectum est, naturalem cogitationum ordinem sequitur: Εὔθυνος Σώφιλον ἠμύνατο: qui contraria ratione sine ulla caussa inversus esset. Deinde rem si spectas, apparet alterum alteri plagam inflixisse tam contumeliose ut hic illum morte ulcisceretur. Jam ex ipsa Demosthenis ethopoeia statim cognoscas quomodo facta sit res. Nimirum orta inter adolescentulum, qui tamen per luctae exercitationem agilis esset et fortis, nervosumque illum pugilem rixa, consentaneum est, hunc non tantum percussisse illum, sed etiam per contemptum aetatis et staturae aliquam contumeliam addidisse, certe addere visum esse; quam ab homine robustiori sibi illatam eo altiori dolore sentiens ille, quodcunque telum haud dubie ad hunc ulciscendum arripuit. Mecum facit Boeckhius in Comment. de Chronol. Or. Mid. p. 76. nisi quod vocem καί servari jubet ut quae valeat *etiam*, *vel*: quod mihi tamen valde displicet. Ita restant sola verba ὅτι ὁ τύπτων αὐτὸν ὑβρίζειν ᾤετο: quorum jam olim Spaldingo persuaseram explicationem hanc, ut ᾤετο idem sit quod alibi dicitur ᾤετο δεῖν, ut in geminis locis p. 561. ἐπειδὴ—ὑβριστὴς ᾤετο δεῖν εἶναι et p. 540. οὐ μόνον εἰς ἐμὲ καὶ τοὺς ἐμοὺς ᾤετο δεῖν ὑβρίζειν. Quam rationem postea non leviter confirmatam repperi observatione Heindorfii ad Platonis Protagoram 88. qua locos aliquot affert in quibus verba ἡγεῖσθαι, οἴεσθαι, λογίσασθαι et similia subaudito δεῖν, sive plane ut ἀξιοῦν, cum infinitivo usurpantur. Morari

tamen aliquem possit hoc, quod participium cum articulo, *ὁ τύπτων*, mentionem *τοῦ τύπτειν* in praecedentibus requirere videtur: quam difficultatem ita solvas, ut ipso hoc *ὁ τύπτων* posito, rem per se claram, immo per vulgus notam, tangere satis habuerit orator. Non negem tamen, facilitate sermonis, quanquam non item emendationis, commendari conjecturam Vateri in Dissertatione proponentis *ὅτ. τύπτοντα αὐτὸν* (sc. *τὸν Σώφιλον*) *ὑ. ᾤ.* (Articulum *ὁ* recte deleverunt Dobraeus et Schaeferus. G. DIND.) Restat ut de nomine *Εὔθυνος* dicamus. In quo audaciam Reiskii velut minus Graecum illud in *Εὔθυμον* mutantis recte notavit Spaldingus. Neque tamen ab appellativo *εὔθυνος* arcessendum illud; sed est ex numero compositorum e nomine *νοῦς* quae, ultimam in usu quotidiano corripientes, paenultimam ejus loco producebant. Conferatur Isocr. Or. *πρὸς Εὐθύνουν* cum Arist. Rhet. 2, 19. ubi de eodem homine est *Εὔθυνον*; et vid. Coraës ad illam Isocratis orationem; item Iambl. de Vit. Pythag. cap. ult. ubi *Εὐθύνους* memoratur Tarentinus et alius, *Εὔθυνος*, Locrus. Add. Ruhnk. in Hist. Oratt. vet. ubi de Archino. Ex analogia autem nominum ejusdem originis per *ι*, ut *Ἀρχῖνος*, *Κρατῖνος*, scribendum etiam esset *Εὐθῖνος*, cujus tamen scripturae vestigium cum in nullo illorum locorum invenerim, vulgatam *Εὔθυνος* retinui, quamvis haec ad alteram derivationem, qua media syllaba non minus longa foret, ducere videatur. Ceterum etiam *Εὔθυμος* verum nomen fuit; quin pugilis celebris Olympionicae, sed multo antiquioris, quem Taylorus memorat ex Plin. H. N. 7, 48. Aeliano V. H. 8, 18. Suida, Pausania, al.: unde ad Reiskianam rationem sustentandam suspicari possis, nomen illud seriores etiam athleticos homines et inter hos hunc nostrum affectasse. Sed a codicibus standum est. BUTTM.

537, 18. *οὕτως ἰδίᾳ*] Bene habet *οὕτως*, de quo sine caussa fuit dubitatum. *in coetu* vel *conventu quodam mere privato*, cujusmodi multos a multis haberi solere inter notos et familiares nemo nescit. Mirifica est vis leposque particulae *οὕτως* apud Atticos pro *sic plane, mere, prorsus omnino, nihil aliud quam*—. Concludit sic: Errant, qui contumeliam in loco publico per meram proterviam alicui adspersam, ut mihi fuit, pro re levi et inulto transmittenda habent. Potest enimvero ea magnas perturbationes et diras calamitates consciscere. Injuria in coetu amicorum accepta, cui coetui praeter amicos familiares nemo intersit, videri poterat tolerabilis et venia atque oblivione digna. Euthymum tamen ea sic commovit, ut caede aggressoris eam ulcisceretur. Quanto itaque majora mala par est consequi injuriam in loco publico et in coetu frequentissimo datam acceptamque? REISK. Res haec facta non in amicorum coetu, sed cum ambo illi essent soli. Mox opponitur *σύνοδος κοινή*, quae cujusmodi fuerit, indicatur p. 538, 11.—De vi adverbii *οὕτως* v. Heindorfius ad Platon. Gorg. p. 196. SCHAEF.

ὅτι—ᾤετο] Sic *εἰς ἐμὲ καὶ τοὺς ἐμοὺς ᾤετο δεῖν ὑβρίζειν* p. 540,

28. ὀνείδεσιν ᾤου δεῖν περιβάλλειν p. 613, 2. In talibus locutionibus δεῖν abesse posse non puto. τύπτοντα ὑβρίζειν i. q. τύπτειν ἐφ' ὕβρει v. 25. SCHAEF.

537, 20. ἴσασιν—ἀδελφὸν] Citat Tiberius p. 59. SCHAEF.

537, 21. Λεωδάμαντος] Λαοδάμαντος, ut aliquot codices Tiberius. Fuit autem Leodamas clarus illius temporis orator et caussidicus. V. Aeschin. p. 73, 20.

Βοιωτὸν] Nomen proprium, non, de quo Reiskius cogitabat, gentile. Hominem eundem esse contra quem orationes duas scripsit Demosthenes conjecit Wolfius in initio annot. ad orationum illarum priorem.

537, 25. πολλὰ γὰρ ἂν ποιήσειεν κ. τ. λ.] Hunc locum tractavit Quintilianus 6, 1., ubi rei atrocitatem ex circumstantiis considerat, his verbis: *Plurimum tamen affert atrocitatis modus, si graviter, si contumeliose: ut Demosthenes ex parte percussi corporis, ex vultu ferientis, ex habitu invidiam Midiae quaerit.* Eodem animo locum expendit Claudius Saturninus de Poenis Paganorum l. 16. §. 6 D. de Poenis, qui totam hanc periodum, verum ex codd. inemendatis, descripsit juxtaque interpretatur. De qua flagitiosa interpretatione, ut vocat, consulas velim eruditissimum Jensium in Stricturis Juris Romani praef. p. 14. Graeca ipsa laudantur et sane quam emendate in schol. Basilicωn L. 60. tit. 51. Rhetoricas virtutes in his verbis exponunt vimque τῶν ἀσυνδέτων Plutarchus Platon. Quaest. versus finem p. 1010 E. et Longinus per totam sectionem 20. (Conf. Orell. ad Isocr. de antid. p. 301. SCHAEF.) Meminit etiam Stobaeus ex Musonio in sermone 19. hisce verbis: Δημοσθένης γοῦν τῷ βλέμματι ὑβρίζειν τινὰς, καὶ ἀφόρητα εἶναι τὰ τοιαῦτα, καὶ ἐξίστασθαι τοὺς ἀνθρώπους ὑπ' αὐτῶν. Saturnini interea interpretationem lectori ob oculos sistam: *Non enim plaga repraesentat contumeliam* (legit enim παρίστησι τὴν ὕβριν), *sed dedecoratio: neque verberari liberis est malum, quamvis est malum, si in contumeliam* (lege *sed in contumeliam.* Graeca sunt ἀλλὰ τὸ ἐφ' ὕβρει). *Multa enim utique facit, qui verberat, o viri Athenienses, quorum qui patitur quaedam neque annunciare poterit alii, schemate, adspectu, voce, cum verberat ut contumeliam inferens, cum ut inimicus exsistens, cum verberat fustibus* (sic), *cum in pupilla* (ἐπὶ κόρρης). *Haec movent, haec extra se constituunt homines eorum* (αὐτῶν) *non assuetos exsistentes, ut conviciarentur.* κονδύλοις τύπτειν est *pugnis caedere et manu contracta,* ἐπὶ κόρρης *alapam malae infligere palma expansa.* (Conf. Valcken. Animadv. ad Thom. M. p. 160. SCHAEF.) Notissima differentia. Cicero 2. de Fin. 6. *Zeno rhetoricam palmae, dialecticam pugno similem esse dicebat.* Verumtamen sane ex hisce locis omnibus constat, quam sedulo ab antiquis lecta fuerit pulcherrima haec oratio: addo etiam studiose ab omnibus ornatam verbis quam magnificis. Plinius VII. Epist. 30. *Nam et scribo aliquid et lego: sed quum lego, ex comparatione sentio, quam male scribam, licet tu mihi bonum animum facias, qui libellos meos de ultione Helvidii orationi Demosthenis* κατὰ Μειδίου *confers;*

quam sane, quum componerem illos, habui in manibus, non ut aemularer, (improbum enim ac pene furiosum,) sed tamen imitarer et sequerer, quantum aut diversitas ingeniorum, maximi aut minimi (lege *maximi et minimi*), *aut caussae dissimilitudo pateretur.* TAYLOR.

537, 28. *ὡς—ὡς*] Utrumque *ὡς* omittit Plutarchus.

ὑπάρχων] Abest a Longino et *αὐτῶν* p. 538, 2. REISK.

ὅταν κονδύλοις, ὅταν ἐπὶ κόρρης] Tiberius p. 48. et 59: *ὅταν ἐπὶ κόρρης, ὅταν κονδύλοις*. Noster ordo multo gravior: nam aliae etiam corporis partes possunt *κονδύλοις* percuti. Apparet autem h. l. *κονδύλοις* et *ἐπὶ κόρρης* non diversi generis injurias significare, sed referri ad eandem contumeliam. SCHAEF.

538, 1. *ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ἐξίστησιν*] Citat Tiberius p. 59. SCHAEF.

ἀνθρώπους αὐτῶν] *αὐτῶν ἀνθρώπους* Plutarchus.

538, 2. *ὄντας*] Omittit Plutarchus.

538, 10. *γνωρίμου*] *φίλου* Harpocr. s. v. *ἀντίθεσις* memoriae errore.

538, 15. *εἰς οἰκίαν ἐλθὼν*] Multo gravior est injuria domi suae aliquem violare quam alio in loco. Quo majus erat Boeoto jus Euaeonem verberandi, qui ad se domi suae sedentem et cum amicis potantem irrupisset haud vocatus pacemque suam turbasset. Midiae autem jus nullum erat Demosthenem verberandi. Demosthenes enim eum non violaverat neque foris neque domi. REISK. Unde Reiskius resciverit Euaeonem in *Boeoti* domum irrupisse, prorsus ignoro. SCHAEF.

538, 16. *μὴ* pro *μηδὲ* restitutum e libro optimo. Vere. Non licebat homini illuc ire, quod non esset ad coenam invitatus. SCHAEF.

ὑπ' ἐχθροῦ νήφοντος ἕωθεν, ὕβρει—] Distingue: *ὑπ' ἐχθροῦ, νήφοντος, ἕωθεν, ὕβρει—*. Post singula enim haec *κομμάτια* voci insistendum est. *ἕωθεν* significanter positum: nam tale diei tempus non habet excusationem qualem nocturna comissatio. SCHAEF. Sic distinxi.

538, 17. *οἴνῳ*] I. q. *μέθῃ*. Sic etiam p. 573, 1. Conf. p. 526, 15. SCHAEF.

538, 23. *τῷ δ' Εὐαίωνι—τότε πολλοί*] Citat Tiberius p. 57., admiscens ille nonnulla e v. 10., sed omittens *καὶ πᾶσιν—ἀτιμαζομένῳ*. SCHAEF.

καὶ πᾶσιν, εἴ τις αὐτῷ βεβοήθηκεν] Idem est ac si dixisset: *καὶ πᾶσιν, οἵτινες ἑαυτοῖς βεβοηθήκασιν, εἴ τινες τοιοῦτοι γεγόνασιν.* REISK.

538, 24. *δοκοῦσι—πολλοί*] Scilicet veniam Euaeoni dedisse. REISK. Tiberius: *ἀπὸ κοινοῦ συγγνώμην ἔχειν*. SCHAEF.

538, 27. *φιλάνθρωπον*] Non sensu illo graviori humanitatis, qui est supra p. 518. 529. sed comitatis et blandiendi, ut De fals. Leg. p. 384. Philippus dicitur *φιλανθρωπευόμενος πρὸς τοὺς πρέσβεις*. *SP.* H. l. fere idem quod *ἀνθρωπάρεσκον*. SCHAEF.

539, 3. *ἀπογνόντας*] Demosthenicum hunc usum verbi *ἀπογι-*

γνώσκειν. de quo grammatici circumspectius praecipere debebant. (v. Anecd. Bekk. p. 426, 23.) tetigit Tittmannus ad Zonar. p. 263. SCHAEF.

539, 9. παράδειγμά γε] Reiskius e cod. Aug. addidit τοῦτον, nihil monens praeterea: unde patet ad Midiam rettulisse. Sed de hoc non dixisset, opinor, Demosthenes, παράδειγμα eum fore ὅτι τοὺς ἀσελγεῖς οὐκ αὐτὸν ἀμύνεσθαι δεῖ: qua ratione hoc Midiae delictum esse videretur, Demosthenesque fieret ἀσελγής. Itaque cum Spaldingo olim τοῦτον δεικτικῶς dictum intelligebam pro με, quod ipsum cum in cod. Bav. supra γε scriptum esse, in aliis γε deesse comperissem: suspicabar γε corruptum ex με. hoc autem glossema respiciens ad τοῦτον. Sed haec omnia (quanquam in Laurent. quoque με ita suprascriptum est) consensui optimorum codd. nunc posthabeo. Παράδειγμα ipsa res quoque et facti hujus memoria dici potest: quod qui non intelligerent ad explicandum appinxerunt alius τοῦτον, alius με. BUTTM.

539, 11. μετὰ] Malim μεστὸν, *plenum iracundiae*. REISK. Fortasse malis μετ' ὀργῆς. Sed articulus vi sua non caret. SCHAEF.

539, 21. ἔσται δὲ περὶ αὐτῶν κ. τ. λ.] V. var. lect. ad p. 566, 22.

539, 22. ἡνίκα τὰς δίκας ἔλαχον κ. τ. λ.] Conf. Orat. in Aphob. II. p. 840. SEAGER. *Diar. Classic.* 55. p. 54.

539, 23. μειρακύλλιον ὢν κομιδῇ] Lucian. in Demosth. Enc. Εἰ τοῦ Δημοσθένους ἔτι κομιδῇ παιδὸς ὄντος, ἐτελεύτα (ὁ πατὴρ αὐτοῦ) τὴν ὀρφανίαν οὐ συμφορὰν ὑποληπτέον, ἀλλὰ δόξης ὑπόθεσιν, τὸ τῆς φύσεως γενναῖον ἀποκαλύπτουσαν. Liban. in Vit. Demosth. (Δημοσθένης) εἰς ἄνδρας ἐγγραφεὶς εὐθὺς ἀγῶνα κατὰ τῶν ἐπιτρόπων ἐνεστήσατο, κακῶς διῳκηκότων τὴν οὐσίαν αὐτοῦ.—ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν ἦν ὅτε πρὸς τούτους ἠγωνίζετο. Supersunt tres in Aphobum, tutorum principem, orationes. BUTTM.

539, 25. οὐδ' εἰ—γιγνώσκων] Citat h. l. Dionysius Halic. vol. 6. p. 1127. οὐκ εἰδὼς, ὅστις ποτ' ἐστὶν, οὐδὲ γινώσκων, e memoria scilicet. REISK.

539, 29. ἐκεῖνος, Thrasylochus puta, quod nomen statim ipse addit orator erroris praecavendi ergo. Frustra Taylorus huic vocabulo h. l. movet controversiam. Midias non est ἐκεῖνος, sed οὗτος. ὑπὸ autem facile patiar omitti, quod suasit Wolfius. REISK.

540, 1. καὶ τὰ πραττόμενα] καταπραττόμενα Buttmann. e conjectura. Mihi vulgata magis placet ut decens oratoriam Demosthenis abundantiam. Qui si abstinuisset hoc pleonasmo, idetur usurus fuisse simplici πραττόμενα. SCHAEF.

540, 2. κατέσχισαν τὰς θύρας] Videtur hoc dicere: detrahebant signa a foribus, quibus signis veteres loco serarum utebantur. REISK. Immo *diffiderunt*. SCHAEF.

540, 3. τῆς ἀδελφῆς—κόρης ἐναντίον] Haec Dionysius Halic. vol. 6. p. 1127. e memoria sic recitat: τῆς ἀδελφῆς ἐναντίον κόρης ἔτι καὶ παιδὸς οὔσης. REISK.

540, 5. παιδὸς—κόρης] Illud indicat annos, hoc statum virgi-

nalem. Minus recte Reiskius in Indice. SCHAEF. Aristoph. Lys. 595. παῖδα κόρην γεγάμηκε. κόραι θυγατέρες ex Alexide ap. Athen. 8. p. 340 A. comparat Dobraeus.

540, 9. ῥητὰ καὶ ἄρρητα κακὰ ἐξεῖπον] Oratio ob indignationem surgens altius poëticique coloris. Sophocles Electr. 520. πολλὰ πρὸς πολλούς με δὴ ἐξεῖπας. pro quo ibid. 984. τοιαῦτά τοι νὼ πᾶς τις ἐξερεῖ βροτῶν. Euripides Belleroph. 13. τί γὰρ λέγων μεῖζόν σε τοῦδ' ὄνειδος ἐξείποι τις ἄν; SCHAEF.

540, 10. ὃ δ' οὖν δεινότατον, κ. τ. λ.] Addito verbo activo, quod notandum, explet formulam Alciphron 2. Epist. 2. p. 214. Bergl. ὃ δὲ πάντων δεινότατον — ἐτόλμησεν, κ. τ. λ.: ubi perversa editorum interpunctio constructionem loci faceti misere discerpsit. Videlicet formula illa syntactice refertur ad verba τοιοῦτον νῦν ἐραστὴν κ. τ. λ. p. 216., ceteris omnibus periodi membris, quae numero plura sunt, parenthesin ita facientibus, ut oratio egregie referat epistolicam simplicitatem. SCHAEF.

οὐ λόγος, ἀλλ' ἔργον] V. Berglerus ad Alciphron. 1. Epist. 9. extr. SCHAEF.

540, 11. ἠφίεσαν] *Minabantur sese remissuros*. REISK. Immo *remittebant*. Scilicet agebant tanquam si antidosis transacta esset. Quam cum Demosthenes declinavisset, etiam remissio illa caruit effectu. SCHAEF.

540, 13. ὅλη—ᾔσθετο] Citant Anecd. Bekk. p. 122, 23. SCHAEF.

540, 17. οὐχ ὅσα ἐδυνήθην] Liban. Vit. Demosth. εἷλε μὲν αὐτοὺς (τοὺς ἐπιτρόπους)· οὐ μὴν ἠδυνήθη πάντα ἀπολαβεῖν, ὅσα ἀπολωλέκει.

540, 18. δίδωμι] Orator hoc dicit: Dedi viginti minas, quod sperarem omnia mea a tutoribus me recepturum esse, non daturus, sed antidosin accepturus, si praevidissem fore ut tantula illorum pars mihi redderetur: ut per illam Midiae machinationem damnum non leve acceperim. SCHAEF.

540, 19. ὅσου—μεμισθωκότες] Erant illo tempore συντριηραρχίαι institutae, quibus bini cives sumptus trierarchiae unius ferebant. Vid. infra p. 564. κἀγὼ μὲν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐτριηράρχουν, εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθὼν, ὅτε σύνδυο ἦμεν οἱ τριήραρχοι. Alter horum hic erat Thrasylochus: nam Midias, ut modo dictum est, motor tantum et instigator erat: alter hoc loco non nominatur, sed apparet ex p. 566. fuisse Philinum quendam qui dicitur ibi Demosthenis συντριήραρχος. Hi duo poterant ipsi curam navis gerere alternis; sed poterant etiam alii *redemptori locare*. Nam plane ut apud Latinos hae voces, ita Graecum etiam μισθοῦν non solum de usu fructu rei usurpatur, quam alteri ita locamus ut ille pecuniam nobis solvat, sed etiam de opera et impensis faciundis quas redemptori ita tradimus ut nos illi pecuniam certam numeremus. Jam Thrasylochus suam trierarchiam, seu potius suam trierarchiae partem, locaverat Callippo cuidam, unde hic, cui forsan altera etiam pars ab altero συντριηράρχῳ locata erat, factus erat αὐτοκράτωρ τῆς νεὼς, ut narrat noster adv.

Polycl. p. 1222, 24. Locaverat autem Thrasylochus 20 minis; unde patet unius navis curam tum potuisse redimi 40 minis. Ulpianus tamen ideo quod infra p. 564. de trierarchia integra talento locata legisset, hanc statam fixamque summam credens, de ternis hic συντελέσι somniabat, ut scilicet, unoquoque 20. minas pendente, efficeretur talentum; non curans ille illud σύνδυο, et infra ad p. 564. hunc errorem alio errore cumulans. Hanc lucem huic loco affudit Boeckhius Oecon. Athen. 2. p. 92, 93. BUTTM.

540, 21. τῆς κακηγορίας] Non erat quod uncis notaret articulum Reiskius. Respicitur ad notam illam, quam supra tetigerat, κακηγορίαν; et poterat addi ἐκείνης. *SP.*

540, 22. Utrumque, λαβών et ἔχων, referendum est ad vocem ὑπερήμερον: neque differunt nisi eo quod λαβών momentum illud temporis indicat, quo Midias ut debitor non solvens velut in manus Demosthenis, jure quidem, *datus est*; ἔχων autem continuatum hunc utriusque statum: quippe semper ab illo tempore jus *habebat* ille, bonis hujus manum injicere. BUTTM. Sic Pseudo-Euripides Iph. Aul. 76. ἔκδημον λαβὼν Μενέλαον.

540, 23. ἡψάμην] Explicant quae infra p. 543. 26. leguntur. Sic etiam Latini. Cicero Epist. ad Famil. 2, 17, 6. *teruncium nec attigit nec tacturus est quisquam.* SCHAEF.

541, 1. ΜΑΡΤΥΡΙΑ] Hoc quoque testimonium ab grammatico confictum est. Qui difficile dictu est, cur spreta uberrima quam praebent § 100 sqq. testificandi materie hoc uno testimonio rem transactam crediderit. Certe Demosthenes longe plura pollicetur, nec testes producere operae pretium fuisset, si praeterea quod probaret nihil habuisset. In ipsis verbis testimonii offendit quod legitur κρίσιν λελογχότα Μειδίᾳ ἐξούλης. Hoc enim non est Atticorum. Sed gravius est quod dicitur de judicii per octo annos dilatione. Usus est hoc loco Boeckhius in comment. de chronol. or. Mid. p. 81. ad demonstrandum, scriptam esse nostram orationem Ol. 106, 4. Scilicet Ol. 106, 1. jam proxime instante die, quo lis Aphobo illata coram judicio oranda erat, Midias cum fratre Thrasylocho, oblata Demostheni trierarchiae suscipiendae caussa bonorum permutatione, hujus in aedes invaserant, fores effregerant, Demosthenem ejusque matrem et sororem probris omnibus maledictisque vexaverant. Itaque finita tutoria lite protenus Demosthenes Midiae ob maledicta actionem intendit: privato arbitro res committitur, damnatur Midias, *M* drachmis mulctatur: non solvit, nova petitur actione judicati. Et haec quidem, si scripta est Midiana oratio Ol. 106, 4. et vera testantur testes, incidit in Ol. 104, 4. tribus fere inter ipsam et tutoriam litem annis interjectis, id quod, praesertim aliis interea controversiis ex tutoria lite exortis, praetereaque tergiversante Midia, ipsoque prae timiditate rem non praecipitante Demosthene, per se est admodum credibile: septem vero intercessisse (tot enim confiunt, si Midianam Ol. 107, 4. demum scriptam ponimus cum Dionysio) prorsus incredibile est. Sic fere Boeckh-

ius. Contra quem qui disputat Boehneckius Quaest. 1, 1. p. 79 sq. hoc certe loco non multum effecisse putandus est, quamvis recte omnino Midianam ante Ol. 107, 4. scriptam esse non posse demonstraverit. Sed ne sic quidem est quod cogat, ut de septem annorum intervallo cogitemus. Totum enim illud, quod auctor testimonii de actione judicati habet per octo annos procrastinata, ab ipso fictum atque ementitum est, ut argumentatio, quae hoc fundamento nititur, omnis concidat. De octo illis annis ne verbum quidem apud Demosthenem: istos aliunde nosse grammaticum credat qui velit, ego non credo. Indigebat numeri, itaque ponebat, de rei veritate parum sollicitus, qui primus in mentem veniebat, octonarium. Verum numerum si postulas, ego me nescire fateor: poterat esse duodenarius vel is qui sequitur; nam ex quo maledicta Midias in Demosthenem contulit, nunc jam annus agebatur quintus decimus. Quod autem orator dicit p. 540, *λαχὼν ἐξούλης πάλιν οὐδέπω καὶ τήμερον εἰσελθεῖν δεδύνημαι*, nisi fallor non sic intelligendum est, quasi per totos duodecim vel tredecim annos continuos cum Midia litigarit, sed sic, ut caussam, quum nihil effecisset primo impetu, non condonarit quidem Midiae, sed integram reliquerit atque conatu destiterit. WESTERM. Defendit hoc testimonium Voemelius Comment. 5. p. 7 sq.

541, 16. *διαιτητὴς*] De arbitris rebusque inter Demosthenem, Midiam et Stratonem actis conferendus est Hudtwalckeri libellus de diaetetis Jenae editus a. 1812. BUTTM. De arbitris multo perfectius quam tum ab Hudtwalckero fieri poterat disseruit M. H. E. Meierus in commentatione Halis Saxonum nuper edita (*Die Privatschiedsrichter und die öffentlichen Diäteten Athens*). Duo autem fuerunt arbitrorum genera: alteri publica auctoritate constituti, quorum de numero dubitatur, alteri privati sive ex compromisso lecti ab litigantibus. Prioris generis fuit Strato ab Demosthene memoratus, de quo dixit Meierus p. 7. et 23. Conf. quae ad legem de diaetetis p. 545, 3. dicentur.

542, 4. *τὴν ἔρημον*] *ἐρήμην* p. 540, 22. 899, 9. 903, 9. Sed *ἔρημος* p. 542, 22. 544, 6. 22. 890, 9. DOBR.

542, 10. *οὐδετέρους*] I. e. neque archontes nec Stratonem: ut vox referatur et ad pluralem et ad singularem. Quod non animadversum quem errorem pepererit, v. in Schoemanni et Meieri libro de Lite Attica p. 33. s. SCHAEF.

542, 16. *διαιτητῶν*] An legendum *διαιτῶν*, ut vulgata orta sit ex v. 18. DOBR. Recte corrigere videtur.

ἢ τοῦ σκιροφοριῶνος] Haec verba videntur e scholio in textum immigrasse. Etiam quid *γιγνομένην* sibi velit haud intelligo. REISK. Totum hoc, *τὴν τοῦ—γιγνομένην*, vide ne sapiat scholium. Mirabile mihi videtur auditores ab oratore docendos fuisse, cujus mensis sit *ἡ τελευταία ἡμέρα τῶν διαιτητῶν*. SCHAEF. Recte, ut opinor, Schaeferus totum illud *τὴν—γιγνομένην* delet: servavit Meierus, qui de dolo quo Midias Stratonem circumvenit explicatius dixit l. c. p. 16. hoc ille recte

monens, Thargelionem non esse ultimum habendum διαιτητῶν muneris mensem (hos enim, ut alios magistratus, munus annuum adiisse Hecatombaeonis initio), sed proximi anni Thargelionem, quo accusari diaetetae apud logistas potuerint, si quid contra jus legesque viderentur commisisse. Id ipsum autem Schaeferi confirmat sententiam verba τὴν—γιγνομένην delentis. Plane enim incredibile est diaetetas usque ad anni proximi mensem undecimum, Thargelionem, ὑπευθύνους fuisse, quum usitatus in aliorum magistratuum εὐθύναις triginta dierum numerus sit: quod observavit Westermannus in Actis societ. liter. Saxon. vol. I. p. 453.

542, 18. τὸν πρυτανεύοντα] Praesidem logistarum, de quibus modo dictum, intelligendum esse probabilis Meieri opinio est.

542, 20. ἔρημον] Cohaeret cum ἐκβάλλει. Comma ante κατηγορῶν positum deleatur.

542, 25. ἀδικηθέντα] Si ἀδικηθέντα ad Stratonem redit, ut credibile est et specie prima videtur, tum necesse est ut Μειδίᾳ vel τῷ Μειδίᾳ transponatur post οὐδ' ὅλως, ut sententia haec sit: Tutum haud est Stratoni litem ei intendere, si quis injuria se lacessiverit, neque arbitrium dicere, neque, ut videtur, eandem cum Midia viam ire. Mihi tamen probabilius videtur ad ἀδικηθέντα subaudire τινὰ ὑπὸ Μειδίου, ut haec sit sententia: Nemini jam videtur tutum esse neque a Midia jure poenas repetere acceptarum injuriarum, neque arbitrum ei sedere, neque prorsus eandem viam ire. Quae commodior est sententia. REISK. Non commodior, sed unice vera: Orator enim generatim loquitur. SCHAEF.

543, 6. μεγάλην νὴ Δί' ὦφλε δίκην κ. τ. λ.] Est hic prosopopoeia mimica et ironica amici excusantis Midiam cum inimico eum accusante loquentis. Amicus Midiae sic: μεγάλην νὴ Δί' ὦφλε δίκην—. Occurrit inimicus Midiae: ἀλλὰ χιλίων—. Rursus amicus: πάνυ γε· ἀλλὰ δάκνει καὶ τοῦτο—. Respondet inimicus: ἀλλ' αὐθημερόν—. REISK.

μεγάλην—τῶν ὄντων :] Hanc non esse interrogationem, sed ὑποφοράν, etiam formula νὴ Δία ostendit. Recte igitur Buttmannus amovit signum interrogandi. SCHAEF. Signum interrogandi in ed. mea me nolente remansit.

543, 8. φαίη τις ἂν] Mallem haec abessent: videndumque ne et ipsa e margine irrepserint. SCHAEF.

543, 9. συνέβη] Ordo verborum, συνέβη δὲ αὐτῷ λαθεῖν γενομένῳ ὑπερημέρῳ δ. τ. ἀ. SCHAEF.

543, 12. τὸν ἄνθρωπον] Stratonem.

543, 13. ἀλλὰ μή πω τοῦτο] ἀλλὰ μήπω ταῦτα p. 403, 27. Sed p. 259, 12. ἀλλ' οὔπω περὶ τούτων. Utriusque formulae non eadem significatio: nam illa prior vetat, haec posterior negat. Ad illam subaudias εἰρήσθω, ad hanc λεκτέον. SCHAEF.

543, 14. τὴν μὴ οὖσαν] Ἀντιλαχεῖν τὴν μὴ οὖσαν scil. δίκην dicitur reus cum exceptione agit adversus sententiam, eamque pro nulla haberi vult, ut quae sit illegitima. SP.

543, 17. ἀτίμητον] Harpocration: ὁ ἀτίμητος ἀγὼν, ᾧ πρόσεστιν

ἐκ τῶν νόμων ὡρισμένον τίμημα, ὡς μηδὲν δεῖν τοὺς δικαστὰς διατιμῆσαι. Vid. Matthiae de Judiciis Athen. p. 2. not. 62. Nimirum τιμητὸς ἀγὼν erat cum litis valor vel damni compensatio vel poena denique ipso judicio a litigatoribus judicibusque aestimaretur; ἀτίμητος, in caussa simplice, cujus aestimatio legibus facta jam erat. Talis itaque hic erat Midiae caussa. Quid sibi, si caderet ea, pendendum esset, jam noverat ille, neque quicquam ei de iniquitate judicii metuendum erat amplius. Decem minae opulento homini solvendae erant: et fieri etiam poterat ut, si succederet ei, prorsus absolveretur. BUTTM. Harpocrationis explicationi adjectivorum ἀτίμητος et τιμητός de lite usurpatorum ita adversantur Anecd. Bekk. p. 202, 7. et p. 459, 26., ut prorsus contrarium doceant. SCHAEF. Harpocrationis explicationem contra hos aliosque grammaticos recte defenderunt Meier. et Schoemann. de lite Att. p. 172.

543, 17. δέκα μνῶν] κακηγορίας mulctam quum non mille, sed quingentarum tantum drachmarum fuisse ex Isocrate p. 396 A. et Lysia p. 117, 18. constet, mille quas hoc loco dicit Demosthenes ad duplicem quam Midiae intenderit actionem, alteram pro se, alteram pro matre et pro sorore, referunt Hudtwalckerus de diaet. p. 150. et Meierus de lite Att. p. 482. A quibus dissentiens Westermannus in *Zeitschr. f. d. Alterthumsw.* 1845. p. 687., duplicem intelligit δίκην κακηγορίας, alteram contra Midiam, alteram contra fratrem ejus Thrasylochum, pro quo mulcta pendenda ab Midia fuerit. Quod Heraldus (Animadv. 2, 13.) de duplicata propter ἐξούλης δίκην mulcta cogitavit alienum ab hoc loco esse recte judicavit C. F. Hermannus in Symbolis de injur. actionib. p. 5. Nam hoc loco illud modo indicatur quanti Strato Midiam damnaverit, nec verba συνέβη δ' ὑπερημέρῳ γενέσθαι in eam sententiam adhibere licet, quae tanquam praepostera ipse mox orator retractat, ἀλλὰ μήπω ταῦτα.

543, 27. οὐδέπω καὶ τήμερον] Legimus supra p. 540, 23. recurretque infra p. 565, 18. 873, 9. 898, 5. 980, 5., et μηδέπω καὶ τήμερον 691, 2. 879, 23. SCHAEF.

543, 28. παραπόλωλεν] Dicit orator Stratonem Midiae πάρεργον factum esse. SCHAEF.

544, 1. τοὺς διαιτητὰς] Plurali utitur non numerum spectans, sed genus: nam diaetetae publici, qualis in hac caussa fuit, singuli quamque caussam judicare solebant. Unde quod in orat. c. Euerg. et Mnesib. p. 1153, 2. legitur ἔλαχον αὐτῷ δίκην αἰκίας· ἀντιπροσκαλεσαμένου δὲ καὶ ἐκείνου ἐμὲ καὶ διαιτητῶν ἐχόντων τὰς δίκην, Meierus in comment. de diaetetis p. 23. de duobus intelligit diaetetis, altero priorem, altero alteram δίκην judicante.

544, 3. ἣν ἀπρόσκλητον κατεσκεύασεν] Sententia est haec: Midias artibus callidis suis effecit ut judices Stratonem condemnarent in jus non citatum. REISK. κλητῆρα οὐδ' ὁντινοῦν ἐπιγραψάμενος p. 542, 20. Conf. p. 911, 11. 1147, 6. SCHAEF.

544, 6. καίτοι—λαμβάνειν] Citant Anecd. Bekk. p. 150, 7. SCHAEF.

544, 6. ἔρημον] ἐρήμην Anecd. Bekk. p. 150, 7. Sic infra v. 21. pro ἐρήμου var. lect. ἐρήμης. SCHAEF. Quod praecedit νῶν error typothetae est pro τῶν.

544, 10. καὶ νόμων—στέρησις] Interpretatio τῆς ἀτιμίας graviter addita, quo magis moveantur auditores. SCHAEF.

544, 14. ΜΑΡΤΥΡΕΣ] Fons testimonii est p. 542, 1 sqq. Scholam exercitationemque, non vitam antiquitatemque redolent haec, τὴν τοῦ κακηγορίου δίκην (constanter enim Attici κακηγορίας δ.), ἡ κυρία τοῦ νόμου (certe ἡ κυρία ἐκ τοῦ ν.), γενομένης δ' ἐρήμου κατὰ Μειδίου (immo ὀφλόντος δ' ἔρημον Μειδίου), καταβραβευθέντα, quod verbum primum legitur in scriptis Novi Testamenti: Atticorum est καταδικασθέντα. Quanquam Reiskii explicationem, *nequaquam artibus circumventum evertisse*, non debebat reprehendere Hudtwalckerus in libro de diaetetis p. 62; nam hoc maxime auctorem voluisse quum docet usus verbi in Epist. ad Coloss. 2, 18., tum ex eis quae sequuntur, καὶ παρὰ πάντα τὰ δίκαια ἀτιμωθέντα, sponte intelligitur. Praeterea nec ab omni suspicione liberum est quod archontes sunt qui testes adhibentur. Quorum sane gravissimum debebat esse testimonium; sed hoc ipso plus videtur dare grammaticus quam orator pollicetur, quum dicit p. 542. ὡς ἐγὼ τῶν παραγενομένων τινὸς ἐπυνθανόμην. Contra desunt testes eorum quae narrantur p. 542, 9 seqq. WESTERM. Defendit hoc testimonium Voemelius Comment. 5. p. 8.

544, 15. Φανίας] Harpocration, incertum an ex hoc loco, Φανίας· ὄνομα κύριον. τῶν ἐστρατηγηκότων τις.

οἴδαμεν—τὸν κρινόμενον] Citant Anecd. Bekk. p. 150, 11. SCHAEF.

544, 17. κακηγορίου] Compares λιποταξίου p. 547, 27. 548, 5. 28. 550, 23. Haec neutra cum similibus sunt μονόπτωτα propriaque τῆς δικαστικῆς διαλέκτου. SCHAEF.

544, 18. ἑλομένους] V. ad p. 545, 3.

545, 3. ΝΟΜΟΣ.] Hanc, quae sequitur, legem ab hoc loco alienam esse, spero me facile persuasurum lectori attento. Quid consilii erat Demostheni, quare legem de arbitris recenseret? Idne spectabat, ut doceret, male ad judicem ab arbitro provocasse Midiam? Minime. At hoc solum loquitur lex. Diversam plane commemorandae legis caussam affert Ulpianus: τὸν νόμον ἀναγινώσκει τῶν διαιτητῶν, ἵνα δείξῃ τοῖς δικάζουσιν, ὅτι τὸ ἐκ τῶν νόμων τίμημα κατεδίκασεν ὁ Στράτων, καὶ ὅτι κατὰ τοὺς νόμους ἐποίησεν, ἐρήμην αὐτοῦ καταψηφισάμενος. Qui haec dicebat, is non agnoscebat eam, quam hic ascriptam videmus, legem. Allita igitur etiam haec lex fuit post aevum Demosthenis, qui nullam ipse ascripserat, neque a cauto ea et erudito grammatico. Utrius autem generis arbitrorum fuerit Strato, sorte datorum, an compromissorum (de quibus v. Petitus Legg. Att. L. 4. Tit. 5.) non apparet, nisi quod in testimonio est ἑλομένους. Fortasse tamen et eligere arbitros de numero sorte datorum cogebantur Athenienses, ut possent deinde ad rationes reddendas arbitri

illi adigi, qui si privati fuissent prorsus, ne noti quidem esse poterant magistratibus. SP. Bona est Vateri observatio, videri hoc initium tantum esse legis de arbitris universae; cetera in quibus ea fuerint, quae Ulpianus indicat, a describente neglecta esse. BUTTM. Similiter Meier. in comment. de diaetetis p. 7. hoc pacto excusans quod in lege de arbitris privatis agitur, non de publicis, qualis Strato fuit, cujus caussa lex affertur ab Demosthene. Idem error in commentitia animadvertitur testimonii formula p. 544, 18. ubi de voc. ἑλομένους, quod non potuit nisi de arbitris privatis dici, vanae sunt Spaldingii, quas supra apposuimus, dubitationes et conjecturae. Westermannus de hac lege et alia de largitionibus, quae infra legitur p. 551, 20. haec scripsit: "De utraque non magnopere pugnabo. Vera enim inesse minime nego, veras leges autem esse et ipsa verba, quae recitari jusserit Demosthenes, ad credendum facilius est quam ad demostrandum. Utramque integram poscit orator, τὸν τῶν διαιτητῶν νόμον p. 545., τὸν περὶ τῶν δώρων νόμον p. 551. Sed neutram integram esse sponte intelligitur, ut rursus eo confugiendum sit, non leges totas, sed earum particulas tantum recitatas esse, eas nimirum quas ad rem vel maxime pertinere non solum ipse orator credidisset, verum etiam scivisset rhetor ille sive grammaticus, qui totum hoc genus probationum addidit. Ac prior quidem nihil continet, quod non aliunde disci etiamnum possit, et antiquitus eo magis potuerit, quo plura tunc et integriora supererant scripta oratorum. Sed non prorsus eam, ut aliis visum erat, ab hoc loco alienam esse demonstravit C. F. Hermannus in diss. praemissa indici lectt. Marburg. 1833—34 (repet. in Suppl. ad Jahnii Annal. philol. t. 4. p. 331 sqq.). Quanquam quo idem hic et iterum in diss. *de proedris* p. 4. inter alia usus est argumento, oratores Atticos leges etiam, quae ad caussam quae ageretur neutiquam spectarent, recitari jussisse, quo auditorum animos testimoniorum multitudine obruerent et imperito judici fucum facerent, caute admodum et cum judicio utendum est. Ad verba quod attinet, magis etiam suspecta fit lex de arbitris, si ducibus optimis et plurimis libris cum Voemelio scribamus—ὃν ἂν βούλωνται· διαιτητὴν ἑλέσθαι ἐπειδὰν βούλωνται cett. Quae verborum eorundem in re tam simplici molesta sane repetitio non magis legum formulae convenit quam quod in eisdem verbis inest asyndeton et particula ἐπειδὰν tertio demum loco collocata. In lege de largitionibus, ut hoc unum addam, certe ἢ ἰδίᾳ pro καὶ ἰδίᾳ, quae Reiskii est correctio a codice Italico et aliis nonnullis, ut videtur, confirmata, res ipsa postulat." De lege de diaetetis Westermannus denuo dixit in Actis Societatis liter. Saxonicae vol. 1. p. 432 seqq. et de testimonio praecedente p. 447.

545, 12. Κάλει δὴ καὶ τὸν Στράτωνα κ. τ. λ.] Vix potuit ab oratore excogitari quod judicum miserationem magis commoveret. SCHAEF.

545, 13. ἑστάναι—αὐτῷ] εἰ καὶ μὴ λέγειν μηδὲ μαρτυρεῖν ἀτίμῳ γε ὄντι. SCHAEF.

545, 18. φθέγξασθαι] Quod non licebat ἀτίμοις.

545, 21. καὶ ταῦτα—εἷς εἶναι] Citant Anecd. Bekk. p. 163, 16.

545, 25. τὰς πεντήκοντα δραχμάς] De quibus p. 542, 8.

545, 28. παρεῖδε πρὸς τὰ δίκαια Μειδίαν] *Justitiae Midiam posthabuit.* SCHAEF.

546, 7. πρόνοιαν ποιούμενον] Subaudi ὅπως μὴ περὶ αὐτὰ πλημμελῇ vel tale quid. Accusativus hic redit ad λαβόντες ἀφήσετε. Quapropter signum interrogandi ei adjunxi: nam καταψηφίζεσθαι genitivum adsciscit. REISK. Interpunctionem delevit Bekkerus. Mihi delenda videntur verba καὶ μήθ' ἑορτῆς—πρόνοιαν ποιούμενον, quibus ejectis vide quam rotunde, quam apte totius loci argumento Demosthenes scripserit:—ἀφήσετε; οὐ καταψηφιεῖσθε; κ. τ. λ. Nimirum toto hoc loco loquitur de contumeliosis Midiae in cives facinoribus, tacet quae homo in deum impie admisit. SCHAEF. In Reiskii interpunctione verbum ἀφήσετε non eo quo nunc legitur loco, sed post προνοούμενον potius collocari debebat. Quamobrem aut ποιούμενον in ποιουμένου mutari aut. quod Schaeferus non sine veri specie conjecit, totum illud καὶ μήθ'—προνοούμενον ejici oportebit.

546, 10. ὅτι—βδελυρός;] Est ὑποφορὰ σαρκαστική. Itaque signo interrogandi locus non est, nec paullo post v. 14. post πλούσιός ἐστιν. SCHAEF.

546, 21. κλαήσει] Cic. Brut. 23, 3. de Ser. Galba:—*suos pueros —flens commendabat;—isque se tum eripuit flamma, propter pueros misericordia populi commota.* Et Orat. 38. 131. de se ipso: *Miseratione—mens judicum permovenda est: qua nos ita dolenter uti solemus, ut puerum infantem in manibus perorantes tenuerimus; ut alia in caussa, excitato reo nobili, sublato etiam filio parvo, plangore et lamentatione complerimus forum.*—Eundem autem locum infra p. 574. recurrentem et aliter tractatum videbimus. BUTTM.

546, 25. ταῦτ'] Scilicet τὰ Μειδίου παιδία. REISK.

546, 26. τὰ τουδὶ] Liberos puta Stratonis. REISK.

ὑπὸ τούτου] A Midia. REISK.

τοῦ πατρὸς] Stratonis. REISK.

547, 1. ἠτίμωται—Μειδίου] Citat Tiberius p. 55. SCHAEF.

547, 2. ταῦτα ποιεῖ] H. e. ὑβρίζει. REISK.

547, 9. φέρειν ἀξιοῦν] Subaudi πάντας. Constructio haec est: ἡγοῦμαι ὅτι πάντες ἄνθρωποι ἀξιοῦσι τοὺς ἄλλους πάντας φέρειν αὐτοῖς εἰς τὸν βίον ἔρανον παρ' αὐτῶν etc. *Existimo homines omnes postulare ceu rem aequam et sibi debitam, ut collatio quaedam ad vitam communem agendam sibi conferatur a reliquis omnibus hominibus.* Vel potest ad ἀξιοῦν subaudiri ἐμὲ vel ἐμαυτὸν, ut haec sit sententia: *Videor enim mihi recte et jure merito postulare ut omnes homines sibimet ipsi de suo penu collationem ad vitam conferant.* Sed inclusi ἀξιοῦν uncis, quoniam p. 574, 12. abest, ubi

locus hic idem iisdem verbis recurrit. REISK. Unci recte remoti. *φέρειν ἀξιοῦν. sic statutum deliberatumque habere, ut conferant.* SCHAEF.

547, 11. *ἔρανον*] De notione *τοῦ ἐράνου*, et quis sit *πληρωτὴς ἐράνου*, disputant multi locumque hunc illustrant. Vid. Casaubonum ad Athenaeum 8. 10., Ramirez de Prado in Pentecontarch. c. 11., Spanhemium ad Callimach. Hymn. ad Cerer. v. 73., Petitum ad LL. Attic. l. 5. tit. 7., Heraldum praecipue et Salmasium, hunc de Usuris c. 3. iterumque p. 679. in Omissis, praecipue autem Observatt. ad Jus Attic.. et Rom. statim ab initio, illum in Animadverss. l. 6. c. 5 seqq. TAYLOR.

547, 22. *δικαίως—τῶν ἐσχάτων*] Citant Anecd. Bekk. p. 175, 4. SCHAEF.

547, 23. *ἐνταῦθ' ἕστηκε τὸ πρᾶγμα*] *His finibus caussa circumscripta est.* SCHAEF.

547, 26. *ὅτι μὲν δὴ λιποταξίου γραφὴν κ. τ. λ.*] Citat hunc locum Aristides *Τέχν.* p. 230. REISK.

547, 27. *λιποταξίου*] Male vulgo *λειποταξίου*. V. Photius s. v., qui nostrum locum respexit. Ibidem legas sincere scripta *λιποτάκτης, λιποτακτήσας*: item *λιπομαρτύριον*. Add. Anecd. Bekk. p. 1395 b. Nec caussa obscura est, cur diphthongus in his verbis locum non habeat: significant enim rem, non quae deseritur, sed quae deserta est. Conf. p. 550, 25. SCHAEF.

547, 28. *κονιορτὸν*] Docet Taylorus ex reliquiis comicorum apud Athenaeum 6. p. 238 D. 242 E. *κονιορτὸν* appellatum fuisse, si quis gauderet sordibus et squalore. BUTTM. Infra p. 560, 3. *Εὐκτήμων ὁ κονιορτός.* Ut praestet etiam hic continuari *τὸν κονιορτὸν Εὐκτήμονα.* Compares similem usum vocis *συρφετὸς*, de quo v. Heindorfius ad Platonis Theaetet. p. 315. SCHAEF.

548, 7. *γέγραπται*] Ulpianus levitatem Euctemonis notari putat: ego Midiae (nam ab hoc, ut subjecto, pendet adhuc *δοκεῖ προσγράψασθαι*) impudentiam potius, qui dummodo viderent homines, quid contra inimicos posset, talem ignominiam non veretur. BUTTM.

ἧ] Ad *ἧ* subaudi *γραφῇ*. SCHAEF.

548, 8. *ἠτίμωκεν*] Ulpianus: *Σοφιστικῶς συνήγαγεν· ὁ μὴ ἐλέγξας ἐν δικαστηρίοις ἀτιμοῦται* (infamia plectitur)· *οὗτος δὲ μὴ ἐπεξελθὼν ἑαυτοῦ κατέγνω* (videl. *ἀτιμίαν*). SCHAEF.

548, 11. *κοινὸν*] Subaudi *κατὰ πάντων ὑμῶν.* Insequens *ἔμοιγε* cohaeret cum *δοκεῖ*, ut *τοῦτο* cohaeret cum *πεπρᾶχθαι.* REISK.

ἀσέβημα] V. p. 553, 25. REISK.

548, 12. *τῷ γὰρ ἀθλίῳ καὶ ταλαιπώρῳ κ. τ. λ.*] Citat hunc locum Aristides *Τέχν.* p. 252. REISK.

548, 14. *Ἀριστάρχῳ τῷ Μόσχου*] Ulpianus: *Ἦν τὸ πρᾶγμα τοιοῦτον. Νικόδημός τις ἐκκοπεὶς τοὺς ὀφθαλμοὺς εὑρέθη νεκρὸς Εὐβούλου τοῦ πολιτευομένου ὢν εἰς τὰ μάλιστα φίλος. ἐπεὶ οὖν ἐπολέμει (ὁ Εὔβουλος) τῷ ῥήτορι καὶ οὗτος ἐκείνῳ ἐκ πολιτείας,*

ὑπωπτεύθη (ὁ ῥήτωρ), ὡς πείσας νέον ὄντα τὸν Ἀρίσταρχον ἐπιθέσθαι τῷ Νικοδήμῳ, καὶ διαφθεῖραι.—Σκοπεῖν ἄξιον τὴν ὑπερβολὴν τῆς φρονήσεως· οὔτε γὰρ φανερῶς ὡς κατήγορος (τοῦ Ἀριστάρχου) λέγει, φίλος γὰρ ἦν· οὔτε ὡς ἀπολογούμενος, ὕποπτον γὰρ (nimirum ne culpae socius videretur). ἀλλὰ μέσως ἀμφοῖν ἐχώρησεν. ἡ δὲ αἰτία ἄδηλος, εἰ ἀληθής ἐστιν, ἢ ψευδής. BUTTM.

548, 18. ἐκεῖνον] Aristarchum. REISK.

548, 20. τοῦ τετελευτηκότος] Nicodemi. V. p. 549, 23.

548, 26. ὡς δέον etc.] Citat h. l. Aristides Τέχν. p. 220. REISK.

549, 8. τε καὶ] Particulae ita copulant, ut simul serviant comparando. Sensus: ut in illa fuerat contumeliosus, ita in reliqua omnia manus protervas immisisse. Dixi de hoc idiomate ad Sophocl. Electr. 676. et ad Antigon. 181. Aeschylus Suppl. 754. εἰ σοί τε καὶ θεοῖσιν ἐχθαιροίατο. Poëtae sensus ne te lateat, verte *diis perinde ut tibi*. V. quae dixi ad p. 686, 26. SCHAEF.

549, 10. τὰς ἐλπίδας] Vindicanda hic Demosthenis oratio a tentaminibus virorum doctorum. Nam primum Reiskius vitiosam trajectionem esse dixit hanc νῦν δὲ τούτοις οἷς ἐποίει, cum oporteret τούτοις δὲ οἷς νῦν ἐποίει. Sed propter magnum quod hic est temporis momentum νῦν antevertisse oratorem Spaldingus etiam sensit, qui vocem τούτοις tamen uncis notabat. Mihi vis oppositionis hanc etiam vocem retinuisse videtur; quo facto ob majus illud voculae νῦν pondus trajectio illa nata est, quam minime vitiosam sed in natura sermonis humani, maxime autem Attici, fundatam esse censeo. Deinde Meier. (de bon. damn. p. 19.) πόλιν (id est jus civitatis) et ἐλπίδας negabat posse ὑβρίζεσθαι, aliudque verbum, ut ἀναιρεῖν, ἀποστερεῖν excidisse putabat. Cui concedi potest non dicturum fuisse Demosthenem, si de jure civitatis solo sermo fuisset, τὴν πόλιν μοι ὕβρισε. Sed semel usurpato hoc verbo, non solum de corpore, sed etiam de sumptibus, recte continuari poterat sensus ejus per τὰ λοιπὰ πάντα, in quibus et civitas et spes, neque novum verbum anxie circumspiciendum erat. Haerere autem possis etiam in illo, quod praecedens illud ἐκεῖνά τε respicere videtur illa superiora, παρασκευὴν καὶ ἀναλώματα, quod absonum est, quasi haec quoque nunc denuo petisset Midias; uti observat etiam Meierus, remedium tamen nullum afferens. Sed puto ne haec quidem ad litteram esse intelligenda, sed *corpus* respici *et rem* quo illa quoque pertinent. BUTTM.

549, 13. διὰ τί, ἄνδρες δικασταί;] Vere perspexit Spaldingus sensum hujus aposiopesis, quam verbis quidem commode expleri posse non puto, explicari autem hoc modo. Dum interrogat, dubitationem simulat orator, ejusque caussam statim reddit dicendo: "Nam si hoc adeo certum est, me passum esse vel passurum talia propterea quod ultus sim Midiam, satius in posterum erit etc." BUTTM.

549, 22. διαφθαρέντος Νικοδήμου] Historiam hanc de caede

Nicodemi narrat Ulpianus ad locum, scholiastes item ad Aeschinem περὶ παραπρεσβ. §. 46. edit. Brook. (p. 48, 2.) et Athenaeus 13. p. 592 F. Vide praeterea eundem Aeschinem ibid. §. 52. et Orat. c. Timarch. p. 24, 30. TAYLOR. V. ad p. 548, 14.

549, 25. ἐπεξῆμεν τοῦ φόνου τὸν Ἀρίσταρχον] Citant Anecd. Bekk. p. 141. ubi ἐπέξιμεν.

τὸν Ἀρίσταρχον] Bene habet. ἐπεξιέναι τινὰ perinde atque τινὶ usurpatur, quasi sit ἐξιέναι ἐπί τινα. REISK. Buttmannus citavit ex Antiphonte p. 112, 35. ὅτι ἐπεξίοιμι τοῦ πατρὸς τὸν φονέα, et ex Euripidis Androm. 735. τήνδ' ἐπεξελθεῖν θέλω. Reiskii autem rationem accusativum tuentis cave probes. Quippe ἐπεξιέναι hunc casum adsciscit, quia est de classe verborum accusandi, quae solenniter construuntur cum accusativo personae et genitivo rei. Conf. not. ad Porsoni Medeam. p. 77. ed. tert. Lips. Ceterum grammaticus in Anecd. Bekk. nugatur Demosthenem inepte componens cum Isocrate. SCHAEF.

549, 27. κέρματα] Legendum videtur χρήματα. Nec enim verisimile est Midiam nummis minutulis oblatis, sed notabili aliqua pecuniae summa promissa tantum facinus illis persuadere voluisse. JURIN. Conf. p. 542, 8. πεντήκοντα illae δραχμαὶ quantilla fuerunt summula! Nempe Athenis in tanta plurimorum paupertate etiam nummulorum magna vis fuit. SCHAEF.

549, 29. παραγράψασθαι] Hoc quid esset nemo dum explicavit. Interpretantur *intendere judicium*. Verum hoc nunquam est παραγράψασθαι, quo verbo aliud nihil significatur in jure Attico quam exceptio ab reo contra actorem facienda. Quomodo igitur excipere potuerunt ipsi actores? An hoc voluit grammaticus, actores transferenda ab Aristarcho in Demosthenem actione quasi adversus sese ipsos excipere jussos esse? Sed vix hoc ferri potest, ut suspicer auctorem in mente habuisse μεταγραψάσθαι. WESTERM. Videtur, quae et Reiskii (in Ind.) est explicatio, verbum γραψάσθαι hic sensum accusandi servare, vox autem παρὰ, ea vi pollere qua *male*, *falso*, *temere*, *perfide* aliquid fieri indicat, ut in παραπρεσβεύειν. Cf. παραπόλλυσθαι. BUTTM. Assentitur Voemelius, qui hoc testimonium contra Westermannum defendit Comment. 5. p. 9, collata Hesychii glossa, παρέφησε· παραγράψατο, ἠπάτησεν.

550, 1. δώρων] Alii libri δωρεῶν. Unice probandum δώρων. Quae enim dantur corrumpendi ergo, sunt δῶρα, non δωρεαί. Monuit etiam Buttmannus. SCHAEF.

ἐν ὅσῳ δὲ τὸν νόμον κ. τ. λ.] En exemplum interlocutionis solito longioris. V. not. ad p. 482, 21. SCHAEF. De hujusmodi artificio oratorio in scriptis etiam orationibus extemporalitatem (τὸ αὐτοσχέδιον) simulandi: quo etiam referendum illud post paucos versus τουτὶ γὰρ αὖ μικροῦ παρῆλθέ με εἰπεῖν: item infra p. 557. μᾶλλον δ' ἐκεῖνο ποιήσω: vide F. A. Wolfii disputationem ad Leptin. p. 482, 21. Praeter loca ibi tractata vid. Cic. Verr. lib. 3. c. 10. ubi nutus scribae, et c. 25. ubi risus Apronii in judicio ipso, tangitur. Cf. Plin. Epist. 1. 20. SP.

550, 10. τούτοις] Desiderabant viri docti praep. ἐπὶ ante τούτοις. Sed cum non raro praepositio primo loco posita, in repetita dictione omittatur, id magis etiam legitimum erat hic, cum aeque bene dicatur χαλ. φέρειν τινί atque ἐπί τινι. BUTTM.

550, 11. καὶ τίνα ὑπερβολὴν ἀναιδείας] Simile quod ex Oratore Tiberius citat p. 31: καὶ τίς ἂν γένοιτο ἀναιδείας ὑπερβολή; SCHAEF.

τίνα ὑπερβολὴν] Post τίνα subaudiendum ἄλλην μείζονα. *quem alium majorem excessum vel excellentiam.* REISK. Non subaudiendum: nam τὸ μεῖζον vox ὑπερβολὴ sola per se indicat. SCHAEF.

550, 26. τουτί—με] Citat Tiberius p. 34. SCHAEF.

Πλούταρχος] Plutarchus Eretriae in Euboea tyrannus contra Philippum Atheniensium opem imploraverat, cui suppetias ire ad suscipiendum bellum ἄδοξον καὶ δαπανηρὸν solus tum vetabat Demosthenes. Cum autem vinceretur ejus sententia, missae sunt copiae Phocione et Hegesilao ducibus. Experti vero sunt deinde Athenienses, οἷα τῶν ὄντων ἀνθρώπων οὐδένες πώποτε πεπόνθασιν ὑπὸ τούτων, οἷς ἐβοήθησαν, deficientibus Euboeensibus, quippe qui libertati suae timerent ab ipsis iis copiis Atheniensium. Cf. Orat. Demosth. de Pace. p. 58, 1. SP. Hae res gestae et quae in sequentibus minus nobis cognitae memorantur, quomodo cum illis quae aliunde sunt notae, quoad temporum maxime rationes, coeant, inquisivit et exposuit Boeckhius in Comment. de Chronol. Or. Mid. inde a p. 81. BUTTM. Adde Winiewsk. Comment. in orat. de cor. p. 159 seqq. qui haec cum Boeckhio rettulit ad Olymp. 106, 3. nec poterat aliter, quum Boeckhii de tempore orationis Midianae sententiam sequeretur. Ad Olymp. 107, 3. referenda esse ostendit Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 14 sqq.

550, 28. κατεσκεύαζε] Alii libri κατεσκεύασε. Male. Fraus enim caruit successu. *Jactitabat, mentiebatur.* Conf. p. 552, 10., ubi eadem diversitas scripturae. SCHAEF.

πρὸ τοῦ—γεγονὸς] *Antequam omnibus manifestum fieret rem* (non per me, sed) *per Plutarchum transactam esse.* SCHAEF.

551, 1. τελευτῶν] Sic resolve: καὶ τελευτῶν, ὅτε βουλεύειν λαχὼν ἐδοκιμαζόμην, κατηγόρει μου. SCHAEF.

δοκιμαζομένου] Examen subire cogebantur, generis et aetatis et vitae anteactae, quicunque sorte senatores exiissent. SP.

551, 3. ἀντὶ γὰρ τοῦ—ἐκινδύνευον] Citant Anecd. Bekk. p. 132. in. SCHAEF.

551, 10. οὐ—τῶν ἴσων—οὐδὲ τῶν ὁμοίων] Eurip. Phoen. 501. οὔθ' ὅμοιον οὔτ' ἴσον. Formula esse videtur. DOBR. τῶν ἴσων καὶ τῶν δικαίων dixit p. 536. Alienum ab hoc loco videtur quod in S. aliisque libris scriptum νόμων pro ὁμοίων.

551, 13. ἕωλα—καὶ ψυχρὰ] Hesychius posteriori adjectivo utitur ad interpretandum prius: Ἕωλον.—ψυχρόν. Ut discas oratorem haec duo pro synonymis habuisse. Lucianus vol. 1. p. 22. ἕωλος γὰρ ἡ ψυχρολογία. Opponitur v. 15. πρόσφατος. Quomodo Photius Ἕωλον, τὸ μὴ πρόσφατον. SCHAEF.

551, 20. *ὥσπερ ἠρξάμην*] Scilicet *αὐτὸν λέγειν*. REISK. V. not. sequ. SCHAEF.

λέγε] *λέγων* S. Movit hoc Buttmannum, ut daret *ὥσπερ ἠρξάμην λέγων*. Non imiter. Digressionem inceperat p. 550. in. his verbis: *Λάβε δή μοι καὶ τὸν—νόμον*. Hoc nunc repetens, *ὥσπερ ἤρξατο*, ait: *τὸν δὲ νόμον μοι λέγε ἐφεξῆς*. SCHAEF.

551, 21. ΝΟΜΟΣ] De hac lege v. ad p. 545, 3.

551, 26. *καὶ τὰ ἐκείνου*] Conf. p. 640. 4. 9. 634. 13. 23. DOBR.

551, 28. *πᾶν ἂν ὑποστὰς εἰπεῖν καὶ πρᾶξαι*] Enuntiatio est hypothetica. Subaudi *εἰ τύχοι* aut simile quid. Non leniter orator loquitur, sed inprimis *ἀποτόμως*. SCHAEF.

εἰ δ'] Totum hoc membrum, *εἰ δ' ἀληθὲς—διορίζων*, parenthetice intersertum est. Ponenda igitur hypostigme post *πρᾶξαι* et *διορίζων*. SCHAEF.

551, 29. *ἢ τὰ τοιαῦτα*] Valde suspecta mihi particula *ἤ*. Est enim, ut recte monet Reiskius, frequens apud Dem. forma subjiciendi, post longiorem variarum rerum enumeratarum seriem, *τὰ τοιαῦτα*, quo singula ea in unum comprehenduntur et quasi *ἀνακεφαλαιοῦται*. Ab hujusmodi locutione alienum esse *ἤ* me tacente unusquisque sentiat. Poterat autem facile a librario aliud agente iterari etiam hic. BUTTM.

552, 6. *περιεῖδε—καταρξάμενον*] Vitiose scripta citat Etym. M. p. 469, 9. SCHAEF.

σεμναῖς θεαῖς] Eumenidibus.

552, 7. *τρίτον αὐτὸν*] Numerum horum sacrificulorum variasse docet Photius s. v. *ἱεροποιοί*. Ceterum conf. Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 1. p. 231. SCHAEF.

552, 12. *πατρίδος*] Quod ex codice Parisino quinto affert Morelius *πόλεως*, de eo Buttmannus "Accedunt Bekkeri codices omnes," errore manifesto. Codices Bekkeri in *πατρίδος* consentiunt, et sic A. B. quoque.

552, 13. *οὐδὲ καθ' ἓν*] Non hoc valet "ne singulatim quidem," sed est pro *κατ' οὐδέν*, fortius tamen. Nam sicut pro *οὐδείς*, *οὐδέν* fortius dicitur *οὐδὲ εἷς*, *οὐδὲ ἕν*, ita praepositione accedente pro *ἀπ' οὐδενός*, *κατ' οὐδέν* dicitur *οὐδ' ἀφ' ἑνός*, *οὐδὲ καθ' ἕν*, conjunctione *οὐδέ* primum locum natura sua obtinente. Vid. et p. 577 extr. et Bud. Comm. p. 772. qui hoc etiam ex nostro, nescio tamen unde, affert: *οὐδὲ καθ' ἓν χρήσιμος τῇ πόλει*. Sic *οὐδ' ἐφ' ἑνί* De Cherson. p. 107, 19. BUTTM.

552, 14. *δι' ἐμοῦ*] Scribendum *δι' ἐμὲ* ex aliis codicibus. Nam *propter me* hoc loco dici debebat, non *per me*. Sic p. 229, 24. *οὐ γὰρ δήπου Κτησιφῶντα δύναται διώκειν δι' ἐμέ*. quem locum comparavit Dobraeus.

552, 20. *οὐκ ἀποκτενεῖτε;*] Erat quidem ordo naturalis, ut haec verba starent post *συλλήψεσθε*. Sed quis in affectu loquendi ordinem severum observat? Nisi malumus *οὐκ ἀποκτενεῖτε;* reddere, non *Cur non datis eum morti?* sed *Cur dubitatis ei mortis sententiam dicere?* REISK.

552, 21. οὐχὶ συλλήψεσθε;] Schol. Aristoph. Acharn. 205. memoriter citat οὐχὶ συλληψόμεθα. SCHAEF.

ταῦτ' ἔλεγεν—κεφαλὴ] Schol. Aristoph. Acharn. 284. citat ταῦτ' ἔλεγες, μιαρὰ κεφαλή. REISK.

552, 22. κεφαλὴ, ἐξεληλυθὼς] Conf. nott. ad Porsoni Hecub. p. 25. ed. tert. Lips. SCHAEF.

552, 23. πρὸ τούτου] Num πρὸ τοῦ? Sic certe solent Attici. *antehac, tempore superiori.* REISK.

552, 25. ἐκείνου] Aristarcho puta. REISK.

552, 26. τοῦτον] Ad Midiam redit. REISK.

ἀπαλλαγῶν] Alii libri διαλλαγῶν. P. 986, 11. πρὸς ὃν αὐτοῖς ἐγένοντο αἱ ἀπαλλαγαί· ubi S. διαλλαγαί. Διαλύσεις et διαλύειν infra p. 553, 20. 554, 29.

εἰ μὲν—χρῆν μὲν] εἰ μὲν refertur ad εἰ δὲ p. 553, 5: χρῆν μὲν ad ὅμως δ' ἔστω p. 553, 5. SCHAEF.

552, 28. οὐδ' οὕτως] Scil. λέγειν. SCHAEF.

553, 2. τῆς λοιπῆς φιλίας] An legendum τοῦ λοιποῦ, sc. χρόνου. Cur mutatum fuerit satis liquet. DOBR.

553, 5. τούτῳ γε] Homini saltim tam immani, tam omnis humanitatis experti, atque est Midias. Huic uni saltim Midiae venia detur, si alii nulli dari potest. REISK.

λαλῶν] H. Stephanus Thes. s. v. ἅλς: "Demosthenes in Or. c. Mid. ita loquitur, Εἰ δὲ ἁλῶν μὲν κοινωνήσας καὶ ὁμωρόφιος γενόμενος ὡς οὐδὲν εἰργασμένῳ φανήσεται: ita enim legitur h. l. in optimis et vetustissimis codd., non autem ut in VV. editt., atque adeo in Aldina, Εἰ δὲ λαλῶν μὲν καὶ ὁμωρόφιος γιγνόμενος." Scripturam a Stephano proditam adscivit Buttmann. λαλῶν μὲν καὶ ὁμωρόφιος γιγνόμενος Bekker., cujus libri de altera scriptura tacent. Ego Bekkerum sequar: nam cauti sit probare quod certa codicum auctoritate nititur. λαλεῖν, *familiariter colloqui, garrire cum aliquo.* Neque hoc nullius momenti est, quod λαλῶν καὶ γιγνόμενος aliquanto aptius respondet sequenti λέγων καὶ καταιτιώμενος, quam κοινωνήσας καὶ γενόμενος. Adde quod orator infra v. 10., ubi rem ait fide testium se confirmaturum esse, nihil aliud dicit quam Midiam εἰσεληλυθέναι et διειλέχθαι: vix taciturus τοὺς ἅλας, si h. l. de convictus sanctitate cogitasset. Pariterque v. 26. solius τῆς ὁμωροφίας, non item τῆς συσσιτίας meminit. SCHAEF. Infra p. 578, 16. τῶν πάνυ τούτῳ λαλούντων ἡδέως. et p. 411, 15. μή τις αὐτὸν ἴδῃ λαλοῦντα ἐμοί. DOBR. Quod de codicibus dicit H. Stephanus ad ἁλῶν tantum referendum, cujus vestigia in libris pluribus sunt, non ad κοινωνήσας, quod ex conjectura profectum videtur propter ἁλῶν facta.

553, 11. τῇ μὲν προτεραίᾳ ὅτε—] Ratio requirit particulam ἢ ante ὅτε, eamque inseri jubet Taylorus, provocans ad Platonis locos hosce: Crit. 2. τῇ ὑστεραίᾳ δεῖ με ἀποθνήσκειν, ἢ ᾗ ἂν ἔλθῃ τὸ πλοῖον. Sympos. init. τῇ ὑστεραίᾳ ἢ ᾗ τὰ ἐπινίκια ἔθυεν; unde emendandos putat duos alios etiam locos quibus aut ᾗ solum aut ἢ solum in libris legitur, in lege ap. Dem. adv. Macart. p. 1071,

3. τῇ ὑστεραίᾳ ᾗ ἂν πρόθωνται. et ap. Lys. de Aristoph. bon. p. 153. extr. τῇ δὲ προτεραίᾳ ᾗ ἀνήγετο. Ego probe quidem perspicio quam facile littera η in his locis, atque etiam in nostro excidere potuerit; sed probe etiam, quam facile in ipso quotidiano sermone; qui tam crebro logicas rationes posthabet compendiis et sonorum levi juncturae. Quare potuit Plato quidem, aut siquis criticus exempla ejus limavit, severiorem cogitandi regulam sequi; sed oratores et legum scriptores populi loquelam. Et in Lysiae quidem loco plane eadem servatur forma quae et apud Latinos, cum dicunt *pridie quam profectus est:* in lege autem illa (ubi ᾗ ἂν Graecum non esset) et in nostro loco, dum Taylori rationi codices nulli addicunt, mente suppleri debet τῆς ἡμέρας. Cui rationi simillima est illa qua e. g. in Iliade φ, 80. dicitur, ἠὼς δέ μοί ἐστιν Ἥδε δυωδεκάτη ὅτ' ἐς Ἴλιον εἰλήλουθα. BUTTM. Parum perspexerat hoc idioma Bastius, quem v. in Append. Epist. Crit. p. 7. et Epimetr. ad Aristophan. Plut. p. 36. SCHAEF.

553, 11. εἰσεληλύθει] Scilicet ad Aristarchum. REISK.

553, 12. δ'] θ' vult Taylorus. REISK. Verum esse δ' satis arguit μὲν v. 10. a Reiskio ex cod. Aug. insertum. SCHAEF.

τοῦτο—ἀκαθαρσίας] Memoriter citat Aristides. V. not. ad p. 119, 10. SCHAEF.

553, 14. ἐφεξῆς οὑτωσὶ] Tam prope, ut vulgo solent maxime familiares sibi assidere. REISK. Boeckhius in Actis Academiae Boruss. a. 1818. p. 76. comparat ἐν συνουσίᾳ τινὶ καὶ διατριβῇ οὕτως ἰδίᾳ p. 537, 17. οὑτωσὶ jungens ille participio καθεζόμενος. Ego malim cum Reiskio arcte jungere ἐφεξῆς οὑτωσί. SCHAEF.

553, 20. δι' ἐκείνου] Per Aristarchum. REISK.

554, 1. ἀνηρπάσθαι] Solus Reiskius recte statuit de hoc verbo, cui lexicographi inde a Budaeo, dum Demosthenis usum spectant, aliquid de *ad poenam rapiendo* admiscent: cui sensui tamen vel sola praepositio ἀνά repugnat. Est enim proprie *sursum tollere*, et hinc malo sensu *de medio tollere, perdere, evertere:* ut de civitate, apud nostrum Philipp. III. p. 123, 10., de homine, in nostra or. ll. cit. et Philipp. IV. p. 136, 10. et adv. Neaer. p. 1348, 1. Hoc ultimo enim loco judicibus grates aguntur, quod Apollodorum, condemnatum illum quidem, non tamen siverint ἀναρπασθῆναι, dum talento tantum multant, non vero magna illa pecunia, qua accusator litem aestimavisset, cuique pendendae plane impar esset ille. Unde apparet ἀναρπασθῆναι esse *perire, funditus perdi;* quod h. l. et p. 555, 19. fortius effertur forma perfecti. BUTTM.

554, 2. αὖ] Scribendum αὐτὸ ex S. de quo dicetur ad p. 594, 29.

554, 7. ΜΑΡΤΥΡΕΣ] Testimonium totum fere compositum a grammatico ex p. 552, 13 seqq. WESTERM. Defendit Voemelius Comment. 5. p. 10.

554, 8. Χάρης] Hoc sola niti videtur Reiskii conjectura. Libri

Χιάρης, quod etiam in P. esse, de quo tacuit Bekkerus, Voemelius annotavit, qui quod Χάρης in cod. Urbinate esse dicit, nescimus utrum hoc diserte ex eo annotatum habeat an ex silentio ejus colligat qui codicem excussit. Ipse Ἀρχιάρης conjicit, collato Ἀρχίαρος nomine. de quo dixit Keilius in Analectis epigr. p. 76. 247.

554, 10. καθ' οὓς καιροὺς—Νικόδημον ἀπεκτονὼς] Citant Anecd. Bekk. p. 176. extr. SCHAEF.

554, 11. ἢ] Posterius ἢ fortasse delendum. SCHAEF.

554, 12. Μόσχου] Νικοδήμου Anecd. Bekk., vicinitate alterius nominis fallente aut grammaticum, aut, quod verisimilius, librarium. SCHAEF.

554, 15. αὐτόχειρα] Non idem est quod φονεύς. Potest enim aliquis esse φονεύς, qui non est αὐτόχειρ SCHAEF.

554, 25. ἀξιοῦντα —, ὅπως ἂν διαλλάξῃ] Herodotus 2, 126. δέεσθαι, ὅκως ἂν—δωρέοιτο. Ubi fuit cum ἂν mihi suspectum esset. Sine caussa. Idem 3, 44. ἐδεήθη, ὅκως ἂν—δέοιτο. Rarior autem haec similisve constructio: longe frequentior altera illa cum infinitivo, cujus exemplum mox sequitur p. 555. in. V. Melet. Crit. p. 121. SCHAEF.

554, 28. ἐῶ γὰρ εἰ] Plenior locutio: ἐῶ γὰρ λέγειν, εἰ φίλον ἐσυκοφάντει. Dionysius Halic. vol. 2. 1212. ὅσας μὲν οὖν πόλεις —ὑπηκόους ἐποιήσαμεν, ἐῶ. SCHAEF.

555, 2. προσεκβαλεῖν] ἐκ τῆς πατρίδος, quod additur p. 552, 12. Ceterum adverte locutionem pleonasticam μετ' ἐκείνου προσεκβαλεῖν. Conf. Lobeckius ad Phrynich. p. 354. SCHAEF.

555, 11. ποιήσαντας] I. q. ὑβρίσαντας. Graeci saepe usurpant ποιεῖν, ne verbum antegressum repetere cogantur. SCHAEF.

555, 16. τὰς—μετουσίας] Notabilis usus pluralis h. v. SCHAEF. ἰσηγορίας] Locum hunc tangit Moeris Atticista p. 203. REISK.

555, 18. καὶ ἄλλος τις ἂν] Parenthetice inserta sunt. Subaudi διώσαιτο. SCHAEF.

555, 19. ἀνήρπασμαι] Vid. ad p. 554, 1.

556, 10. ὁτιδήποτ' ἐστὶ] Id ipsum in quo offenditur Reiskius, qui ὁτιδήποτε non nisi elevandi caussa subjici solere arbitrabatur, mihi augustum in primis et grande visum est. Sic et Romani *nescio quid* in augendis rebus dicunt non minus quam in extenuandis. Arcanum aliquod et ineffabile numen est *fas* et *justitia*. Spectat autem ἡ ὁσία hic ad νόμιμα illa quae ἄγραφα, ἄγραπτα dicta fuerunt, ut Soph. Ant. 454. Dem. pro Cor. 317, 23. adv. Aristocr. p. 643, 18. Thuc. 2, 37. Cf. Arr. Epict. 4, 3. extr. SP. In mente Reiskius videtur habuisse Euripidea ὅ τί ποτ' εἰσιν οἱ θεοί, ὅστις ὁ Ζεύς, de quibus v. Porsonus ad Orest. 412. Sed ab illis Tragici, ad speciem impie, etsi convenienter personis et ταῖς περιστάσεσιν, jactatis, hoc oratoris mirum quantum differt: nam tantum abest ut sententiam extenuet, ut faciat longe gravissimam. Videlicet ἐστὶ h. l. significat τὴν ὕπαρξιν: quo sensu nunc fere scribunt ἔστι. *Quidquid est sanctitatis.* SCHAEF.

550, 10. τὸ σεμνὸν καὶ τὸ δαιμόνιον] Lennepius ad Phalarid. p. 339 a.: "τὸ σεμνὸν, diversum a τὸ δαιμόνιον, respicit τὸ θεῖον." Non assentior. τὸ δαίμονιον h. l. est i. q. τὸ θεῖον. SCHAEF.

557, 6. ὕδωρ] Certa in clepsydris aquae mensura utrique dicentium dabatur, qua elapsa finem dicendi facere debebat. BUTTM. V. ad p. 274, 10. 359, 5.

557, 7. πρὸς τὸ λοιπὸν πᾶν] Subaudi τοῦ λόγου. Constructio verborum trajectorum haec est: εἰ τὸ παρ' ἀμφοτέρων ἡμῶν ὕδωρ, τό τ' ἐμὸν λέγω καὶ τὸ τούτου, ὑπάρξειε προστεθὲν πρὸς τὸ λοιπὸν πᾶν τοῦ λόγου. *Si aqua nobis ambobus definita, mihique puta illique, in unam confusa massam illi, quae adhuc reliqua superest, orationis meae parti addatur, tamen haud sufficerit.* REISK. Itaque post πᾶν posuit hypostigmen, quam servavit Bekkerus. Delevit Buttmannus haec sic vertens: *si ei aquae, quae reliqua mihi est, de novo adderetur integra et mea et illius mensura, non tamen sufficeret.* Quae ratio quantum praestet Reiskianae quantumque augeat pondus verborum, quis non intelligit? SCHAEF. Delendum comma post πᾶν.

557, 16. τόπος] Non intelligam de loco oratorio s. sede argumentorum, ut Ulpiano placuit, sed sensu proprio. Dicit orator Midiam ubique locorum, quocunque accesserit, domi forisque, capitalia perpetrasse. Quanquam facile concedam hoc dictum esse ὑπερβολικώτερον. Eadem superlatio, quae hic est de loco, de tempore sequitur v. 23. SCHAEF.

557, 26. ἄξιον θανάτου] Sarcasmus. In eo gloriam quaerebat Midias, ut nil nisi quod morte dignum esset patraret, neque tamen eam pateretur. Verum non omne quod homuncionibus nobis capital est, et illi ita videbatur. Altiora petebat. Et sic deinceps. BUTTM.

557, 28. ἔθνος] *Classem civium.* Sequentia docent intelligi classem equitum. Conf. p. 668, 11 seqq. SCHAEF.

ἐλᾷ] V. Moeris p. 146.—Hoc sensu ἐλαύνειν in hac oratione saepius dicitur. V. p. 535, 26. 551, 7. 558, 21. 559, 3. πάντα τρόπον περιωθῶν καὶ ἐλαύνων τοὺς ἀνθρώπους p. 570, 17. SCHAEF.

558, 6. ἐλοιδορήθη active intelligendum esse loci tenor docet. Sic λοιδορηθέντος δ' αὐτοῖς ἐκείνου καὶ κακίσαντος αὐτοὺς οὐ μόνον περὶ ὧν — p. 1257, 23. SCHAEF.

558, 10. ἐπ' οὐδενὶ] Nulla te cogente caussa sontica, petulanter. SCHAEF.

558, 16. ἐπ' ἀστράβης] Inter documenta mollitiei et luxus quibus in ipsa militia deditus erat Midias, illud etiam refertur, quod vectus fuerit ἐπ' ἀστράβης. Hic ante omnia quaerimus, quid sit ἀστράβη: cui quaestioni bifariam respondetur ab ipsis antiquioribus grammaticis: nam pars *clitellas*, pars *mulam* esse dicunt. Itaque posteriorem fere interpretationem recentiores Demosthenis enarratores amplexi locum ita explicant: reversum esse Midiam ab expeditione ad Arguram Euboeae, mula vectum totque sarcinis stipatum, ut portitores, quamvis immunis alias fuisset bellica supellex, his tamen Midiae impedimentis manum inji-

cerent. Sane immunitatis hujus notitia soli Ulpiano debetur, ideoque eam, ut ex ipso Demosthenis loco argumentatione haustam, non immerito spernit Boeckhius (Oecon. Athen. 1. p. 337.). Observamus tamen, primo, non *arma* nominare Ulpianum, ut ait Boeckhius, sed *πολεμικὰ σκεύη*: deinde, non falsam tamen esse hic, ut alias saepe, argumentationem ejus, sed superfluam. Nam de rebus, quas exercitus ipse secum fert in bellum necessarias, vel absque illa observatione nemo sane putavisset vectigalia olim solvere moris fuisse. Sed illud etiam utique manifestum, ex hoc genere visa non fuisse portitoribus impedimenta illa Midiana. Ulpianus vero in scholiis non modo alteram illam vocis explicationem sequitur, sed magni momenti praeterea variam lectionem offert. Sic enim ille: *Εἶδος καθέδρας ἀστράβη, παρὰ τὸ μὴ στροβεῖσθαι μηδὲ στρέφεσθαι. ἔστι δὲ ἐπὶ πλεῖστον εἰς ὕψος ἀνῆκον, ὥστε τῶν καθεζομένων ἀνέχειν τὰ νῶτα. χρῶνται δὲ αὐτῷ μάλιστα αἱ γυναῖκες. ἐπισκώπτει δὲ διὰ τοῦτο εἰς μαλακίαν καὶ ἀσθένειαν τὸν Μειδίαν. εἶθ', ἵνα μὴ ἀντιπέσῃ, τί οὖν εἰ κακωθεὶς ἐχρήσατο ταύτῃ τῇ καθέδρᾳ; προσέθηκεν ἐξ ἀ ρ γ υ ρ ᾶ ς. τὸ γὰρ ἠργυρῶσθαι τὴν καθέδραν δεῖγμα ἦν τοῦ ἐπιτηδεύοντος καὶ ἐντρυφῶντος τούτῳ τῷ εἴδει. τὸ δὲ καὶ ἐξ* Εὐβοίας, *ὅτι μὴ εἰωθότων τῶν* Ἀθήνησι *τοιαύτας ἐργάζεσθαι αὐτὸς ἐξ* Εὐβοίας *ὠνήσατο. ἡ δὲ δ η μ ώ δ η ς ἐξ* Ἀργούρας *ἔχει, ἀπὸ τόπου τῆς* Εὐβοίας. *ἀλλὰ τὰ ἑξῆς δηλοῖ ὅτι μαλακίαν αὐτῷ καὶ τρυφὴν ὀνειδίζει, χλανίδας λέγων καὶ ἱμάτια τρυφερὰ, καὶ σκεύη ἐπιτήδεια πρὸς ἀνειμένον βίον.*

Non sane sine caussa Ulpianus male audit eo nomine quod explicationes suas maximamque partem eruditionis ex ipso quem tractat scriptore hauriens ita tamen omnia proferre solet, quasi aliunde sibi paraverit. Merito igitur ea hic quoque suspicio oritur; cumque scriptum sit apud eum *ἐξ ἀργυρᾶς*, ex maxime proclivi errore, *ἀργυρᾶς* pro Ἀργούρας, omnia nata videri possunt. Sed accedit alia melior auctoritas. Helladius enim ap. Phot. p. 871, 17., cui multa aliunde plane ignota accepta debemus, postquam et ipse de Atheniensium loquendi more, mulam qua quis vehatur *ἀστράβην* dicentium, memoravit, haec etiam addit: *λέγεται μέντοι ἀστράβη καὶ τὸ κατασκεύασμα· ὡς* Δημοσθένης *ἐν τῷ κατὰ* Μειδίου *λόγῳ, ἐπ' ἀστράβης ὀχούμενος ἀργυρᾶς.* Ita simul sublesta Ulpiani fide et incommodo illo *ἐξ* ante *ἀργυρᾶς* liberamur.

Nihilominus Piersonus ad Moer. p. 57. Harpocrationem et Macrobium non deteriores Ulpiano testes esse affirmans, rejecit hanc scripturam, nihil contra eam afferens quam usitatam significationem tum verbi *ὀχεῖσθαι*, quo jumentum hic intelligi palam sit, tum vocis *ἀργυροῦς*, quod *argenteum* significet, non *argento obductum*; illud autem, quod argenteam sellam indicium esse dicat Ulpianus mollis et delicati hominis, plane ridiculum esse pronuntians. Addit idem, Athenis mulo vehi solarum fuisse mulierum, aut hominum effeminatorum, aut infirmorum. Praecipuam denique vim grammaticorum testimonio tribuit, ipsisque veterum Atticorum locis, apud quos *ἀστράβη* nonnisi de jumento

clitellario inveniatur. Quare, mihi quoque, missis Piersoni propriis argumentis omnibus, ad has auctoritates properandum esse video.

E quibus gravissima est haec Harpocrationis glossa: Ἀστράβη ἡ ἡμίονος, Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου. μήποτε δὲ καὶ πᾶν ὑποζύγιον, ἐφ' οὗ ἄνθρωποι ὀχοῦνται, οὕτως ἐκαλεῖτο. Hoc enim satis manifestum videtur, eum qui ita vocem explicat, non legisse ἀργυρᾶς. Nihili autem est provocatio ad alteram Harpocrationis glossam Ἄργουρα, qua respicitur nomen hoc paullo ante p. 558. 3. positum oratori: et magis etiam nihili illa quae fit ad Macrobium. Is enim 5. 21. de κυμβίῳ loquens addit: *meminit ejus et Demosthenes in oratione quae est in Midiam:* quae ad nostram quaestionem nihil faciunt: nam quod his verbis in nostris Macrobii editionibus subjecta leguntur verba ipsa Demosthenis, et in his illud etiam ἐξ Ἀργούρας, id Macrobio nolente factum est. Equidem Graeca haec invenio primum in ed. Macrobii Hervagiana 1535. Antiquiores, quae Graecis verbis Macrobio alibi allatis aut non carent, aut eorum loco lacunam ubique exhibent, hic *ne lacunam quidem* admiserunt: ut manifestum sit, verba illa Demosthenis ab editore tantum Basileensi, et injuria quidem, inserta esse. Harpocrationem tamen, in verbis modo allatis satis gravem fortasse vulgatae lectionis auctorem haberemus, alteram repudiaremus, nisi inspiciendi essent etiam reliqui loci quibus, judice Piersono, eadem vocis ἀστράβη significatio sola confirmatur. Nos, ut promptius cuique judicium sit, locos ipsos auctorum hic apponimus.

Lysias in Or. pro Veterano emerito p. 747. ita loquentem hunc introducit: vehi se solitum, quoties longior via sibi emetienda sit, equis alienis "nam si opulentior essem, ait, ἐπ' ἀστράβης ἂν ὠχούμην." In Machonis versibus ap. Athen. 13. p. 582. meretrix peregrinum aliquem amatorem conventura, in Piraeeum descendit εὐτελῶς ἐπ' ἀστράβης, ancillas vero suas tribus asellis impositas secum ducit. Omnium autem disertissime Lucianus. In cujus libro Lexiphane cap. 2., homo doctarum et antiquarum dictionum sectator, ἀμφὶ τράμιν, ait, μαλακίζομαι (quod est notum illud equitantium malum circa perinaeum) ἐπ' ἀστράβης ὀχηθείς: quin ἀστραβηλάτην etiam nominat: ὁ γὰρ ἀστραβηλάτης ἐπέσπερχεν. Addatur Alciphron 2, 3. apud quem Glyceram suam amator ut ad se veniat invitans, ἐπὶ τῆς ἀστράβης, ait, φέρου. E quibus locis hoc utique efficitur plane eodem modo usurpatam fuisse vocem ἀστράβη ut illam ἡμίονος, *mulus. mula*, cum dicimus *mulo vehi* etc.

His itaque subjungamus jam grammaticorum explicationes, praeter illas quas jam vidimus Ulpiani et Harpocrationis. Et Moeris quidem ad Atticorum locos modo allatos appositissime ita: Ἀστράβη Ἀττικῶς, νωτοφόρος ἡμίονος Ἑλληνικῶς. Plenius Etym. M. Ἀστράβη ἐπὶ σκεύους εἴρηται ξυλίνου. ἤγουν τὸ ἐπὶ τῶν ἵππων τιθέμενον ξύλον, ὁ κρατοῦσιν οἱ καθεζόμενοι, οἱονεὶ ἀστράφη τις οὖσα, παρὰ τὸ μὴ στρέφεσθαι καὶ πίπτειν τοὺς καθεζομένους.

λέγουσι δὲ καὶ αὐτὸ τὸ νωτοφόρον ὑποζύγιον. οἱ δὲ τὴν σωματηγὸν ἡμίονον ἀστράβην λέγουσιν. Quae glossa facit ut ceteris ex Hesychio, Suida et aliunde coacervandis supersedere possimus. Illud tantum observatu dignum. explicationem hanc: Ἀστράβη· σκεῦός τι ἐπὶ τῶν ὄνων ἢ τῶν ἡμιόνων ἐπιτήδειον, legi in Lexico Rhetorico (Seguer. p. 205.): unde recte mihi colligere videor, non alio illam spectare. quam aut ad locum ipsum nostrum Demosthenis aut illum Lysiae.

Si vero illud praeterea reputamus, vocis hanc derivationem, qua designat illud quod *non versatur* sed *firmum* manet, extra omnem dubitationem veram esse, neque tamen eo respici posse tutum muli incessum, sed qualitatem sedilis; deinde, alterum usum de ipso jumento non afferri nisi tanquam Atticum aliquod idioma: hoc, opinor, certissimum nobis apparebit, proprie quidem ea voce nihil designari nisi sellam talem, qualem describit Ulpianus, cathedrae vel lecticae similem. Unde factum ut Arcadius (de Accent. p. 104, 9.) vocabulum ἀστράβη ita explicet, ut sit εἶδος ἁμάξης. Jam si mos maxime pervulgatus fuit, ut haec sedilis vectorii species mulae potissimum. propter firmissimum hujus jumenti incessum, adaptaretur, nihil sane humano percipiendi modo magis consentaneum erat quam ut. quoties quis diceret ἐπ' ἀστράβης ὀχεῖσθαι, totum illud vecturae genus, hoc est animal ipsum cum alto sedili imposito, menti obversaretur. Atque ita ἀστράβη Atticis dicta est *mula ita instructa*; grammaticis autem subnata est brevior glossa: ἀστράβη, ἡμίονος, Ἀττικῶς: et ineptus ille apud Lucianum sermonis docti sectator ridetur eo, quod quemcunque jam mulum, cui insidet, ἀστράβην, quin mulionem etiam. quanquam hoc. ni fallor. per jocum Lucianus commentus est, ἀστραβηλάτην vocat.

Ipsi contra veteres Attici vix dubium quin semper, cum ἀστράβην dicerent. de cathedra potissimum cogitarent: ita quidem ut jumentum fere comprehenderent: sed nunquam ita ut e. g. aliquis dicere potuisset se venam ἀστράβῃ suae secuisse: contra percommode, se ἀστράβην sibi ex hac vel illa materia struendam curasse. Jam si omnia quae in tali sella ex metallo facienda erant, argentea, si lora squamis argenteis obducta, vel alia ex eo metallo ornamenta addita erant: jure et per omnis linguae morem *argentea* dici poterat ejusmodi ἀστράβη.

Verum ratiocinationes hae sunt: quibus diffidi solet. Quare ipsi jam Demosthenis narrationi insistendum est. Quid ergo est istud ὀχούμενος ἐξ Ἀργούρας? Haec nonnisi de reditu accipi possunt: sed quis quaeso insulanum diserte oppidum nominans dicat, mulo se vectum esse inde Athenas? Quid porro hoc sibi vult additamentum: ταῦτα γὰρ εἰς τοὺς ὁπλίτας ἡμᾶς ἀπηγγέλλετο· οὐ γὰρ εἰς ταυτὸν ἡμεῖς τούτοις διέβημεν? Ultima verba, et maxime istud εἰς ταὐτὸν non video quomodo de freto in reditu transvehendo accipi queant. Immo sponte apparet hoc dicere oratorem, pedites se non in eandem equitibus Euboeae partem transvectos fuisse: sed quid hoc ad reditum ἐξ Ἀργούρας? Ita patet,

quod vel sola haec praesentia, ὀχούμενος, ἔχων, demonstrare debebant. loqui oratorem de habitu et comitatu Midiae, quo per totam hanc expeditionem utebatur ille: et sic demum recte addit "nam haec nobis peditibus, qui in eandem cum istis regionem non sumus transvecti, nuntiatum est." Illa autem cum portitoribus contentio, si verba ἐξ Ἀργούρας non leguntur, jam non in reditum, sed in exitum cadit: quod vel ex ipsa sententiarum oppositione patet (ἡμεῖς) οἱ διαβάντες ἐν τάξει καὶ τὴν σκευὴν ἔχοντες ἣν προσῆκε τοὺς ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐξιόντας—, ἢ σὺ ὁ—τὸν θώρακα οὐδεπώποτε ἐνδὺς, ἐπ' ἀστράβης δὲ ὀχούμενος—, χλανίδας δὲ κ. τ. λ. ἔχων—ὧν ἐπελαμβάνοντο οἱ πεντηκοστολόγοι. Nimirum Midias non ἐν τάξει cum ceteris equitibus exierat; sed quasi privatus peregre proficiscens, mulae, qua per totam hanc expeditionem usurus erat, insidens, et luxus sui instrumentis circumdatus in portum descenderat: ita ut portitores mercatorem in emporia, non militem in bellum pergentem videre se arbitrarentur.

Neque vero hoc negligendum est, paucis ante versibus jam nominatum fuisse oppidum illud ita nude: Περὶ δὲ τῶν συστρατευσαμένων ἱππέων εἰς Ἄργουραν—: ut appareat, eum de re satis recenti et de oppido inde omnibus noto loqui; absurdumque plane fore si post pauca verba in reditu idem oppidum hoc additamento sibi designandum putaret ἐξ Ἀργούρας τῆς Εὐβοίας.

Ita omnia, opinor, conspirant ad demonstrandam veritatem alterius lectionis ἀργυρᾶς τῆς ἐξ Εὐβοίας. Neque hodie exulat illa e codicibus, quorum optimus Par. S liquido eam exhibet, alii non pauci hanc praebent scripturam ἐπ' ἀστράβης δὲ ὀχούμενος ἀργούρας τῆς ἐξ Εὐβ. Quae manifesta est primaria corruptio. Nam quantumvis proclivis fuerit error ex illo Ἀργούρας in ἀργυρᾶς, non minus tamen facilis erat alter quoque lapsus, ut, oppido Ἀργούρᾳ modo memorato, librarius idem nomen se iterum conspicere putaret in illo ΑΡΓΥΡΑΣ. Ita e vera scriptura (ἐπ' ἀστράβης δ. ο.) ἀργυρᾶς τῆς ἐξ Εὐβ. natum est Ἀργούρας τῆς ἐξ Εὐβ., quod mox alius emendatione certa sibi visus est corrigere ita, ἐξ Ἀργούρας τῆς Εὐβοίας.

Ipsam autem hanc luxum objiciendi rationem, ut eadem quidem sermonis forma, repetitam habes p. 565, 27. ubi uxorem Midias ad mysteria Eleusinem et quocunque alio voluerit dicitur vehere solitus ἐπὶ τοῦ λευκοῦ ζεύγους τοῦ ἐκ Σικυῶνος. Regum itaque modo Midias ad vitae splendorem undique omnia conquisiverat, bigas albas Sicyone, cathedram vectoriam argenteam ex Euboea, et quae nos ignoramus reliqua. BUTTM. Vulgatam olim scripturam sequitur Herodianus περὶ μον. λέξ. p. 13, 20. Ἄγουρα (sic) πόλις Εὐβοίας· μέμνηται Δημοσθένης λέγων "ἐξ Ἀγούρας τῆς Εὐβοίας." de quo Schaeferus "Vel sic tamen vereor ut haec sit ipsius oratoris manus. Quodnam enim totius hujus loci consilium est? Nimirum ut notetur Midiae ignavia et mollities, in cujus indiciis numeratur etiam hoc, quod vectus sit, non equo bellatore, sed mulo clitellario. Jam quid attinebat memo-

rari locum, unde vectus esset tali jumento? Et si forte memorandus esset, quid attinebat doceri auditores loci situm? Num ignorabant Arguram esse Euboeae oppidum? Si ignorabant, non hoc loco docendi erant, sed supra v. 3., ubi primum fit mentio oppidi. Quae cum ita sint, vide ne quatuor verba ἐξ Ἀργούρας τῆς Εὐβοίας haberi oporteat pro glossemate pervetusto, quod etiam antiquissimos Demosthenis interpretes eorumque sequaces grammaticos ludificatum sit."

558, 18. κυμβία] Alii libri κυμβεῖα. Hesychius κυμβίον. εἶδος ποτηρίου καὶ πλοίου. Anecd. Bekk. p. 274, 28. κυμβεῖον: εἶδος ποτηρίου παραπλησίον τῷ σχήματι πλοίῳ. ὃ καλεῖται κύμβη. V. ad p. 566, 1. SCHAEF. De vera nominis scriptura κυμβία e locis poetarum constat V. Athen. 11. p. 481.

πεντηκοστολόγοι] Tangit h. l. Harpocratio s. v. πεντηκοστή. SCHAEF.

558, 20. εἰς ταὐτὸ] *In eundem locum.* SCHAEF. Imo *eodem tempore.* WESTERM. in *Zeitschr. f. d. Alterthumsw.* 1845. p. 690.

εἴσ' typothetae error pro εἴ σ'.

559, 2. σὺ δ' ἀπειλεῖς πᾶσιν] Citant Anecd. Bekk. p. 120, 29. SCHAEF.

559, 18. ὧν αὐτοὶ—νῦν ἐμοῦ] Buttmannus resolvit sic: ὅτι πολλὰ, ἃ αὐτοὶ ἴσασιν, (ταῦτα) οὐκ ἀκηκόασι νῦν ἐμοῦ. Malim sic: ὅτι ἃ αὐτοὶ ἴσασιν οὐκ ἀκηκόασι νῦν ἐμοῦ. Sic p. 579, 15. ἐν οἷς καιροῖς, ut scribi oportet, resolvendum: ὅτι ἐν τοιούτοις καιροῖς. SCHAEF.

559, 23. τὸ γὰρ—τούτου προβέβληνται] Memoriter citavit Tiberius p. 41., mutatis aliis, aliis omissis. SCHAEF.

559, 25. ἐπ' ἐξουσίας καὶ πλούτου] Perperam Tiberius ἐπ' ἐξουσίαις καὶ πλούτῳ. SCHAEF.

560, 2. Πολύευκτος] Orator illius temporis, praeter hanc Midiae defensionem, cum Demosthene conjunctissimus, si credimus Ruhnkenio, qui eundem putat ac Sphettium. Contra Timocratem extat oratio Demosthenis. BUTTM. Eundem hunc esse atque Sphettium parum probabilis conjectura est, ut recte monet Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 643. qui de hoc aliisque ejusdem nominis viris dixit. De Euctemone v. ad p. 547, 28.

560, 4. πρὸς ἔτι ἕτεροι τούτοις] Adverte praepositionem a casu suo sejunctam. SCHAEF.

560, 9. φθείρεσθαι] " Budaeus in Comm. meminit alius cujusdam signif. hujus verbi, quam Latine uno verbo exprimi posse negat, ut apud Plut. in Antonio (c. 24.), καὶ βασιλέων γυναῖκες ἁμιλλώμεναι δωρεαῖς πρὸς ἀλλήλας καὶ κάλλεσιν ἐφθείροντο πρὸς αὐτόν. ubi interpret. Turpiter et indecore eum adibant, sese scilicet illi venditantes et ad nutum ejus expositae." H. Stephanus Thes. Gr. L. 4. 139. c. Adde: οἱ Μακεδόνες, ἀδείας μὲν οὔσης, ἐφθείροντο πρὸς τοὺς διδόντας καὶ τὰς ἐκείνων θύρας ἐθεράπευον. Plutarchus in Eumene c. 14. et: Ἅρπαλος μετὰ χρημάτων πολλῶν ἀποδρὰς Ἀλέξανδρον ἐκ τῆς Ἀσίας τῇ Ἀττικῇ προσ-

ἔβαλε. καὶ τῶν εἰωθότων ἀπὸ τοῦ βήματος χρηματίζεσθαι δρόμος ἦν καὶ ἅμιλλα φθειρομένων πρὸς αὐτόν. Idem in Phocione c. 21. SEAGER. *Diar. Classic.* 55. p. 54.

560, 13. *ἵνα*—] Ἐπεξηγητικῶς haec subjiciuntur illi *οὗπερ ἕνεκα*, quod respicit proxime superiora, *τὸ καθ' ἑαυτὸν, ὅπως δυνατὸν, ζῆν*. BUTTM.

560, 15. *τῶν ἄλλων τινὶ, τούτων συλλεχθέντες*] Vulg. *τῶν ἄλλων τινὶ τούτων, συλλεχθέντες.* Distinctione mutanda locum sanavi et illuminavi: comma scilicet ad vocem tertiam revocavi. Constructio est: *γίγνησθε κρείττους ἑκάστου τούτων. horum* [conspiratorum in vestram pestem] *unumquemque superatis atque dometis.* REISK.

συλλεγέντες] Alii libri *συλλεχθέντες. συλλεγέντες* praefert Piersonus ad Moer. p. 208., assentiente Valckenario ad Herodot. 7, 173., qui bene docet Atticos Demosthenis aetate suaviores illas formas his asperioribus antehabuisse. SCHAEF.

560, 20. *ὀνομάζων*] Addidit tanquam si v. 17. scripsisset: *τάχα —τοιοῦτό τι ἐρεῖ.* SCHAEF.

561, 3. *λέγεται*] Mox v. 10. *τούτου μέμνημαι τοῦ λόγου.* Ipsum *λέγεται* recurrit v. 15. Solennis hujus verbi usus de rebus factis, quarum memoria viva voce propagatur: aliam enim, h. e. nostram libros legentium, rationem propagandae rerum praeteritarum memoriae veteres illi fere ignorabant. Sic Xenophon Cyrop. 1, 2, 1. *Πατρὸς μὲν δὴ λέγεται ὁ Κῦρος γενέσθαι Καμβύσου.* Mox: *φῦναι δὲ ὁ Κῦρος λέγεται καὶ ᾄδεται κ. τ. λ.* Monuit etiam Buttmannus. Eodem referendum *ὡς ἔστιν ἀκούειν* p. 609, 5. SCHAEF.

561, 6. *ποίων*] F. *πόσων.* Antecedens *τίνων* indicat *τὴν ποιότητα.* SCHAEF.

561, 16. *πρὸς πατρὸς μὲν Ἀλκμεωνιδῶν—πρὸς μητρὸς δὲ Ἱππονίκου*] Cum loquatur hoc loco Demosthenes de Alcibiade illo celeberrimo duce, non consentit cum Plutarcho, nec cum Andocide, qui in hoc negotio fide dignior, utpote qui contemporaneus fuerit Alcibiadis et contra eum orationem composuerit, in qua ejus genus curiose recenset. Sed credo, oratoria astutia Demosthenem de illo Alcibiade dixisse, quae Alcibiadi juniori prioris illius filio conveniebant. Nam Alcibiades dux ille celebratus duxerat Hippareten, filiam Hipponici et sororem Calliae, ex qua genuerat Alcibiadem juniorem, quem accusavit Lysias *λιποταξίου.* Ergo erat ille junior *πρὸς μητρὸς Ἱππονίκου*, quod ait hoc loco Demosthenes de Alcibiade patre, cui mater erat Dinomache, filia Megaclis Alcmaeonidae. Transtulit ergo stemma filii ad patrem, non, credo, ignoratione veri, sed eo quod ad propositum suum faciebat. Fallebat igitur Demosthenes, vel falsus erat. En tibi Alcibiadis stemma ex Herodoto, Lysia, Platone, Plutarcho et Pausania descriptum :—

ALCMAEO

MEGACLES, Cylonii piaculi auctor.

ALCMAEO, quem Croesus auro donavit.

MEGACLES, Paralorum caput, Pisistrati socer=AGARISTE, Clisthenis Sicyonii filia.

HIPPOCRATES

MEGACLES bis exsul per ostracismum.

EURYPTOLEMUS

ISODICE, uxor Cimonis.

AGARISTE=XANTHIPPUS

PERICLES

XANTHIPPUS

PARALUS

CLISTHENES qui Pisistratidas expulit et remp. ordinavit.

COESURA uxor PISISTRATI secunda et ἄπαις. Fuerunt ejus item uxores: 1. Anonyma, unde HIPPIAS et HIPPARCHUS. 3. TIMONASSA, unde SOPHO et THESSALUS.

CLINIAS Alcibiadis bis exsulis ostracismo f. = DINOMACHE = HIPPONICUS Calliae ad r. Persarum legati f. Cui ex alia conjuge nata

CALLIAS

HIPPONICUS

ALCIBIADES dux celebris.=HIPPARETE

ALCIBIADES junior, quem Lysias accusavit.

Anonyma ab Hipponico repudiata ob incesti cum fratre suspicionem.

PALMER. V. Vales. Emend. 4, 1. qui hunc Demosthenis duplicem errorem fusius persequitur. Duplex enim fuit: neque enim Alcibiades ὁ πάνυ, de quo hoc loco agitur, paternum genus ab Alcmaeonidis, neque maternum ab Hipponici domo duxit. Eodem errore, quo Demosthenes, tenetur etiam Libanius Declamat. 9. TAYLOR. Magnopere aestuant viri docti in Alcibiadis stemmate, quod plane diversum exstat apud alios scriptores. Latuisse autem Demosthenem genus Alcibiadis nequaquam potest, cum, quicquid dicit de illa παλαιᾷ εὐδαιμονίᾳ, non tamen ultra 55 circiter annos distet hujus orationis scribendae tempus ab exilio primo Alcibiadis, tum 30 fere annos nati. Errorem igitur, quem a variis caussis repetunt Palmerius (ad Scriptt. Gr. p. 192.) et Henr. Valesius (Emendd. 4, 1.) nullum agnosco. Sane Andocides et Plutarchus *materno* genere Alcibiadem attigisse Alcmaeonidas narrant, et Hipponici nomen solet in Alcibiadis historia, nonnisi ut soceri ejus, memorari. Quid tamen credere vetat etiam Cliniae gentem, cujus patrem Alcibiadem primum memorat Herodotus, conjunctam fuisse cum Alcmaeonidis? Hipponicus autem, qui hic comparet, nullo modo potest intelligi socer Alcibiadis; sed plurimi sunt ejus nominis viri, in eadem gente, quorum celeberrimus fuit socius Solonis in constituenda republica Atheniensium, quorumque aliquem genere potuit attingere Dinomache. De Alcmaeonidarum rebus gestis vid. Herodot. et quidem inprimis 5, 62. SP. Paternum Alcibiadis stemma ultra avum cognominem aliunde ignotum est nobis, nisi quod in Alcibiade primo Platonico p. 120 E. ipse Alcibiades cum Persarum rege, ab Achaemene et Perseo genus suum derivante, sese comparans, Eurysacem Ajacis filium gene-

ris sui auctorem praedicat. Quippe fuit inter heroës Atticos *Philaeus* Eurysacis (Paus. 1, 35.) vel secundum alios ipsius Ajacis (Herod. 6, 35.) filius, qui tradita Atheniensibus Aegina primus suae gentis civitatem Atticam adeptus esse perhibebatur, et a quo nomen traxit pagus Atticae *Philaïdae*; cujus nominis forma vel sola fidem faceret, fuisse genus etiam Philaïdarum (cf. not. m. ad Plat. l. c.); nisi diserta ejus mentio esset ap. Diog. La. 10. init. in Epicuro, qui, *pago* Gargettius, e *genere nobili* fuit Philaïdarum. Huic itaque genti sine dubio adscripti fuerunt et Miltiades (v. Herod. l. c. Marcellin. Vit. Thucyd. init.) et Alcibiades. Jam vero hoc si ita est, ad Alcmaeonidas stirpe mascula pertingere non potuit Alcibiades. Illi enim non ad Ajacem sed ad Nestorem genus referebant, cujus ex Thrasymede pronepos fuit Alcmaeonidarum gentis auctor. Potest quidem ut per feminas cum Alcmaeonidis conjuncti fuerint majores Alcibiadis: verum hoc, puto, non ita extulisset Demosthenes, πρὸς πατρὸς Ἀλκμαιωνιδῶν εἶναι: omnium minime autem per aviam vel proaviam eo rettulisset Alcibiadem, quo per matrem proxime pertinebat. Quippe Dinomachen, Megaclis filiam, Alcmaeonis neptem fuisse certissimum est. Vid. Andoc. c. Alcib. p. 130. Lys. c. Alcib. p. 540. Conf. Isocr. de Bigis c. 10. Ὁ γὰρ πατὴρ (Alcibiades celeberrimus, pater ejus, qui ipse hic loquitur, Alcibiadis tertii) ἦν πρὸς μὲν ἀνδρῶν εὐπατριδῶν, ὧν τὴν εὐγένειαν ἐξ αὐτῆς τῆς ἐπωνυμίας ῥᾴδιον γνῶναι· (vides, ex nobili quidem stirpe fuisse, sed quae ante Alcibiadem primum, praeter mythicam illam totius generis originem, claris nominibus destituta esset:) πρὸς γυναικῶν δὲ (h. e. ut ex superiore πρὸς ἀνδρῶν patet, stirpe feminina sive materna) Ἀλκμαιωνιδῶν. E quibus omnibus hoc etiam apparet, non potuisse Demosthenem ad Hipponicum, si forte per affinitatem domus haec juncta fuit Alcmaeonidis, genus referre feminae, quae patre fuit Alcmaeonida. Jam cum his auctoribus omnibus optime inter se conveniat, quidvis potius statuendum videtur, quam ut, quae Demosthenes iis omnibus adversantia prodit, fragilibus argumentis tueamur. Sed quid quaeso tantopere miramur memoriae lapsum in oratione quam adumbratam tantum (ἐν τύποις) ab auctore relictam esse, et relatum est ab antiquis, et negligentiae tot alia exempla satis superque testantur? BUTTM. Boeckhius (in Explicat. ad Pindar. p. 302.), cui non verisimile videtur tantum a Demosthene errorem commissum esse, maternum Alcibiadis celebris genus aliqua ratione Hipponici familiae, paternum Alcmaeonidis conjunctum fuisse arbitratur, ita quidem ut unus ex Alcibiadis majoribus, qui ob celebritatem quasi parens et auctor ejus familiae haberetur, matre usus fuerit Alcmaeonide, illius autem uxor fuerit ex stirpe Hipponicorum et Calliarum: sic enim qui ab illo familiae quasi auctore descenderint, patrem habuisse Alcmaeonidarum ex gente ab altera quidem parte prognatum, matrem vero ex illa Hipponici domo. Quae valde incertae conjecturae sunt. Mihi non dubi-

tandum videtur quin recte judicaverit Buttmannus, qui non opus erat ut excusationem errori peteret a forma orationis hujus minus perfecta, quum aliis quoque in orationibus interdum memoria lapsus sit Demosthenes. de quo diximus ad p. 186, 6. 688, 25.

561. 23. *θέμενος τὰ ὅπλα*] Citat Harpocr. s. v. *θέμενος*. REISK.

561, 28. *λέγειν—δεινότατος*] Plut. V. Alcib. c. 10. *καὶ ὅτι μὲν δυνατὸς ἦν εἰπεῖν οἵ τε κωμικοὶ μαρτυροῦσι καὶ τῶν ῥητόρων ὁ δυνατώτατος ἐν τῷ κατὰ Μειδίου, λέγων τὸν Ἀλκιβιάδην καὶ δεινότατον εἰπεῖν γενέσθαι πρὸς τοῖς ἄλλοις.*

ὥς φασιν] Intelligendum de certa fama, non de vago rumore. Conf. not. ad v. 3. et Fr. A. Wolfii Prolegomena ad Homer. p. 77. Add. p. 506, 21. 641, 26. SCHAEF. Ruhnk. in Hist. Oratt. Gr. p. 39. ex hac formula *ὥς φασιν* effici putabat scriptas tum temporis non extitisse orationes Alcibiadis. Equidem credo non extitisse: sed illo *ὥς φασιν* hoc significari non credo. Ad vulgus enim loquitur Demosthenes, quod famae confidit, scripta non curat. Et vide Merianum Wolfiumque in hujus Prol. ad Hom. p. 77. not. idem de verbo *φασί* docentes, quod modo ad p. 561, 3. cognovimus de illo *λέγεται*. BUTTM.

562, 4. *Δεκέλειαν*] V. Cornel. in Alcib. 4. Thucyd. 7, 18—20. BUTTM.

562, 8. *ἡλίκον*] Subaud. *ὑβρίσας*. SCHAEF.

Ταυρέαν ἐπάταξε κ. τ. λ.] Citat h. l. Harpocrat. v. *Ταυρέας* et *ἐπὶ κόρρης*. REISK. V. Plutarchus V. Alcib. c. 16. SCHAEF.

562, 13. *Ἀγάθαρχον*] V. Harpocr. s. h. v. et Plut. l. c.

πλημμελοῦντα] Quale fuerit hoc peccatum subjicit Ulp. *ἐφωράθη συνὼν τῇ παλλακίδι τοῦ Ἀλκιβιάδου.*—In proximis *ὅπερ* cave cum Augero referas ad *πλημμέλημα Ἀγαθάρχου*. sed intellige ipsius Alcibiadis facinus. Hoc levius esse ait Demosthenes quam quod exprobretur ei. SP.

562, 15. *ἅπαντα μὲν, οἶμαι, τἀσεβήματα κ. τ. λ.*] Concludit sic: Etiamsi concederem piaculum Midiae minus esse Alcibiadeo, tamen eadem ille poena esset afficiendus, qua fuit Alcibiades affectus, exsilio puta, quia scelera, quibus majestas deorum violatur, omnia pari poena digna habentur. Verum nec minus est. Qui enim minus ille peccare queat, qui totam vestem sacram corrumpat, quam qui signum aliquod parte quadam mutilet? REISK.

562, 18. *ἀντιθῶμεν*] Comparatio est, non Midiae cum ceteris Atheniensibus, sed Midiae cum Alcibiade. Orator hoc dicit: Vidimus quis Alcibiades fuerit quosque vexaverit. Nunc e contrario videamus quis Midias sit quosque se jactans proterve tractet. SCHAEF.

562, 20. Intersertum comma *πρὸς τῷ μὴ καλὸν* e proximis sic exple: *πρὸς τῷ μὴ καλὸν εἶναι νομίζειν.* SCHAEF.

562, 23. *καὶ μηδένα μηδαμόθεν*] *Ab omni parte nullum*, id est, *vilissimum hominem*, qui est *infra omnes infimos homines*, ut Comicus servulus loquitur. WOLF. Eodem modo Reiskius

Ind. Graecitat. Mihi videntur natales Midiae respici: ut haec opponantur illis, τοιούτων ἀνδρῶν οὖσιν ἀπογόνοις. Conf. Sophocl. Ajac. 1231. μηδένα μηδαμόθεν in vetante enuntiatione maluit orator quam, quod idem significat, οὐδένα οὐδαμόθεν: hae enim locutiones sola negativae forma, non item significatione inter se differunt. SCHAEF.

563, 2. τὰς τούτου] Articulus, quem non debebat delere Reiskius, non sine vi repetitur. *Quis vestrum ignorat arcanum illum partum, quales partus tragoediae decantant, hujus, inquam, partum?* Compares Eupolideum a Longino 16. 3. servatum: Οὐ γὰρ μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην—. SCHAEF.

563, 6. πασῶν ἦν ἀνοητοτάτη γυναικῶν] Scripsit πασῶν γυναικῶν, non πάντων ἀνθρώπων, ut v. 5., quia τὸ ὑποβάλλεσθαι est res muliebris. SCHAEF.

563, 11. ἡ νόμοις—δοκεῖ] Contrarium obtinet inter barbaros, a quibus Midias traxit originem. SCHAEF.

563, 13. βάρβαρον] Male Reiskius in indice vocem βάρβαρον objectum facit; quo pacto verbum quidem ἕλκει non male succedit: sed alterum βιάζεται perversa plane ratione vertitur ab illo ita "(Midias naturam suam) cum violentia et impetu *erumpere cogit*." Immo et verborum et sensuum naturalis ordo vincit traduci hic Midiam, ut qui sicut animal et *trahatur* et *cogatur* ab impetu ferocis et barbarae indolis suae, quae hac ratione φανερὸν ποιεῖ αὐτὸν—χρώμενον. Cf. etiam infra p. 585, ubi ἕλκειν memoratur inter contumelias. BUTTM.

563, 14. Potest παροῦσι pro neutro haberi, ut subaudiatur πράγμασιν, et tunc erunt τὰ παρόντα πράγματα civitas Atheniensis, quam nactus est Midias non sibi debitam. Potest tamen etiam pro masculino, ut referatur ad νόμοις ita: Legibus utitur praesentibus, h. e. nostris, tanquam sibi non scriptis, h. e. violat leges. Ad sustentandam tamen priorem rationem facit locus Thuc. 1, 132., ubi Pausanias dicitur suspectus fuisse μὴ ἴσον βούλεσθαι τοῖς παροῦσι. Sunt autem τὰ παρόντα haec leges maxime; ut sensum modo indicatum servet illud χρώμενον. SP.

563, 17. ὄντων—ὧν βεβίωται] Attractio vitiosa: nam accusativum duntaxat, non nominativum attrahit casus praecedens, ut monet Buttmannus. Scribendum igitur ex aliis libris ὄντων ἃ—βεβίωται.

563, 21. ἐπειδή με μὴ πείθοιεν] Optativus indicat familiares Midiae Demosthenem identidem compellavisse de lite abjicienda. Quae item caussa est positae negativae μή. Semel si ille compellatus fuisset, scriptum legeremus ἐπειδή μ' οὐκ ἔπειθον. SCHAEF.

563, 24. κατεψήφισται] Nimirum in προβολῇ. Hoc igitur ajunt: Satisfactum tibi jam est: ut nihil restet nisi ipsa poena illi imponenda. At vero hanc, ne dubita, effugiet ille etc. BUTTM.

563, 28. καταγελάσῃ] Ne durior hic videatur omissio prono-

minis σοῦ, monemus haud raro etiam absolute poni hoc verbum. h. e. ita ut derisionis vis maneat quidem, non autem contra certam personam dirigatur, sed ad rem et eventum potius; quanquam semper sint etiam personae ad quas irrisio illa potissimum, vel solummodo etiam, spectet. Sic ap. Luc. in Demosth. Enc. 48. *τότε δὴ τότε πρὸς βίαν αὐτὸν* (Demosthenem) *ἀποσπᾶν διενοούμην. ὁ δ' ὡς ᾔσθετο δῆλος ἦν καταγελῶν.* Hic proxime quidem ad Archiam centurionem, qui haec narrat, referri verbum potest: sed multo sublimior erat ille Demosthenis risus, qui ad Antipatrum regem, omnemque mortalem potentiam spectabat. Xenoph. Anab. 2, 4, 4. (2.) *ὡς ἡμεῖς τοσοίδε ὄντες ἐνικῶμεν τὴν βασιλέως δύναμιν ἐπὶ ταῖς θύραις αὐτοῦ, καὶ καταγελάσαντες ἀπήλθομεν.* BUTTM.

563, 28. *ἐγὼ—καταγιγνώσκω*] Citant Anecd. Bekk. p. 150, 16. SCHAEF.

564, 16. *πρὸς ἐμαυτὸν κρίνων*] Divitem cum homine parvarum facultatum. BUTTM.

564, 20. *κἀγὼ μὲν—ἐπληρούμεθ' αὐτοί*] V. Parreidt. Proleg. ad orat. *περὶ συμμοριῶν* p. 38 seqq.

564, 21. *εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθών*] Duobus fere annis post. De adverbio *εὐθὺς* latiore significatione usurpato conf. ad p. 868, 4.

564, 28. *μισθοῦσι τὰς τριηραρχίας*] Ulpianus: *Ἔστι σόφισμα τὸ ῥηθέν. φησὶ γὰρ ὅτι, παρὰ τῶν χιλίων καὶ διακοσίων εἰσπραττόμενοι τάλαντον, ταλάντου μισθοῦσι τὴν τριηραρχίαν, ὡς μιᾶς τριήρους παρὰ τῶν τοσούτων γιγνομένης· οὐκ ἔστι δὲ ἀληθές. χίλιοι γὰρ καὶ διακόσιοι ἦσαν οἱ ταῖς τριηραρχίαις ἀφωρισμένοι. τούτων δὲ λοιπὸν ἢ συνεκκαίδεκα τὴν τριήρη ἐπλήρουν, ἢ σύντρεις, ἢ ὅσοι δήποτε. καταλιπὼν οὖν τὸ λέγειν, ὅτι ναῦν ἑκκαιδέκατος παρέσχε, πάντας τοὺς ἐπὶ τὰς τριηραρχίας ἀφωρισμένους ὠνόμασεν, ὡς πάντων μίαν παρεχόντων.* Lepidum nobis Ulpianus narrat sophisma in re cujus veram rationem omnes norant. Per brevitatem potius, utpote in re notissima, non accurate hanc exponit orator. Verum itaque est hoc, in numero horum 1200 singulas coiisse societates (*συντελείας καὶ συμμορίαις*, non tamen confundendas illas cum *συμμορίαις* census, de quibus mox), 15 vel 16 fere hominum quaeque numero, qui sumptus navis adornandae ferrent. Quod autem addit Ulpianus, *ἢ σύντρεις*, id verum non est; sed tempora confundit ille; et ternos illos quos supra (vid. p. 540, 19.), quanquam falso et ibi, commentus erat, huc etiam transfert. Ab hac sedecim itaque hominum societate talentum cogebat unus fere, societatis praefectus, qui munus trierarchi aut ipse gerebat, aut alii gerendum locabat. Vide de omnibus his uberius exponentes F. A. Wolfium in Proleg. ad Lept. p. 100 sqq. et Boeckhium in Oecon. Athen. 1. p. 79 sqq. BUTTM. V. Parreidt. Proleg. ad orat. *περὶ συμμοριῶν* p. 22.

565, 1. *ὥστ' αὐτῶν—περίεστιν*] Nempe qui, quantum *οἱ συντελεῖς* ad triremem contribuerunt, tantum nec plus dat conductori trierarchiae, cujus onus sibi ipsi incumbit, praeterquam

quod de suo nullos facit sumtus, qui publice prosint, in cumulum lucratur et honorem susceptae trierarchiae et immunitatem ceterorum munerum per tempus trierarchicum. SCHAEF.

565, 7. πλέον] De majori sumptu in hoc munus faciendo vid. itidem F. A. Wolfii Proleg. ad Lept. p. 93. BUTTM.

565, 9. ἐξ ἀντιδόσεως] Cogebatur edere hoc munus, aut quia permutatione acceperat bona ejus, quem tragoediae muneri parem ipse designaverat, aut quia designatus ipse ab aliquo cive bona sua vindicare a permutatione non poterat nisi munere edendo. SP.

565, 10. εἱστίακα] Tangit h. l. Harpocratio s. v. ἑστιάτωρ. REISK. Ulpianus: Ἀναγκαίως τοῦ χορηγοῦ τὴν φυλὴν ἑστιῶντος, ὁ Δημοσθένης διελὼν εἶπε, sive, ut paulo ante dicit scholiastes, ἐπιὼν τοῖς κατὰ μέρος, ἵνα λίαν πολλαὶ δόξωσιν αἱ λειτουργίαι. Sed vanus haud dubie hic ut toties alibi scholiastes. Ridicule falsum se coram populo harum rerum, opinor, apprime gnaro praebuisset Demosthenes, si suam choragiam in duas liturgias distribuisset, Midiae ἑστίασιν tacuisset: nam si necessario tribum convivio excipiebat choragus. Midias etiam hoc fecit cum choragus esset; certe si non fecisset, hoc potius illi opprobrasset orator quam duas sibi liturgias affinxisset gloriose. Sed distinguuntur ubique ἡ τοῦ χορηγοῦ et ἡ τοῦ ἑστιάτορος λειτουργία, ut Lept. p. 463, 15. Boeot. 996, 24. Vid. F. A. Wolf. Proleg. ad Lept. p. 92. et Boeckh. Oecon. Ath. 1. p. 498. cui facile credimus spectasse hanc liturgiam ad φυλετικὰ illa δεῖπνα, quorum apud Athenaeum 5. p. 185 c. mentio, quaeque statis diebus ad fovendum inter tribules concordiam fierent. BUTTM.

565, 12. συμμορίας] Viginti classes, συμμορίαι, sexagenorum capitum singulae, pro cujusque censu sumptus ad rem bellicam conferebant pro ceteris civibus. Harum binae ad singulas decem tribus pertinebant. Ejusmodi classis habebat ἡγεμόνα suum, ceteris re familiari praestantem, qui videtur classis suae socios ad sumptus pendendos adegisse et tenuiorum inter eos sustinuisse partes ipse. SP. Vid. F. A. Wolfius l. c. p. 96 seqq. Vid. Boeckh. l. c. 2. p. 51. et p. 59 seqq. BUTTM. V. Parreidtii Prolegomena ad orat. περὶ συμμοριῶν p. 24.

Φορμίωνι etc.] Monet Ulpianus insignes hos divitiis cives fuisse, non tamen aetate Demosthenis viventes, sed priori. Quod mihi tamen non persuadet. Non enim est cur diversos eos dicamus a πολιτευομένοις illis haec nomina gerentibus, quos Demosthenes aliis etiam locis memorat: et Phormio quidem orator fuit, cujus in Leptinea fit mentio. Quanquam ideo nihilo magis noti sunt nobis. Vid. F. A. Wolfium in Proleg. ad Lept. p. 54. BUTTM.

565, 13. Λυσιθείδῃ] Idem memoratur p. 703, 14. 1240 sqq., ab Pseudo-Aristot. Rhet. ad Alex. p. 9. 1. ed. Speng. Fuit orator, discipulus Isocratis, qui ejus mentionem facit de Antid. p. 442. ed. Bekk. ἤρξαντο μὲν οὖν ἐν πρώτοις Εὔνομός μοι καὶ Λυσιθείδης

καὶ Κάλλιππος πλησιάζειν. ἀδελφιδοῦς Θρασυβούλου dicitur ap. Plut. Mor. p. 575 F.

565, 17. δοκιμασθέντα] H. e. εἰς τοὺς ἄνδρας ἐγγραφέντα. Examen enim subibant adolescentes, quo genere nati essent, utrum legitime adoptati, antequam in Lexiarchicon inscriberentur eorum nomina, qui erat index virorum, qui jura civium Atheniensium integra haberent et magistratus obire possent. SP.

565, 26. ἄλλοσε] Ulpianus: Ἵνα μὴ δι' εὐσέβειαν, ἀλλὰ διὰ τρυφὴν μᾶλλον γίγνοιτο (i. e. δοκῇ γενέσθαι) ἡ κτῆσις. BUTTM.

565, 27. Σικυῶνος] Ulpianus: Καὶ τοῦτο τρυφῆς ὁμοῦ καὶ τυραννικῆς ἐννοίας τεκμήριον. τρυφῆς μὲν, ὅτι καὶ ζεῦγος καὶ λευκὸν, τυραννικὸν δὲ τὸ ἐκ Σικυῶνος. ἐτυραννεῖτο γὰρ ἡ πόλις ἐκείνη. οἱ δὲ πρῶτοι γενόμενοι τύραννοι ἐν Σικυῶνι λευκοῖς ἡμιόνοις ἐχρήσαντο. οὐκοῦν συνήθειαν οὗτος κτᾶται πρὸς τοὺς τυράννους, ζεύγη παρ' αὐτῶν ὠνούμενος. Regium esse albis equis vehi, multis aliis exemplis astruit H. Junius in Animadv. 1, 12. BUTTM.

565, 28. διὰ τῆς ἀγορᾶς σοβεῖ] Hoc Cicero appellat *per forum volitare*. Fortius tamen Graecum, ubi inest summotus occurrentium. SP.

565, 29. ῥυτὰ καὶ φιάλας] Harpocr. s. v. ῥυτά et Athen. 11. p. 481. REISK.

566, 2. περιουσίας] Cum additum sit τρυφῆς, sensu deteriori videtur dictum, qualis fere est in formula ἐκ περιουσίας. SCHAEF.

566, 5. πολλοὺς καὶ τοὺς τυχόντας] *Multos quemque fors lascivienti objecerit.* SCHAEF.

566, 7. τὴν φιλοτιμίαν] τὴν λαμπρότητα. V. p. 565, 22. Mox v. 10. λαμπρὸς καὶ φιλότιμος. SCHAEF.

566, 10. ἀλλ' ὃς ἂν—] Id est ἀλλὰ δεῖ ὑμᾶς τιμᾶν καὶ θαυμάζειν τοῦτον, ὃς ἂν — e versu 6. REISK. Vereor ut rationem structurae satis perspexerit. ὃς ἂν—ῇ h. l., sensum si spectas, idem est quod εἴ τις—ἐστίν. Notabilis autem haec periodus, quod una complectitur duas diversas constructiones, et communem aliarum etiam linguarum, εἴ τις οἰκοδομεῖ—, et propriam Graecae linguae, ὃς ἂν—ῇ. ἡ δ' αἰκία τοῦτ' ἔστιν, ὃς ἂν ἄρξῃ πρότερος χειρῶν ἀδίκων p. 1151, 13. τὸ γὰρ συνοικεῖν τοῦτ' ἔστιν, ὃς ἂν παιδοποιῆται—p. 1386, 16. De hoc idiomate dixi ad Panyas. I. 1. SCHAEF.

ὧν—ὧν] Adverte relativi iterationem post tantulum spatium. SCHAEF.

566, 17. οὐδενὸς—συγχωρητέον] Eadem constructio p. 562, 1.

οὐδενὸς—πράγματος οὐδ' ἔργου] πρᾶγμα et ἔργον ut ἰσοδυναμοῦντα ponuntur, idque, quod notandum, in enuntiatione negativa. Videlicet hic etiam synonyma conjunguntur, non disjunguntur: disjungi enim posse synonyma particulis negativis jure mihi videor negasse ad p. 461, 25. οὐδὲ δέδοικα οὐδὲ φοβοῦμαι τὸν μέλλοντα ἀγῶνα p. 579, 6., ut locus scribendus. οὐδαμοῦ—τῶν συνηδομένων οὐδὲ τῶν συγχαιρόντων ἐξητάσθη ibid. v. 18. Nemo Graecorum scripturus erat neque οὔτε δέδοικα οὔτε φοβοῦμαι, neque οὔτε τῶν συνηδομένων οὔτε τῶν συγχαιρόντων. SCHAEF.

566, 23. εἰς Εὔβοιαν] Ad expeditionem Euboicam. Eodem modo intellige εἰς Ὄλυνθον v. 25. SCHAEF.

ἐπιδόσεις] Ἐπίδοσις spontanea est largitio: de quo genere et de hoc ipso orationis nostrae loco vellem diligentius exponere vacasset F. A. Wolfio in Proleg. ad Lept. p. 12. *SP.* Vid. Boeckh. Oecon. Athen. 2. p. 108. BUTTM.

566, 24. συντριήραρχος] Est haec ipsa illa Demosthenis trierarchia, de qua p. 539. BUTTM.

566, 28. αὗται] H. e. de quibus nunc agitur. BUTTM.

567, 1. ἐπεδίδου] H. e. largitionem nullam offerebat. BUTTM.

567, 2. Ταμύναις] Idem est bellum quod supra p. 550. memoratur. Vid. et Plut. in Phocione p. 474. a. BUTTM.

567, 17. Πάμφιλον] Trierarchi ex civibus eligi solebant. Singulare igitur est quod Pamphilus, μέτοικος Aegyptius, trierarchi vices gessit. De quo dixit Boeckh. in Proleg. ad inscr. nav. p. 170. Pamphilum eum esse quem civitate donatum esse refert Dinarchus p. 95. 35. Boehneckii conjectura est Quaest. vol. 1. p. 698.

567, 18. κατείληπτο σοφιζόμενος] Sententia haec videtur esse. Midias reformidabat bellum: quo factum ut modis omnibus studeret necessitatem in castris agendi eludere. Veruntamen, tametsi callide rem commentus esset, nihil tamen ei proderat ista versutia, sed potius ea, tanquam decipula quadam, captus tenebatur, hoc est, imponebatur ei inevitabilis necessitas in castra eundi. Videtur Midias praefectus alae equestris fuisse, quae, quod olim aliquando Argurae praesedisset, ex eo postmodum nomen invenit, ut οἱ ἐξ Ἀργούρας ἱππεῖς appellarentur. Fuerant hi equites a Phocione in urbem remissi, ut otio recrearentur: nunc iidem ab eodem imperatore rursus in Euboeam revocabantur, ut vices susciperent alius alae in urbem redeuntis, quo a molestiis castrensibus requiesceret. REISK. Apodosis incipit a verbis τότε ὁ δειλὸς—. Vidit etiam Jurinus. SCHAEF.

567, 20. λιπὼν τὴν τάξιν ταύτην] Observa, oratorem hic et p. 568. hac formula uti, ut, ad superiora illa p. 548, 550. respiciens hanc Midiae, si diis placet, φιλοτιμίαν εἰς λιποταξίαν (Ulpiani sunt verba) καταστήσῃ, καὶ ὅπερ αὐτὸς ἐνεκαλεῖτο παρὰ Εὐκτήμονος, τοῦτο διαβάλλῃ τὸν Μειδίαν. BUTTM.

567, 24. Νικήρατος—ὁ τοῦ Νικίου] Nicias Nicerati filius, clarus Atheniensium imperator filium reliquerat avo cognominem, satis et ipsum notum ex Lysiae et Xenophontis libris, quique periit sub triginta tyrannis. Hunc cum a Demosthene indicatum hic putarint viri docti, Taylorus ad Lys. de Aristoph. bonis p. 648. ed. Reisk., et Reiskius ipse in Ind. Demosth., apparet haec exempla ex superiorum temporum historia desumpta illis visa esse. At quis credat Demosthenem, ut Midiae pudorem incutiat, homines excitare qui ante hos quinquaginta annos naves reip. a se oblatas ipsi conscenderint? Immo omnis et rerum et verborum nexus demonstrat non ejusdem temporis tantum, sed ejusdem etiam de quo hic agitur expeditionis trierarchos hic

nominari. Et mire profecto claritate illorum nominum offuscati erant oculi eorum, qui ne inde quidem hoc agnoscerent, quod duo et tribus his nominibus, Niceratus et Euctemon, deinceps etiam inter quinque trierarchos leguntur, qui harum ipsarum rerum testes sunt Demostheni, quique a pago ibi, hic autem a patre quisque cognominantur. Jam cum apud Lysiam (l. l. et adv. Poliuch. p. 604, 605.) legamus, illum ex oligarchiae temporibus Niceratum filium et ipsum reliquisse, cumque inter illud tempus et has Demosthenis cum Midia lites 48 circiter anni intercesserint, nihil impedit quo minus hujus iterum filius nunc intra 20 et 40 annos natus, et sive παῖς sive ἄπαις dictus trierarchus fuerit. Vide Boeckhium Oecon. Ath. 2. p. 14. qui tamen, quod ibi conjecerat, Niciam hunc juniorem, Nicerati Demosthenei patrem, eundem esse pro quo scripta est Isocratis oratio contra Euthynum, neque diversum a decoctore illo Nicia, de quo Athenaeus 12. p. 537. et Aelian. V. H. 4, 23., illud nunc ipse deserit. Nam primum filius ille Nicerati Lysiani sub 30 viris infans fuit, ut diserte scriptum est in or. c. Poliuch. p. 604. quod non cadit in Niciam Isocrateum, qui sub iisdem tyrannis in rep. versabatur (Isocr. l. c. 3.). Deinde quod decoctor ille Nicias a pago dicitur *Pergasensis*, Niceratus autem noster trierarchus mox in testimonio *Acherdusius*, illud si cetera quidem satis certa essent, non obstaret fortasse: nunc filium in alienum pagum migrasse, sine indiciis affirmare periculosum videtur. Neque necessarium. Nam multi olim fuerunt Niciae, quod vel ex solo Reiskii indice historico discas. Dixerim potius, cum de nobili Niciarum Niceratorumque familia satis notum fuerit, Acherdusios fuisse, hinc esse quod decoctor ille diserte apud Athenaeum dicatur Pergasensis. Conf. praeterea Palmerii nota ad Aristoph. Eccl. 428. (Exercitt. p. 728.), cujus conjecturae, imberbem illum Niciam, comico memoratum, Nicerati secundi filium, hujus nostri patrem esse, omnia favent. BUTTM.

567, 24. ἀγαπητὸς] Sic dicitur hic ex agnomine profecto, quod ei haeserat, non e solius Demosthenis sententia. Scholium ad hanc vocem diverse hic scribitur, ὅμοιος τῷ πατρὶ et μόνος τῷ π. Sed posterius solum verum: de quo vocis ἀγαπητὸς sensu vid. Hesych. Suid. et Pollux 3, 19. Fons autem hujus usus est ap. Hom. Od. β, 365. μοῦνος ἐὼν ἀγαπητός. Cf. Il. ζ, 401. Aristot. Rhet. 1, 7, 41. Plat. Alcib. 1. p. 132 a. SP. In verbis proximis notetur senarius iambicus ὁ παντάπασιν ἀσθενὴς τῷ σώματι.

567, 26. Εὐθύδημος ὁ τοῦ Στρατοκλέους] Est pater Stratoclis oratoris, de quo v. ad p. 980, 21.

568, 1. ἐπίδοσιν] Bekkerus: "Nescio an rectius abesset: displicet enim ἐπίδοσις πλέουσα." Si locus corruptus est, malim abesse πλέουσαν. Sed corruptum vix habeam. τὴν ἐπίδοσιν i. q. τὴν ἐπιδοθεῖσαν τριήρη: πλέουσαν autem videtur opponi τῇ πεζῇ στρατείᾳ, quod latet in verbis οὗ—ἐνταῦθα. Orator enim dicit tres illos et triremes civitati donasse et a Phocione vocatos dicto audientes fuisse. SCHAEF. Ego Bekkerum secutus sum.

568, 1. οὗ δ' ὁ νόμος προσέταττεν] Hoc est, in ipsa cujusque navi. Vide mox v. 14. BUTTM.

568. 3. ἵππαρχος] Duo equitum praefecti erant apud Athenienses (ἵππαρχοι), quorum alter tunc erat Midias; decem autem duces peditum (στρατηγοί). *SP.*

568, 7. τελωνίαν] Sententia est: Navem, quam reip. dedit, habuit pro pecunia, qua publicanus aliquis aliquod vectigal redimit; qua pecunia soluta jus accipit censum aliquem statutum ab invehentibus e. c. merces quasdam aut exportantibus exigendi. Sic Midias existimabat post navem a se reip. donatam immunem jam se a legibus esse et licere sibi ita grassari in quemque, ut publicani solent in obvios quosque, vel licere sibi ex illa navi quaestum facere ingentem, ut publicani triplam vel decuplam rursus exigunt a civibus eam pecuniam, qua vectigal redemerunt. REISK.

πεντηκοστὴν] Citat h. l. Harpocrat. s. v. Πεντηκοστή. REISK.

568, 12. ἱππικῆς τινα πεντηκοστὴν] Censum, ut ita dicam, aliquem, quo solvendo redimeret otium vel vacationem militiae equestris. Nam ut, qui quinquagesimam dependunt, eo licentiam consequuntur eo, quod important, seu quicquid id est, cujus caussa quinquagesimam dependunt, utendi fruendi libere, sic Midias sibi persuadebat danda navi, veluti quadam quinquagesima, se vacationem a militia equestri impetravisse. Aut appellat sic tribunatus equestris novum quendam reditum, quia cum navi sua, qua ipse vehebatur, tametsi ea militiae esset consecrata, mercaturam velut exercebat et ligna convectabat, quibus uteretur domi, quamquam ipsi, ut praefecto alae equestris, militia esset fungendum pedestri neque liceret trierarchum agere. REISK. Similitudo videtur haec esse. Sicut minuto vectigali redimitur quasi a civitate usus magnorum honorum et mercium pretiosarum, sic Midias hac trierarchia levibus sumptibus et nullo periculo peracta, libertatem sibi redemit feriandi a molesta praesertim equestri militia. *SP.*

568. 15. ἀπεπλεῖτε] Alii libri ἐπεπλεῖτε. ἀπεπλεῖτε verum est, et servo. *cum reveheremini, cum rediretis domum cum classe.* ἐπιπλεῖν de hoste potest dici ad urbem cum armis infestis adnavigante: sed ἀποπλεῖ, qui aliunde domum renavigat. V. v. 26. REISK.

568. 16. χάρακας] Citat Harpocrat. v. Χάραξ. REISK.

568. 17. θυρώματα ὡς αὑτὸν] Asseres ad contabulationes domi suae. REISK.

ὡς αὑτὸν] Domum suam. Opponitur εἰς τὰ ἔργα τὰ ἀργύρεια. SCHAEF.

ξύλα] Tigna, sublicas ingentes, quibus uteretur in argentifodinis suis ad effulciendam humum in cuniculis, ne humus perfossa sublabatur. REISK. Item ad excoquenda metalla. SCHAEF.

568, 20. τῷ καταπτύστῳ τούτῳ] Recurrit eadem in sede positum p. 570, 2. SCHAEF.

568, 22. ΜΑΡΤΥΡΕΣ] Hausta haec sunt maxime ex praecedentis paragraphi verbis. Si quod omnino, hoc certe ementitum esse testimonium apparebit, dum acquiescamus in eis, quae omnium librorum auctoritate firmata sunt, nec malae rei ac per se suspectae corrigendo demum aliquam veri speciem comparare studeamus. Ac primos quidem duos trierarchos, obscuros homines et ut totum hoc genus pervulgati nominis, de suo donavit auctor, Cleonem Suniensem et Aristoclem Paeaniensem: quanquam poterat verum dare Hyperidem Collytensem (cf. Plut. vit. dec. orr. p. 849 F.): quartum et quintum, Niceratum atque Euctemonem, habet ex p. 567. Superest tertius Pamphilus et is quidem non addito pagi nomine. Hoc excidisse aut deinceps *Νικηράτου* scribendum esse censuit Reiskius, neutrum recte. Depromptum est enim hoc nomen ex p. 567. Qui Pamphilus quum non esset civis, sed peregrinus, Aegyptius, apparet eum non e pago nominari potuisse. Jam vide levitatem impostoris trierarchum facientis peregrinum hominem, qui ne ante quidem fuit, quum a Midia militiam detrectante imponeretur, nedum ut nunc Midia ipso navem ducente in trierarchorum numero haberi possit. Nihil efficit Buttmannus, quum dicit, hoc non obstitisse quo minus testimonium Pamphilus cum ceteris trierarchis faceret. Nam ut nihil obstiterit, at non ut trierarchus testimonium facere potuit. Accedit aliud. Niceratus ille Niciae filius sine dubio familiae ejusdem fuit, cujus stemma exponit Boeckhius, *Urkunden über das Seewesen des attischen Staates*. p. 246. quaeque plurimum gloriae ac splendoris debebat Niciae, qui bello Siculo imperator fuerat. Hujus igitur pronepos noster fuit Niceratus. Atqui ex eisdem inscriptionibus navalibus (11 b. 3. 14 c. 20 d. 113. 16 a. 171.) apparet, non Acherdunti pago, sed Cydantidis hanc familiam adscriptam fuisse. Quis est igitur, cui fidem faciat quem hic habemus Νικήρατος Ἀχερδούσιος? Neque fecit Boeckhio. Sed is vim verbis facere quam instrumenti tam suspecti fidem prodere maluit. Igitur deleri jussit voc. Νικήρατος quippe ab alia manu ex p. 567. illatum, ut fieret Πάμφιλος Ἀχερδούσιος: in quam sententiam Boehneckius Quaestion. vol. 1. p. 669. et eatenus certe Voemelius quoque concessit, ut vocabulo Νικήρατος cancellos adderet. Nec nego, huic correctioni aliquam veritatis speciem accedere ex eo, quod Pamphilus Acherdusius quidam laudatur ab Aesch. or. 1. p. 15, 28. At haec species quum vi verbis adhibita demum effecta sit, satius videtur in ea quam supra ingressus sum via persistere, ac tutius levitatis accusare auctorem testimonii quam erroris et incuriae librarios ad unum omnes. Hinc valde etiam ut Sphettius suspectus Euctemon, quem Aesionis filium orator appellat p. 567. Scambonides ut trierarchus Ol. 114. laudatur in inscr. naval. 17 a. 121. b. 12. alius Lamptrensis sive Lacciades (pagi enim nihil superest nisi ΛΑ litterae) ibid. b. 53. Sed malim nostrum esse Euctemonem eum quem ut divitem item nominat Demosth. or. 24. p. 701—703. quemque

jam aetate provectiorem tunc fuisse oportet. si verum est quod auguror, eundem fuisse patrem Aesionis, Demosthenis ipsius condiscipuli (Suid. s. v. Δημοσθένης, cf. Plut. Dem. 11. Arist. Rhet. 3, 10, 7). Ceterum in verbis testimonii non admodum offendit illud παντὸς δὲ τοῦ στόλου πλεόντων, sed singulare est sub finem quod legitur συγκατέστησε WESTERM. Hoc quoque testimonium defendit Voemelius Comment. 5. p. 11.

569, 1. τοῦ στόλου πλεόντων] Hoc sane, in quo numerus singularis et pluralis contigui comparent, prae aliis mirum est hujus figurae exemplum; quod tutum tamen esse debebat a Jurini correctione πλέοντος. Vid. Dorv. ad Charit. p. 353. (415.) apud quem inter alia invenias ex Lysiae loco non indicato τὴν βουλὴν —δήσαντας, et ex Luciani Gymnas. 17. εὖ ἴσθι ὡς οὐκ αἰσχυνεῖται ἡ Ἀθηναίων πόλις παρὰ βαρβάρου καὶ ξένου τὰ ξυμφέροντα μανθάνοντες. BUTTM.

569, 3. Μειδίας ὑπολειφθεὶς τοῦ στόλου κ. τ. λ.] Citant Anecd. Bekk. p. 131, 9. usque ad vv. καὶ ἄλλων τινῶν: p. 177, 17. usque ad vv. τὴν ναῦν ξύλων. SCHAEF.

Μειδίας ὑπολειφθεὶς] Μειδίας δ' ἀπολειφθεὶς Anecd. Bekk. loco priori: Μειδίας δὲ ὑπολειφθεὶς posteriori. SCHAEF.

569, 5. ξύλων καὶ χαράκων καὶ βοσκημάτων] Hunc locum allegat Plutarchus in libello An seni gerenda sit respubl. ὅπου γὰρ ὁ Δημοσθένης φησὶν ἀνάξια πάσχειν τὴν Πάραλον, ἱερὰν οὖσαν τριήρη, ξύλα καὶ χάρακας καὶ βοσκήματα τῷ Μειδίᾳ παρακομίζουσαν, ἦ που πολιτικὸς ἀνὴρ κ. τ. λ. Sed fallitur eruditissimus scriptor: non enim haec gesta sunt in Paralo, sed in trireme, quae Midiae erat privata. Fuit quidem Midias Parali quaestor, ut liquebit p. 570. Sed duas historias commiscuit memoria nimium fretus. Quod tamen minime debuit: nam ni haec in Paralo essent gesta, corruit argumentatio Plutarchi et labefacta est omnis vis et gratia istius orationis. Locum vide. TAYLOR.

569, 7. συγκατέστησε] *Simul in portum deduxit*, συγκαθώρμισε, quo verbo utitur Polybius 5, 95, 3. SCHAEF.

569, 21. τούτοις γὰρ] Refertur hoc γὰρ ad subaudiendam sententiam: *merito hos duos exempli caussa nominavi: nam his*—. REISK.

569, 26. τὰς ἄλλας] Praeter statuam illam puta inscriptione insignitam. REISK. Inscriptio fuit columnae, non statuae. τὰς ἄλλας orator, puto, intellexit omnes honores Harmodio et Aristogitoni eorumque posteris habitos, opponens illis donum jure negatum, licentiam quos vellent contumeliose tractandi. SCHAEF.

570, 4. παράλου] Schol. Aristoph. Av. 147. Δύο εἰσὶ νῆες ὑπηρέτιδες παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, ἡ Πάραλος καὶ ἡ Σαλαμινία. ὧν ἡ μὲν Σαλαμινία τοὺς ἐκκαλουμένους εἰς κρίσιν ἦγεν, ἡ δὲ Πάραλος τὰς θεωρίας ἀπῆγεν, τουτέστι τὰ εἰς θυσίαν πεμπόμενα. et ad v. 1204. αὗται ἱεραὶ τριήρεις δημόσιαι ἐπὶ τὰς τῆς πόλεως χρείας πεμπόμεναι καὶ ταχυναυτοῦσαι. Etym. M. p. 699. αὗτοι δὲ ἐπὶ στρατηγοὺς ἐπέμποντο καὶ τοιαύτας τινὰς χρείας. Adde Harpocrationem in v. —Ulpianus: Τούτων τῶν ἱερῶν τριηρῶν αὕτη (l. αὐτὴ) ἡ πόλις

ἐπεμελεῖτο, καὶ χρήματα ἐδίδου τοῖς ταμίαις, ὥστε αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι, καὶ παρέχειν ταχυναυτούσας. καὶ τιμὴ ἦν τὸ τούτων τινὸς ἐπιμεληθῆναι. BUTTM. Errorem Ulpiani, qui hoc dicere videtur, trierarchos sacrarum triremium sumtus non ipsos praestitisse, sed ex aerario publico accepisse, refutavit Boeckh. in Proleg. ad inscr. navales p. 168 sq.

570, 5. ὀχεῖσθαι—οὐ δυνάμενον] Non quod corpore debili esset, sed quia equo carebat. V. p. 571, 2. SCHAEF.

570, 6. ταῖς πομπαῖς] Budaeus ad Pand. fol. 90. v. et ex eo Steph. in Thes. v. ὀχεῖσθαι et πομπὴ, de transvectione per forum, quae solita sit fieri probationis caussa, haec intelligebant. Sed hoc vel solo plurali πομπαῖς refutatur. Sunt pompae quae certis deorum festis et ludorum diebus per urbem fiebant, quarumque splendor in foro maxime spectatum populo dabatur. Cf. Plat. Alc. 2. p. 148 e. BUTTM.

570, 7. ἱεροποιόν] Ulpianus: Τὸν ἐπισκοποῦντα τὰ θύματα, μὴ ἀδόκιμα καὶ πηρά. βοώνην δὲ, τὸν ὠνούμενον βοῦς εἰς τὰς ἑορτάς. De βοώναις v. Boeckh. de Oecon. Athen. vol. 1. p. 232. SCHAEF.

570, 15. ταμιεύσας] Infra v. 22. ταμιεύων. Haec duo si quis putat idem valere, multum fallitur. ταμιεύσας est *factus* ταμίας: ταμιεύων *fungens munere* τοῦ ταμίου. Illi respondet ἵππαρχος χειροτονηθεὶς v. 20.: huic ἱππαρχῶν p. 571, 1. Itaque ταμιεύειν est de classe illorum verborum, quorum aliquot indicavi in H. Stephani Thes. s. v. βασιλεύω in ed. Lond. SCHAEF.

Κυζικηνῶν] Ulpianus: Ἐν τῷ συμμαχικῷ πολέμῳ ἐψηφίσαντο Ἀθηναῖοι ληΐζεσθαι τοὺς θάλατταν πλέοντας, κἂν ἔμποροι ὦσι, τῶν πολεμίων. παρατυχὼν οὖν ἐμπόροις Κυζικηνοῖς, ἀφείλετο αὐτῶν, ὡς πολεμίων, τὰ χρήματα. οἱ δὲ ἐλθόντες εἰς Ἀθήνας ἀπεδείκνυσαν φιλίαν αὐτοῖς ὑπάρχουσαν πρὸς τὴν πόλιν. ὁ δὲ Μειδίας μέχρι τοσούτου ἀντεῖπεν, ἕως ἔπεισε μὴ ἀποδοῦναι αὐτοῖς τὰ χρήματα. οἱ δὲ ἀπελθόντες ἀπέστησαν τὴν ἑαυτῶν πατρίδα.

570, 18. τὰ σύμβολα] Harpocr. Σύμβολα, τὰς συνθήκας, ἃς ἂν ἀλλήλαις αἱ πόλεις θέμεναι τάττωσι τοῖς πολίταις, ὥστε διδόναι καὶ λαμβάνειν τὰ δίκαια. Thom. M. Σύμβολα, πληθυντικῶς μόνον, αἱ περὶ τὰ συμβόλαια τῶν ἐμπόρων δίκαι. Vid. Boeckh. Oecon. Ath. 1. p. 54. Jus mercatorium igitur, quod inter Athenienses et Cyzicenos vigebat turbabat Midias. BUTTM.

τὴν—πόλιν—τῇ πόλει] τὴν πόλιν, urbem nostram, Athenas: τῇ πόλει, incolis Cyzici. REISK. τὴν πόλιν intelligendum de Cyzico, τῇ πόλει de Athenis. Reiskium advertere debuit quod sequitur τὰ χρήματα δ' αὐτὸς ἔχει, non αὐτὸς δ' ἔχει τὰ χρήματα. Conf. etiam scholiastes. SCHAEF.

570, 22. καὶ τῆς μὲν παράλου—ἐποιεῖσθε ὑμεῖς] Citant Anecd. Bekk. p. 175. extr. SCHAEF.

570, 23. ὅτε—ὑμεῖς] V. Boeckhius Oecon. Athen. vol. 2. p. 88. SCHAEF.

εἰς Εὔβοιαν] De hac expeditione cf. Or. de Cherson. p. 108. Diversa illa ab altera propter Plutarchum facta, de qua p. 550. BUTTM.

570, 28. μιᾶς] Malim πλὴν μιᾶς, *praeter unum*: h. e. penultimus cum navi sua veniebat; caeterae naves omnes navem ejus praeveniebant. Multo majus hoc est dedecus quam quod vulgata Midiae exprobrat, quae eum cum navi sua secundum a primo venisse ait. REISK. Audirem, si Midias una cum reliqua classe evectus esset. Hoc vero non fecit. Orator dicit hominem et sero venisse, et cum tandem aliquando veniret, ne privatarum quidem triremium unam, quam e portu solvens comitem haberet, cursu exaequare potuisse. SCHAEF.

571, 1. ἱππαρχῶν τοίνυν] Oppositum est illis p. 570, 22., τῆς μὲν παράλου ταμιεύων. Apparet igitur τοίνυν h. l. transitionem sic indicare, ut vice particulae δὲ fungatur. SCHAEF. Bis in hac paragrapho res gestae Midiae, cum Parali et cum Equitum praefectus esset, juxta ponuntur ita: τῆς μὲν Παράλου—, ἵππαρχος δὲ—: tum καὶ τῆς μὲν Παράλου—: sequi debebat ἱππαρχῶν δὲ—: sed ob longiorem sermonem interjectum, structuram per μὲν et δὲ hic negligit, et per τοίνυν alterum membrum adnectit, quod hic vertendum *jam vero*. Ista autem τί οἴεσθε τἄλλα; ita interpretor: "Quid censetis de ceteris ejus in hoc genere meritis?" nimirum quando reputaritis quod jam dicturus sum. Tum ἀλλὰ est abruptum illud, quod ovanti quasi irrisioni inservit, et cum sequenti negatione Latine efferri potest ita: *At ne—quidem*. BUTTM.

ἵππον, ἵππον] Iteratio vocis magnam vim habet. *equum, quem, ipse* ἱππαρχῶν, *prae ceteris omnibus rebus sibi comparare debuit*. SCHAEF.

571, 3. τὰς πομπὰς] Non memini Graecis usurpari ἡγεῖσθαί τι in accusativo, sed aut τινὸς, aut τινί. Quare aut ταῖς πομπαῖς malim, aut cum Wolfio τῆς πομπῆς. REISK. Me quidem accusativus non offendit. Non multum discrepat quod Thucydides compositum ἐξηγεῖσθαι passim jungit accusativo rei. V. 1, 71. extr. 3, 93. extr. SCHAEF. His exemplis nihil efficitur. Aptius est quo C. F. Hermannus in Progymn. in Aristoph. Equit. 2. p. 19. usus est Dinonis ap. Athen. 14. p. 633 D. ὅτε ἡγήσατο τὴν εἰς Πέρσας ἀποδημίαν ὁ Κῦρος. Sed apud Demosthenem vera fortasse scriptura ἐποιεῖτο est in margine S. annotata, quacum προσόδους καὶ πομπὰς ποιεῖσθαι ap. Platon. Leg. 7. p. 796 C. comparat Buttmannus.

571, 9. ὅσων ἤδη, καταχειροτονήσαντος κ. τ. λ.] Sententia est:—eos omnes commemorare, si quos vos, o judices, condemnassetis, posteaquam populus eos jam antea suo perculisset praejudicio, fraudem ab iis circa ludos esse commissam. REISK.

571, 16. Καρός] Inter duos itaque peregrinos haec lis erat, Boeotum, et Carem; quorum ille tamen videtur fuisse inquilinus Athenis. BUTTM.

572, 1. ἐπὶ τῇ καταχειροτονίᾳ μένων] Ulpianus: Αἰτιασαμένου τοῦ Μενίππου, ὅτι ἄλλας ὑπέστη βλάβας περὶ τὰ φορτία καὶ τὴν ἐμπορίαν, διὰ τὴν κρίσιν Ἀθήνησι κατεχόμενος, προσετάξατε αὐτὸν (Euandrum) καὶ ταύτας ἐκτῖσαι. BUTTM.

572, 6. τοὺς νόμους, τὸν ὅρκον] Exemplum attractionis tironibus diligenter attendendae, de qua v. not. ad p. 462, 18. SCHAEF.

572, 7. ὑμεῖς οἱ δικάζοντες ἀεὶ] *Vos, quibuscunque et quocunque tempore judicare contingat. You who from time to time may happen to sit as judges.* Sic infra p. 585, 24. εἰ θέλοιτε σκοπεῖν καὶ ζητεῖν, ὅτῳ ποτ' εἰσὶν ὑμῶν οἱ ἀεὶ δικάζοντες ἰσχυροὶ καὶ κύριοι τῶν ἐν τῇ πόλει πάντων, ἄν τε διακοσίους, ἄν τε χιλίους, ἄν θ' ὁπόσους ἂν ἡ πόλις καθίσῃ. SEAGER. *Diar. Classic.* 55. p. 55. V. Valckenarius ad Herodot. 2. 98. et var. lect. ad p. 532, 5. Quae omnia si comparaveris, intelliges adverbii aliam alibi sedem esse. SCHAEF.

παρακαταθήκην] V. Phrynichus p. 312. SCHAEF.

572, 10. παρεδρεύοντος ἄρχοντι τῷ υἱεῖ] Citat Etymolog. M. p. 699, 27., ubi male legitur ἄρχοντες. SCHAEF.

572, 13. τοῦ ἄρξαντος] Hoc est qui Archon fuit. Ut autem ἄρχων per excellentiam dicitur de Archonte Eponymo, ita hic etiam ἄρξας. Fuit autem Chariclides archon Olymp. 104, 2. BUTTM.

572, 14. δίκαιον] Male alii libri καὶ δίκαιον. Nam δίκαιον substantivi loco (μέγα δίκαιον) valde usitatum: ut ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων *pro juribus Graecorum* Philipp. 1. p. 40. extr.; τοῦτο τὰ δίκαιον ἔχων *hoc juris titulo, hoc argumento usus* adv. Conon. p. 1266, 2. Quod hujus maxime loci est. BUTTM.

572, 16. εἰ μὴ] Intellige haec tanquam si membra periodi hoc ordine posita essent: Εἰ κατελάμβανον, ἄνθρωπε, θέαν, τίνος—ὁ ἄρχων αὐτὸς, εἰ μὴ—ἐπειθόμην; SCHAEF.

τοῖς κηρύγμασιν] Quibus peregrini vetabantur sedes civium in theatro occupare. REISK.

572, 17. εἶ κύριος] Praeteritum in praesens mutatum, hypothetice: unde jam pendent sequentia: et applicat se mox πείθομαι, figurate ἀσυνδέτως pro εἰ πείθομαι, et hoc pro εἰ ἐπεισάμην. BUTTM.

572, 20. ἐπιβολὴν] ἐπιβολὴν ζημίαν P. Glossa juncta glossemati. V. Anecd. Bekk. p. 254, 24. SCHAEF.

μᾶλλον] Abest a codd. nonnullis. Videtur consulto omissum, quod ante πλὴν positum insolens videretur. Sine caussa. Euripides Heracl. 230. ἅπαντα γὰρ ταῦτ' ἐστὶ κρείσσω, πλὴν ὑπ' Ἀργείοις πεσεῖν. Dialogus Platon. de Lege p. 17. ed. Boeckh. οὐ γὰρ ἔσθ' ὅ τι τούτου ἀσεβέστερόν ἐστιν, οὐδ' ὅ τι χρὴ μᾶλλον εὐλαβεῖσθαι, πλὴν εἰς θεοὺς καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἐξαμαρτάνειν. SCHAEF.

πρὸ τοῦ] Editiones veteres πρὸς τὸ, fictum ignoratione redundantis negationis μή. Nimirum πρὸ hic valet *potius quam*, ut in illo Platonis, Phaedon. p. 99 a. εἰ μὴ δικαιότερον ᾤμην καὶ κάλλιον εἶναι, πρὸ τοῦ φεύγειν τε καὶ ἀποδιδράσκειν. ὑπέχειν τῇ πόλει δίκην ἥντιν' ἂν τάττῃ. Ita hic quoque proprie dicendum erat πολλὰ πεποιήκασιν οἱ νόμοι, πρὸ τοῦ τὸ σῶμα ἕκαστον ὑβρίζεσθαι h. e. "multa instituerunt leges (quae fieri debent) antequam h. e. potius quam corpus cujusvis contumelia afficiatur." Huic autem

sermoni cum insit sensus hic, *ne—afficiatur*, ideo negatio, more Attico, abundanter se insinuavit. BUTTM.

572, 22. ἐχειροτονήσατε ex S. positum pro κατεχειροτονήσατε, ut p. 578, 23. ex eodem χειροτονίαν pro καταχειροτονίαν.

573, 1. τὴν—πρόφασιν] ἡ ἐπὶ τῆς πομπῆς πρόφασις referenda ad lasciviam licentiamque τῶν πομπευόντων. V. mox v. 6. SCHAEF.

573, 3. ἁπάντων—τούτων] Mira sermonis structura, nec tamen ulli eadem dubitationi obnoxia. Dici poterat: ἁπάντων τούτων (τῶν ἀνθρώπων) Μειδίας δεινότερα ἔπραξε: dici ergo potuit etiam ἁπάντων τούτων δεινότερα Μειδίᾳ πέπρακται vel πεπραγμένα ἐστί. Sed articulus τὰ requirebatur, quoniam respiciuntur hic ipsa illa quae superius sunt exposita. Ita natum est, quod omni quidem logices sed nulli rhetorices praecepto adversatur: ἁπάντων τούτων τῶν ἀνθρώπων δεινότερα εἶναί φημι τὰ Μειδίᾳ πεπραγμένα. BUTTM.

573, 4. ὧν εἷλεν ἀποστὰς i. q. ἣν εἷλε δίκην ἀφεῖναι ἀναγκασθείς. V. p. 571, 27. *excidisse pecuniâ sibi adjudicatâ in priori lite.* SCHAEF.

573, 9. ἀλλὰ] Proprius usus hujus conjunctionis, quando, re aliqua missa, ad aliam transitur, quam adverti magis etiam attinet. Sic p. 519, 13 sqq. ὅσα μὲν οὖν—ἢ τἆλλα πάντα, ὅσα τοιαῦτα, ἐάσω.—ἀλλ' ἃ πάντες—, ταῦτ' ἐρῶ. V. not. ad p. 467, 12. Simile illud p. 126, 2. καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν; ἀλλ' ἐν Ὠρεῷ—. Item p. 658, 8. καὶ τί δεῖ Φίλιππον λέγειν ἤ τιν' ἄλλον; ἀλλ' ὁ πατὴρ—. Item p. 660, 11. τί δὲ τἆλλα λέγοι τις ἄν; ἀλλ' ὁ μάλιστα δοκῶν—. Nec dissimile illud p. 733, 25. ὅς, τὰ μὲν ἄλλα ἐῶ, ἀλλὰ τοὺς τῷ γήρᾳ βοηθοὺς λυμαίνῃ. Add. not. ad v. 16. SCHAEF.

573, 10. Ἐτεοβουτάδην] Harpocration: Γένος Ἀθηναίοις, οἷον οἱ ἀληθῶς ἀπὸ Βούτου. ἐτεὸν γὰρ τὸ ἀληθές. ἐκ δὲ τούτων καθίστατο ἡ ἱερεία τῆς Πολιάδος Ἀθηνᾶς. Nimirum Βουτεία nomen *pagi* sive δήμου, cujus δημόται, Βουτάδαι: idem autem nomen verius et antiquius *generis*, Butae posterorum, quod olim pagum illum habitarat. (Cf. not. ad Plat. Alcib. 1. 35.) Hinc factum ut genus hoc nobilissimo sacerdotio insigne, ne cum δημόταις illis confunderetur, Ἐτεοβουταδῶν nomine distingueretur. BUTTM.

573, 12. τινες ὑμῶν] Sic, non ὑμεῖς, dixit, quod poena ipsi immanis omnemque modum excedens videretur. SCHAEF.

573, 13. λῆμμα] Salarium judicum, de quo vid. Boeckh. Oecon. Ath. 1. p. 368 sqq. 384 sqq. BUTTM.

573, 16. ὑμεῖς δ'] Bekkerus: "ἀλλ' ὑμεῖς k. r. ἔτι τοίνυν ὑμεῖς γρ. S." Hoc ἔτι τοίνυν ὑμεῖς adscivit Buttmann., quod vulgata peccet contra leges juncturae. Mihi verum videtur ἀλλ' ὑμεῖς. Est enim hic locus e numero eorum, de quibus v. not. ad v. 9. Scilicet πολλοὺς ἂν ἑτέρους ἔχοιμι λέγειν est i. q. πολλοὺς ἂν ἔχων λέγειν ἑτέρους ἐάσω. SCHAEF.

573, 17. Σμίκρῳ] Male alii libri Σμίκρωνι, librariis proximi nominis Σκίτωνι similitudine deceptis. Illius nominis exempla ex inscriptionibus collecta v. ap. Schoemann. ad Isaeum p. 270.

573, 18. Σκίτωνι] Non erat cur de hoc nomine dubitaret Reiskius. Σκίτων, Democedis servus, memoratur ab Herodoto 3, 130., fullo quidam, ὡς εὐτελὴς ἐπὶ πονηρίᾳ κωμῳδούμενος, ab schol. Aristoph. Eq. 631. Appellativo usus est Pherecrates, de quo Phot. Lex. p. 522, 15. Σκίτων (codex σκιτών, sed accentu ab correctore posito)· ἀσθενής· οὐδενὸς ἄξιος· οὕτω Φερεκράτης.

δόξαντι] Non ignarus eorum quae ad defendendum hunc singularem dici possunt, tamen aegre eum hic fero. Perspicuitas requirit δόξασι. BUTTM.

573, 23. ῥῆμα—ὄνομα] ῥῆμα et ὄνομα sic juncta complectuntur quidquid loquimur. SCHAEF.

573, 26. δεῖγμα] Specimen morum vestrorum, e quo universus animorum vestrorum habitus colligi queat. REISK.

574, 11. ἐγὼ νομίζω πάντας ἀνθρώπους κ. τ. λ.] Conf. p. 547, 8 sqq. Tales eorundem locorum comparationes inprimis iis sunt commendandae, qui inter argumenta, quibus spurias Demostheni orationes vindicarent, etiam hujusmodi repetitiones miro judicio retulerunt. Aliter orator sententias, quae ob suam gravitatem repetendae viderentur, iteravit, aliter simiae oratoris scripta ab illo centonibus suis insuerunt. SCHAEF.

574, 17. οὑτοσί] Midias.

575, 6. διακρούσηται] Scilicet τὸν παρόντα κίνδυνον. REISK. Infra p. 579, 12. ποῦ ληφθήσεται, νῦν ἂν διακρούσηται; SCHAEF.

575, 7. τὸν παρόντα καιρὸν] τὰς νῦν περιστάσεις. SCHAEF.

575, 16. ὑμεῖς—ἕκαστον ὑμῶν] Citant Anecd. Bekk. p. 126, 5. SCHAEF.

575, 17. τούτοις ἀξιοῦντα] διὰ τούτων τῶν νόμων δήπου καὶ τῶν ὅρκων. WOLF. Immo jungenda τούτοις ψηφίσασθαι. Opponitur τούτοις—δοῦναι τὴν ψῆφον v. 15. SCHAEF.

575, 24. φήσει] Scilicet τοὔνομα τοῦτο ὡς ὄνειδος προφέρων ἐμοί, ut legitur infra p. 576, 13. SCHAEF.

ἐγὼ δ', εἰ μὲν—οὐκ ἂν εἴην οὗτος ἐγώ] Citat Photius s. v. ῥήτωρ non sine multa scripturae diversitate. SCHAEF.

576, 15. τάχα τοίνυν ἴσως κ. τ. λ.] Citat h. l. Aristides T. p. 258. et 260. ad hunc modum: τάχα τοίνυν καὶ τοιαῦτα ἐρεῖ, ὡς ἐσκεμμένα πάντα λέγω νῦν ἐγώ. ἐγὼ δέ γ' ἐσκέφθαι —. REISK.

576, 16. ἐγὼ δ'—ἐρεῖν ἔμελλον] Citat Pseudo-Plut. de educ. puer. p. 6 D.

576, 18. καὶ μεμελετηκέναι γ'] Plus est μελετᾶν quam σκέπτεσθαι. Ideo additum γ'. V. not. ad Porsoni Phoen. p. 52. ed. tert. Lips. Eadem gradatio mox v. 23. in his: οὐχ ὁ ἐσκεμμένος οὐδ' ὁ μεριμνήσας. SCHAEF.

577, 3. ἐρεῖν] Sententia est: Nullus dubito, eum, quae tunc dixisset, eadem nunc quoque nil verecundaturum esse dicere, scilic. concionem illam, quae praejudicium contra se tulisset, constitisse solummodo e faece plebis, ex illis, qui, cum debuissent in castra exire, domi mansissent, aut praesidia vacua reliquissent, in quibus patriae praesidere debuissent: quapropter illi prae-

judicio concionis tam abjectae et flagitiosae nullam esse auctoritatem. REISK.

577, 3. ὡς ὅσοι, δέον ἐξιέναι, κατέμενον] Citant Anecd. Bekk. p. 132, 30. SCHAEF.

577, 7. ὡς ἴσασιν ὅσοι παρῆσαν] Sigmatismum dicas Demosthenicum. SCHAEF.

577, 8. βλέπων] Ante h. v. deesse videtur ὀξὺ vel δριμύ. REISK. Mihi non videtur. Solo intuitu Midias metum se populo injecturum esse sperabat. SCHAEF.

577, 22. μεγάλην μέντ' ἂν—εἴης ἂν εὑρηκὼς] Vocabulis transpositis, rectius nonnihil meo quidem judicio leges: μεγάλην μέντ' ἂν τέχνην, μᾶλλον δὲ ἀρχὴν εἴης ἂν εὑρηκὼς, εἰ—. Prius istud ἂν dissimulant Lindenbr. et Ital. Quibus tamen parum moveor. Istius enim idiomatis satis amplam messem congessit Barnesius in Indice ad Euripidem, homo in istiusmodi crisi satis exercitatus eique muneri non admodum impar. TAYLOR. Taylorus vocabula duo ἀρχὴν et τέχνην transponi vult, non sine quadam veri specie. Quod si tamen diligentius rem pensites, vetustum reperies ordinem haud movendum. Proverbiali locutione dicebatur ille, qui magnum et spissum insperatumque bonum reperisset, μεγάλην ἀρχὴν εὑρηκέναι, imperium ingens, h. e. provinciam opimam, magistratum cum amplissima et quaestuosissima potestate reperisse. Quo proverbio Demosthenes cum utitur, tum statim ipse sentit rei praesenti haud satis id convenire. Quare ipse semet reprehendit quasi et revocat hunc ad modum: *magnum reperisses imperium, imo vero magnam quandam artem*; quod enim tu efficeres, si posses, hoc minus vi et imperio et potestate est impetrabile, quam arte, ingenio, calliditate. REISK. Add. not. ad ἐξαπατᾷς v. 25. SCHAEF.

577, 23. εἰ δύο τἀναντιώτατα κ. τ. λ.] Sententia est: si in illa tuorum importunitate morum, qua invidiam et odia omnium tibi consciscis, hoc consequi possis imposturis et praestigiis tuis, ut tamen tibi judices ignoscant: quae duae res, odium et commiseratio, inter se natura quam maxime pugnant. REISK.

577, 25. ἐξαπατᾷς] Etiam ex hoc verbo patet oratorem v. 22. primo loco ἀρχὴν, posteriore τέχνην posuisse, quia vis et imperium cogit, ars machinis et fraudibus rem gerit. REISK. Egregium ἀπροσδόκητον (*inopinatum*, cf. Quint. 9, 2, 23. et 6, 3, 84.), cum expectes ἐφ' οἷς ὀδύρῃ: pro quibus, quia mera fraus est haec lamentatio, statim subjicit ἐφ' οἷς ἐξαπατᾷς. SP.

578, 3. εἰς Ὄλυνθον] De expeditione hac Olynthiaca v. quae C. F. Hermannus disputavit in commentatione quam annotationibus ad hanc orationem praefiximus. "Utut autem historica hujus loci ratio expediatur, illud ex ratione grammatica et rhetorica manifestum est, respici hic eosdem equites de quibus supra p. 558. relatum erat, Midiam illos, qui secum militatum abiissent Arguram, e Chalcide reducem accusasse, probrumque reipublicae appellasse. Cum quo ejus sermone jam illud com-

ponit orator, quod dicturum esse eundem affirmat, concionem illam quae se, tempore choragiae, in comitiis damnasset veram populi concionem non fuisse, sed, populo in bellum profecto, signorum desertores, peregrinos, saltatores. Haec autem in majorem invidiam ita proponuntur: "Midias apud quoscunque fuerit, illos apud ceteros calumniabitur. Exierat militatum cum parte populi: reversus, cum illi Olynthum transissent, accusavit eosdem apud eos qui tum remanserant (h. e. in comitiis Athenis). Mox exercitu in aliam expeditionem (ad Tamynas) profecto ipse remansit (et illa circa choragiam patravit; vid. p. 567.) Jam igitur concionem eorum qui secum remanserant (quique tunc eum condemnaverant) calumniabitur apud eos qui tum exierant (πρὸς τοὺς ἐξεληλυθότας)." Nam cum apud integrum nunc populum superiorem illam concionem ut mutilam et quasi subditiciam calumniatur, revera illos qui tum secum remanserant, apud eos qui tum exierant accusat." BUTTM.

578, 12. Δία—Ἀπόλλω—Ἀθηνᾶν] Eandem deorum conjunctionem habet Homerus, ut Il. β, 371. Αἲ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον. Qua de re egi in Diatribe ad Hor. 1. Od. 12. inserta Biesteri libello menstruo, 1806. Febr. p. 129. BUTTM. Similiter Aristoph. Eq. 741. εὖ γε νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Δήμητρα.

578, 13. εἴτ' ἄμεινον, εἴτε μὴ] Contemtum, opinor, familiarium Midiae significat: tam viles esse homines, vix ut operae sit commemorare quid illi de coryphaei sui magniloquentia senserint. SCHAEF. Ulpianus: Μέλλων ἀπορρήτους λόγους ἐξηγεῖσθαι, διστάζειν προσποιεῖται.

578, 15. ἐλογοποίει] Ulpianus: Ἐψεύδετο θρυλλῶν καὶ λογοποιούμενος· Ἐσπείσατό μοι Δημοσθένης, ἀπηλλάγην τῆς ἔχθρας, λέλυταί μοι τῶν ἐγκλημάτων ὁ κίνδυνος. Cum Reiskius in Indice verbum ἀπήλλαγμαι, ad Demosthenem relatum, explicasset de eo qui in gratiam redierit; quo sensu alias non hoc, sed διαλλάττεσθαι usurpatur; Spaldingus scholium istud et Budaeum (in Commentariis Gr. L.) secutus ad Midiam illud trahebat ita, ut particula ὡς, sicut frequentius ὅτι, ipsum loquentis sermonem introduceret: quod tamen in unico verbo, et pendente illo quidem, non a λέγειν vel εἰπεῖν, sed a λογοποιεῖν, admittere non possum. Atqui ἀπαλλαγῆναι in hac ipsa oratione et de hac ipsa re supra aderat p. 563. de eo qui *caussa desistit*: παραινοῦντες ἀπαλλαγῆναι καὶ καθυφεῖναι τὸν ἀγῶνα τουτονί. Hoc igitur est etiam ἀπηλλάχθαι de re perfecta: neque audiendus Ulpianus. BUTTM.

578, 23. τίς γάρ—Μειδίας] Citant Anecd. Bekk. p. 160, 18. SCHAEF.

578, 24. καταχειροτονηθὲν αὐτοῦ] Vulgata lectio erat καταχειροτονηθέντος αὐτοῦ; neque dubitari licet quin ὅτι καταχειροτονεῖταί τις aeque bene dici possit ac καταψηφίζεται, καταμαρτυρεῖται et similia. Sed illud incommodum erat, quod caussa non apparebat cur genitivos solutos ipsi ejusdem personae nominativo

ὅστις proxime subjunxerit orator. Quare cum Aug. offerret καταχειροτονηθὲν, tam exquisitam formam, cujus altera illa videretur esse mala correctio, recte praetulit Reiskius. Dictum autem καταχειροτονηθὲν αὐτοῦ sicut προσταχθὲν αὐτῷ et sim. BUTTM.

578, 27. κατέδυ] ᾐσχύνθη. V. Anecd. Bekk. p. 151, 22. SCHAEF.

578, 28. οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν] Repete κατέδυ—. SCHAEF.

579, 1. ἀλλ' οὐ Μειδίας· ἀλλ'—ἡ πόλις αὐτὸν οὐ χωρεῖ] Hoc comma laudat Plutarchus Mor. p. 1010 D. ubi expendit vim orationis, ἐξαιρεθέντων τῶν συνδέσμων. TAYLOR.

Μειδίας—χωρεῖ] Citat Aristid. Τέχν. p. 190., verba Πλουτάρχου προξενεῖ, quae omittit Aristides, citantur in Anecd. Bekk. p. 163, 21.

579. 6. οὐδὲ δέδοικα] Jure Buttmannus delevit distinctionem post δέδοικα: nam δέδοικα et φοβοῦμαι synonyma sunt, quae particula οὐδὲ recte copulat. V. not. ad p. 566, 17. Supra p. 555, 15. δέει καὶ φόβῳ, ut p. 654, 24. φόβον καὶ δέος. Quod enim inter duo haec nomina discrimen intercedere docet Ammonius p. 39., certe orator non novit: Herodotus grammatico citatus testis an noverit non sine caussa dubites. Quod si quis pertendat φόβος τε καὶ δέος (4, 115.) diversae significationis esse, quia juncta sint non simplici copula καὶ, diligenter mihi consideret quod scripsit Historicus 3, 80. περιεοῦσί τε καὶ ζώουσι. coll. not. ad p. 585, 1. SCHAEF. Differunt φόβος et δέος sensu aliquantum, ut Latinorum *timor* et *metus*, quorum illud ignaviae et imbecillitatis, hoc sollicitudinis et cautionis vim adsciscit: de quibus accurate et subtiliter disputavit Doederlinus in libro synonymorum 2. p. 191—194. WEBER. ad p. 654, 24.

579, 7. δεδιέναι] δεδοικέναι Paris. quintus. REISK. Notabile Demosthenem, qui modo dedisset δέδοικα, nunc maluisse δεδιέναι. SCHAEF.

579, 11. πλούσιος, θρασὺς, κ. τ. λ.] Citat h. l. Aristides T. p. 270. REISK.

579, 15. καὶ ἐν οἷς καιροῖς] Ita explicandum: καὶ τῶν καιρῶν ἐν οἷς ἕκαστα δημηγορεῖ. Non ea tantum *quae* dicat, sed *quibus temporibus* quaeque dicat, opprobrat ei Demosthenes. Quod non potuit brevius et efficacius enuntiari quam illa quamvis aliquantum anacolutha locutione. BUTTM.

580, 2. κατὰ τῶν πολλῶν ὑμῶν] Idem est atque κατὰ τῶν πολλῶν ἐξ ὑμῶν vel τοῦ ὑμετέρου πλήθους, *in multitudinem* seu *plebem vestram*, partem populi vestri contemtiorem atque egentiorem, sed numero superantem. REISK.

580, 5. ἐξαπατῶν καὶ φενακίζων] V. p. 577, 25. SCHAEF.

580, 7. τοιοῦτος γὰρ εἶ] Subaudi: *Non mirum te nunc versari in periculo.* SCHAEF.

580, 10. ἀλλὰ νομίζεις—οὐ παύσεσθαι;] Citant Anecd. Bekk. p. 122, 27. SCHAEF.

580, 12. *Καὶ βοηθοῦσιν*] Transitus paulo abruptior et intemperantior ad illum locum, quo jam aget cum advocatis Midiae. Visus mihi hoc sum in Graecis oratoribus observasse, paulo insolentius et minus probabile vetustamque simplicitatem an eruditatem referens, ut ab aliis argumentis ad alia, non pedetentim et commode, non via, sed saltu eoque saepe praecipiti transferantur. REISK. Saltum h. l. esse eumque praecipitem non dicam. Nexus enim sententiarum fere hic est: Atque sic de Midia judicant omnes, ne exceptis quidem ejus advocatis, qui nunc opitulantur ei non tam etc. SCHAEF.

οἱ λέγοντες] Sunt Eubulus ejusque similes et sodales, ut e sequentibus patet. REISK.

580, 14. *οὗτος*] Est Eubulus. REISK. *Εὔβουλος* in cod. uno scriptum inter versus, sed super proxima voce *αὐτῷ*. Apparet esse interpretantis: nam orator satis habebat digitum in hominem intendisse. SCHAEF.

580, 18. *πεπονθὼς κακῶς*] Ulpianus: *Τὴν φήμην λέγει τὴν περὶ τοῦ φόνου. Εὔβουλος γὰρ ἦν ὁ κατηγορῶν τοῦ Ἀριστάρχου, καὶ συναιτιώμενος τὸν Δημοσθένην.* Cf. supra p. 548. itemque Aeschines in Timarch. p. 167 seqq. Meminerint autem tirones ex illo *οὐδὲ* negationem referre ad *ὁμολογῶ*, copulam autem sensu particulae *καίπερ* ad *πεπονθώς*. BUTTM.

581, 6. *ποιῆσαι*] Observa hoc *ποιῆσαι* revera spectare tantum ad posterius membrum, *τὸν δὲ μὴ δοῦναι δίκην*: nam illud, *τὸν μὲν ὑβρίσθαι*, hac certe sua defensione (*συνειπών*), non potuit ille efficere. Sed praemittitur illud nonnisi ad formandam antithesin. Nam dum defensione sua poenam a nocente avertit, dici potest, eum "hanc rerum faciem effecisse, ut sint duo homines, quorum sit alter injuriam passus, alter (nocens) impunitus." BUTTM.

581, 7. *ὡς*] Particulam *ὡς* accuratius rem perpendenti apparebit positam hic esse notissimo usu pro *γάρ*: elliptice tamen, ut *γὰρ* quoque solet. Nimirum caussam reddit orator suspensi illius per *εἰ* sermonis. "Sed si nocere mihi vis, Eubule: si vis, inquam: nam equidem, per deos, nescio quamobrem tu hoc velis: potes id quidem" cet. BUTTM.

581, 12. *ἐκείνως*] Scilicet *λαμβάνων παρ' ἐμοῦ δίκην κατὰ τοὺς νόμους*. REISK.

581, 14. *τοῦτο ποιήσεις*] H. e. *κρινεῖς*. Buttmannus comparavit Herodot. 5, 97, 16. SCHAEF.

581, 15. *Φιλιππίδην—Διότιμον*] Nomina parum nota: nisi quod Diotimus in oratione pro Corona p. 264. 265. memoratur aliquis, qui suis sumptibus scutis armaverit milites, proptereaque corona aurea donatus sit. Is fortasse hic est, additurque hic pagi nomen, ut ab Icariensi distinguatur, qui tangitur ut homo profligatus et infamis oratione in Cononem p. 1267. Quodsi fides habenda esset conjecturae huic nostrae, hinc caussa appareret, quare diceret orator: *οὐδὲν ἂν φλαῦρον περὶ αὐτῶν εἴποιμι. καὶ*

γὰρ ἂν μαινοίμην. Nunc nihil equidem, neque apud Ulpianum, qui deficit in his locis, neque apud recentiores interpretes invenio, quod dirimat quaestionem, serione an ironice dictum sit μαίνεσθαι h. l. SP.

581, 16. ἐξαιτήσεσθαι καὶ λιπαρήσειν] Est i. q. ἐξαιτήσεσθαι καὶ ἐκλιπαρήσειν παρ' ὑμῶν αὐτόν. De quo linguae Graecae idiomate v. Ind. ad Poët. Gnom. p. 361. ἐκλιπαρεῖν τι (τινὰ) παρά τινος eadem dicitur constructione qua ἐξαιτεῖσθαί τι (τινὰ) παρά τινος. SCHAEF.

581, 28. ταχύ γ' ἂν] Nota est formula ironiae ταχύ γε vel ταχὺ γάρ, quae plane respondet Latino *scilicet*, cujusque exemplis apud Devarium et Reusmannum p. 340. ex Aeschine c. Tim. p. 175. et Aristoph. Nub. 647. ubi v. schol. prostantibus jam addatur nostri hic locus et alter ex or. c. Aristog. 1. p. 798, 20. ὃς γὰρ τοῖς τοῦ δήμου θορύβοις μηδεπώποθ' ὑπεῖξε, ταχύ γ' ἂν φροντίσειέ τι τοῦ παρ' ἑνὸς λόγου. Unde patet etiam, interrogandi signo, quod editores aliquot hic appinxerunt, hanc certe formulam carere debere. Quod secus est in formula subjuncta, οὐ γάρ, quam sine interrogatione expresserat Spaldingus. Verum ita totus hic ironiae tenor interruptus erat, qui, uti nunc quidem scribitur hic locus, continuatur usque ad illud ἀλλ' οὐ—, quo introducuntur voces iracundae amicorum Midiae. Scripsi igitur cum Reiskio, οὐ γάρ; qua interrogatione, quoties assertioni cuidam additur, assensus alterius provocatur (e. g. Plat. Gorg. p. 480. a.), quaeque ut nostrum *nicht wahr?* optime ita inservit etiam ironiae. Solet autem medio eam sermoni Demosthenes interserere (vid. Ind. Reisk.), ut in his c. Aristocr. p. 673, 19. καλά γε, οὐ γάρ; ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰ γεγραμμένα. Unde jam patet etiam in nostro loco inter haec χαρίσαιντο, ἢ—προσέχοιεν, parenthetice hoc οὐ γάρ; insertum esse. BUTTM.

582, 2. ὑβρίζειν; ἀναπνεῖν] Subaudi ἐάσομεν, aut ὑπομενοῦμεν, aut δεήσει, aut tale quid. REISK.

ἀναπνεῖν] ἀναπνεῖν differt paulum a ζῆν. ζῇ servus, non ἀναπνεῖ, quod solummodo libero convenit. *libere respirare* est in sermone oratorum *libere loqui quae velis*. REISK. Geminus fere huic est locus apud Livium 4, 3. in egregia Canuleji, tribuni plebis, oratione: "Lucis vobis hujus partem, si liceat, adimant: quod spiratis, quod vocem mittitis, quod formas hominum habetis, indignantur." Quanquam ibi *spiratis* est pro *vivitis*, hic ἀναπνεῖν aliquanto minus quam *spiritus sumere*. Infinitivi autem illi ὑβρίζειν, ἀναπνεῖν sunt ejusdem generis ac notum illud apud Virgilium: *Mene incepto desistere victam!* SP.

582, 4. ἄλλως πως] Subaudi ἢ ὅπως προσδοκῶ παρ' ὑμῶν καὶ ὑμᾶς προσήκει ἔχειν. V. p. 537, 3. Vel etiam ἢ αὐτὸς ὁ Μειδίας ἔχει πρὸς ὑμᾶς. REISK. Omnia haec vera, si sensum spectes. Sed quid opus his interpretandi molimentis? Simpliciter enim inter se opponuntur οὕτω et ἄλλως πως. ἄλλως ἔχειν τινι compares cum illis, χαλεπῶς ἔχειν τινί p. 498. 11., ἀηδῶς ἔχειν τινί p. 500, 16. SCHAEF.

582, 11. ὑμῶν] ὑμῖν Aristides Τέχν. p. 180. REISK.

583, 6. καὶ γὰρ — δεινόν] Citant Anecdot. Bekk. p. 122. SCHAEF.

583, 8. καὶ γὰρ μὴ γεγενῆσθαι] Sensus: Nam rem non accidisse, et. si acciderit. non pertinuisse ad festum. et multa alia ejusdemmodi posses ad te ob sententiam pro Midia latam excusandum caussari. SCHAEF.

583, 14. Νεοπτόλεμος] Est Νεοπτόλεμος Ἀντικλέους Μελιτεύς, memoratus aliquoties in inscr. navali a Boeckhio edita. quem v. p. 245. Memoratur etiam in oratione de cor. p. 264, 25. et a Pseudo-Plutarcho in Vitis decem oratorum, p. 843 F. ἔγραψε δὲ (Lycurgus orator) καὶ Νεοπτόλεμον Ἀντικλέους στεφανῶσαι καὶ εἰκόνα ἀναθεῖναι, ὅτι ἐπηγγείλατο χρυσώσειν τὸν βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν ἀγορᾷ κατὰ τὴν μαντείαν τοῦ θεοῦ. quo confirmatur quod de divitiis ejus hoc loco dicit Demosthenes.

583. 16. μὴ ἀφεῖναι] Midiam puta. *remittere aliquem inimicum* est ei simultatem suam remittere, cum eo in gratiam redire. REISK.

583. 17. Βλεπαίου] Hic est quem nominat Alexis apud Athenaeum 6. p. 241 C. TAYLOR.

583, 18. τοῦτ' ἐκεῖνο est formula qua notum aliquid et identidem recursans indicatur (vid. Heind. ad Plat. Phaedr. 40.). quaeque hic sermoni ita interseritur ut alibi τοὐναντίον et similia. Sic igitur reddenda haec sunt: "quippe credentes me facturum esse, quod tot alii faciunt: pecuniam accepturum." BUTTM.

583, 22. καὶ μετὰ ταῦτα ἀπαντῶντες—λέγοντες] *Etiam postea, quoties mihi obviam essetis facti—dictitantes.* SCHAEF.

583, 26. ἐν ἱερῷ] I. e. in theatro Dionysi. Sic iterum εἰς ἱερόν p. 586, 22. τὸ τοῦ θεοῦ ἱερόν p. 532, 15. Sed ἐν τῷ θεάτρῳ p. 580, 24. Quae comparavit Boeckhius in Comment. p. 65.

584, 12. ἄλλου τινὸς] κέρδους ἢ ἀνανδρίας. Sic de re mala ἄλλο τι passim dicitur. Plutarchus Moral. vol. 1. p. 744. Wytt. ἂν ἄλλο τι γνῶσι περὶ ἡμῶν Ἀθηναῖοι. Interpres: *si quid sinistrum de nobis statuerint Athenienses.* SCHAEF.

584, 13. Ἀριστοφῶν] Rem de Aristophonte ita exponit scholiastes: Οὗτος φορολόγος ὢν κατέσχε παρ' αὑτῷ τὰς δεκάτας τῆς θεοῦ, ἀφ' ὧν ἔδει στεφάνους ποιῆσαι καὶ ἀναθεῖναι τῇ θεᾷ. κατηγορηθεὶς δὲ ὑπὸ Εὐβούλου, φθάσας τὴν εἴσοδον (scil. τῆς δίκης) ἀνέθετο τοὺς στεφάνους. καὶ πέπαυται ἡ προβολή.—Cum nobile sit inter oratores Graecos Aristophontis nomen, quaeri potest. sitne hic, qui memoratur, Aristophon ille Azeniensis, cujus est mentio satis crebra tam apud nostrum oratorem quam apud Aeschinem: an Collytensis, quem in plurimis Demosthenis locis agnoscit Ruhnkenius (Hist. Cr. Oratt. Gr. p. 47.), cum Reiskio in iisdem videatur intelligendus esse Azeniensis: an plane alius utroque. Cf. praeter Ruhnkenium F. A. Wolf. ad Lept. p. 501, 23. SP. Mihi quidem Reiskius in Indice recte alium et plane ignobilem hominem hic agnoscere videtur. quo etiam illud scholiastae ducit:

οὗτος φορολόγος ὤν. BUTTM. Quum ab Eubulo accusatus esse dicatur, Aristophontem autem (Azeniensem) et Eubulum (Anaphlystium) adversarios fuisse ex orat. de corona p. 281, 18. et de f. leg. p. 434, 21. constet, nihil caussae est cur Aristophontem hoc loco memoratum alium quam Azeniensem esse statuamus. V. Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 661. et Arn. Schaefer. in Schneidew. Philol. vol. 1. p. 213.

585, 1. μὴ παρορᾶν—φυλάττεσθαι] Citant Anecd. Bekk. p. 138, 19. SCHAEF.

585, 3. μισεῖ Μειδίας κ. τ. λ.] Citat h. l. Aristides Τέχν. p. 180. REISK.

ἴσως] Non ignoro hujus adverbii usum in re haudquaquam dubitabili: tamen si qui libri ex hoc commate ablatum proximo jungerent, eos equidem perlibenter sequerer. SCHAEF.

585, 6. ἅπερ οὗτος ἐμὲ] E sequente infinitivo ποιῆσαι subaudi ἐποίησεν. V. not. ad Poët. Gnom. p. 223. SCHAEF.

585, 19. Post παθόντα libri nonnulli addunt καὶ ζῆν, de quo Schaeferus. "περιεῖναι καὶ ζῆν non minus recte dicitur quam ζώντων καὶ ὄντων p. 248, 25., ubi alia ejusdemmodi exempla dedit Dindorfius. Sed accommodatissimum Buttmannus Herodoti 3, 80. περιεοῦσί τε καὶ ζώουσι."

585, 26. ἄν τε διακοσίους] Observa incertum judicum numerum. WOLF. πεντασίους rec. k. Librarius voluit πεντακοσίους. Quomodo fuerunt qui hic scribi vellent, dissentiente Schoemanno Dissertat. de sortit. judic. p. 24. SCHAEF.

585, 27. μεθ' ὅπλων] Noli hinc probare armatos judicasse judices Athenienses. Eadem enim ratione e sequentibus contendere possis valentissimos corpore quosque et admodum juvenes ad id munus delectos esse. Hoc dicit orator: auctoritatem vestram positam invenietis non in eo, quod armati aut robusti prae ceteris aut juvenes sitis: nam horum omnium nihil est: sed in legum robore. Ad haec autem εὔροιτ' ἂν supplendum e superioribus ἰσχυροὶ εἶναι. Nam quae sequuntur καὶ μάλιστα ἰσχύειν τοὺς δικάζοντας pendent ab articulo τῷ, ut patet ex opposito ἀλλὰ τῷ τοὺς νόμους ἰσχύειν. Ob hanc vero oppositionem auribus etiam hoc datum est, quod mutata structura subjectum τοὺς δικάζοντας in accusativo casu prolatum est sicut mox τοὺς νόμους. Sed illud mirum, quod statim relabitur orator in nominativum, νεώτατοι: tamen hoc etiam inde arcesso quod eaedem aures aliquam tamen requirebant relationem etiam inter illa εἶναι τεταγμένοι et εἶναι νεώτατοι. Sed fortasse nimius sum in rationibus reddendis earum rerum quae subitus quidam sensus loquenti ministrabat. BUTTM.

586, 6. ἐὰν] Refertur ad τίς: quod notandum. Sic ὅταν refertur ad τί p. 640, 13. 17. ad pronomen demonstrativum p. 676, 13. Conf. quae de enuntiationibus chronicis scripsi ad Porsoni Hecub. p. 13. ed. tert. Lips. SCHAEF.

586, 7. ἀεὶ τῷ δεομένῳ] Poterat scribi τῷ ἀεὶ δεομένῳ, ut p.

585. 25. scriptum est οἱ ἀεὶ δικάζοντες. Sed cave credas hunc ordinem esse perpetuum. V. not. ad p. 572, 7. SCHAEF.

586, 10. ὥσπερ ἂν αὐτῷ τις ἀδικουμένῳ] Subaudi βοηθοίη. SCHAEF.

586, 11. τὰ τῶν νόμων ἀδικήματα] Idem est atque τὰ κατὰ τῶν νόμων ἀδικήματα. *Injuriae legum*, quae in leges committuntur, quibus leges violantur. REISK. Compares οὓς ἐπ' ἀδικίᾳ τῆς πόλεως τιθέασι p. 745, 2. SCHAEF.

586, 22. εἰς ἱερὸν] Vid. ad p. 583, 26.

587, 2. τὴν ὁσίαν καὶ δικαίαν] V. ad p. 414, 4.

XXII.

ADVERSUS ANDROTIONEM.

Oratio quam Diodoro, Euctemonis συνηγόρῳ, adversus Androtionem habendam confecit Demosthenes prima est aetate orationum ejus in caussis publicis habitarum, scripta archonte Callistrato, qui eponymus fuit Olymp. 106, 2., quo tempore Demosthenes annum agebat aetatis sextum et vigesimum: de quo diserto constat testimonio Dionysii Halic. in epist. ad Ammaeum I. c. 4. vol. 6. p. 724. Οὗτος (Demosthenes) ἐγεννήθη μὲν ἐνιαυτῷ πρότερον τῆς ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος· ἄρχοντος δὲ Τιμοκράτους (Olymp. 104, 1.) εἰς ἔτος ἦν ἐμβεβηκὼς ἑπτακαιδέκατον. δημοσίους τε λόγους ἤρξατο γράφειν ἐπὶ Καλλιστράτου ἄρχοντος (Olymp. 106, 2.), εἰκοστὸν καὶ πέμπτον ἔχων ἔτος· καί ἐστιν αὐτοῦ πρῶτος τῶν ἐν δικαστηρίῳ κατασκευασθέντων ἀγώνων ὁ κατὰ Ἀνδροτίωνος, ὃν γέγραφε Διοδώρῳ τῷ κρίνοντι τὸ ψήφισμα παρανόμων etc. ubi de numero viginti quinque annorum, qui redit infra c. 7. p. 732. (εἰκοστὸν καὶ πέμπτον ἔτος ἔχων ἤρξατο πολιτεύεσθαι καὶ δημηγορεῖν καὶ λόγους εἰς δικαστήρια γράφειν), multum est dubitatum a viris doctis, sed frustra, ut videtur, quum non animadvertissent ἔχειν ἔτος Dionysium alio hic sensu dixisse quam ἐμβεβηκέναι εἰς ἔτος. Nam quum inter Olymp. 99, 4. et 106, 2. anni pleni sint viginti quinque, numerum hunc ut rotundiorem ponere licebat, praesertim si qui ad eos accederent menses annorum Olymp. 99, 4. et 106, 2. fortasse non explerent spatium anni integri, ut Demosthenes illo tempore esset ἐμβεβηκὼς εἰς ἔτος εἰκοστὸν καὶ ἕκτον, sed nondum eum explevisset: quemadmodum paullo ante ab Olymp. 99, 4. usque ad 104, 1. anni pleni computantur sedecim et septimi decimi initium, quod significatur verbo ἐμβεβηκέναι. Alium computandi modum Plutarchus et Gellius secuti orationem hanc anno aetatis vigesimo septimo adscripserunt, Plutarchus in Vita Demosth. c. 15: Τῶν δημοσίων ὁ μὲν κατ' Ἀνδροτίωνος καὶ Τιμοκράτους καὶ Ἀριστοκράτους ἑτέροις ἐγράφησαν οὔπω τῇ πολιτείᾳ προσεληλυθότος· δοκεῖ γὰρ δυοῖν ἢ τριῶν δέοντα ἔτη τριάκοντα γεγονὼς ἐξενεγκεῖν τοὺς λόγους ἐκείνους., Gellius autem N. A. 15, 28. *Illud adeo ab utriusque oratoris studiosis animadversum et scriptum est, quod Demosthenes et*

Cicero pari aetate illustrissimas orationes in caussis dixerint, alter κατὰ Ἀνδροτίωνος καὶ κατὰ Τιμοκράτους, *septem et viginti annos natus, alter anno minor pro P. Quintio septimoque et vicesimo pro Sex. Roscio.* Quem numerum qui posuerunt aut primum ultimumque annum (Olymp. 99. 4. et 106, 2.) annumerarunt, si de anno natali Demosthenis eadem fuit eorum sententia quae Dionysii, aut Demosthenem anno ante (Olymp. 99, 3.) natum crediderunt, quae est Clintoni sententia Fast. Hell. vol. 2. p. 349 sq. et C. F. Hermanni in commentatione de anno natali Demosthenis, quam orationi Midianae praemisimus.

Orationem hanc δευτερολογίαν esse in ipso ejus initio ab oratore significatur omnisque argumenti tractandi ratio ostendit. Nam quum Euctemon, qui primam orationem peroraverat, summam totius caussae satis explanasset, Diodorus, cui secunda haec habenda erat oratio, copiosiore argumenti expositione supersedere poterat satisque habere iis potissimum rebus immorari quae Euctemon non attigisset: quod se facturum esse significat p. 594. his verbis: καὶ περὶ μὲν τῶν ἰδίων ἔχων ἔτι πολλὰ λέγειν ἐάσω· περὶ δ' ὧν οἴσετε τὴν ψῆφον νυνὶ καὶ περὶ ὧν οὗτος δημοσίᾳ πεπολιτευμένος οὐκ ὀλίγα ὑμᾶς ἔβλαψεν, ἅ μοι παραλιπεῖν Εὐκτήμων ἐδόκει, βέλτιον δ' ὑμᾶς ἀκοῦσαι, ταῦτα διεξελθεῖν ἐν βραχέσι πειράσομαι.

Ad homines quod attinet quorum praecipuae in hac caussa partes sunt, Diodorum non aliunde novimus quam ex hoc oratione et Timocratea p. 702., nec de Euctemone, quem Diodori patruum fuisse ex orationis exordio cognoscitur, quidquam amplius compertum habemus. Nam inter plures hujus nominis viros, quorum in aliis Demosthenis orationibus mentionem factam videmus, nullus est quem eundem atque illum esse satis probabili ratione statuere liceat, nihilque tribuendum Reiskii conjecturae de Euctemone cogitantis, Aesonis filio, Sphettio, cujus in rempublicam liberalitatem laudat ejusque adversus Midiam testimonio utitur Demosthenes in oratione Midiana p. 567. Androtio denique, Andronis filius, Isocratis fuit discipulus, τεχνίτης, ut ipse agnoscit Demosthenes p. 594, 15., τοῦ λέγειν καὶ πάντα τὸν βίον ἐσχολακὼς ἐνὶ τούτῳ: de quo pluribus dixit Ruhnken. in Historia crit. orat. ap. Reisk. vol. 8. p. 152. Demosthenem Isocrati aemulatum orationem contra eum scripsisse rhetorum quorundam opinio fuit, exposita ab scholiastis Hermogenis vol. 5. p. 513. vol. 6. p. 329. vol. 7. p. 1038. levi nixa argumento, quod ex Hermogenis verbis cognoscere licet quae in annotatione ad p. 593, 1. apponemus. Nec quod Jonsius in libro de scriptoribus historiae philosophicae 2. 9. olim conjecit Androtionem illum eundem esse atque Ἀτθίδος scriptorem, memoratu admodum dignum judicaremus, nisi idem traditum esset ab scriptore vitae Isocratis a Mustoxyde ex codicibus Florentinis editae in Anecdotis Graecis, repetitae a nobis in editione Isocratis Lipsiensi a. 1825. p. 11, 8. ubi inter Isocratis discipulos numerat Ἀνδροτίωνα τὸν τὴν Ἀτθίδα γράψαν-

τα, καθ' οὗ καὶ ὁ Δημοσθένης ἔγραψε, quod sola niti videtur grammatici alicujus conjectura, quemadmodum scholiasta Aristophanis Av. 123. Aristocratem quemdam, Scelliae filium, ab comico exagitatum, eundem esse hariolatur cum Aristocrate Demosthenico, quod vel propter chronologicas rationes vix verum esse posse suo loco ostendetur. Neque in iis quae de vita et scriptis Androtionis historici ab aliis tradita accepimus quidquam est quod ignoti istius grammatici opinionem commendet. Non injuria igitur jam Ruhnkenius Jonsii opinioni est adversatus. Rursus eam amplexus est Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 433.

Reliquum est ut quae de caussa in hac oratione tractata Funkhaenelius in Prolegomenis editionis suae (Lipsiae a. 1832.) disseruit compendifacta nostroque accommodata consilio apponamus.

"Diodorus et Euctemon ut caussam hanc contra Androtionem agendam susciperent inimicitia potissimum moti esse videntur quae iis cum Androtione pluribus de caussis intercederet. Androtion enim Diodorum parricidii arguerat et contra Euctemonem ἀσεβείας γραφὴν instituerat, ut qui cum Diodoro parricida consuetudinem habuisset; sed tum caussam perdidit (v. p. 593. et c. Timocr. p. 701 sq.). Sed alia etiam Euctemoni cum Androtione odii caussa fuit. Nam cum ei sorte quaestoris munus mandatum esset, Androtion publicam pecuniam eum retinere mentitus ut illud munus ei detraheretur effecit: qua de re infra accuratius dicendum est.

"Itaque vehementi in adversarium odio Euctemon et Diodorus incensi sunt, quod libere Diodorus initio orationis profitetur: hinc cum Euctemon γραφὴν παρανόμων contra Androtionem scripsit, illius Diodorus socius fuit; cujus litis qualis eventus fuerit, ex orat. c. Tim. p. 702. 703. 737. 749. intelligimus. Damnatus quidem est Androtion, et Timocrates, ut eum poena liberaret, legem rogavit, propter quam nova exorta est lis, quae in Timocratea tractatur. Porro quum Aristophon quidam (p. 703.) rogationem tulisset de legendis inquisitoribus bonorum publicorum e fanis et aerario surreptorum, prodiit Euctemon et furtum indicavit, cujus etiam Androtionem participem fuisse apparuit: atque etiam tum Euctemonem vicisse legimus. Denique Diodorus novam egit caussam contra Timocratem et Androtionem, quam in clarissima illa oratione c. Tim. peroravit. Itaque Androtionem modo ab ambobus, et ab Euctemone et a Diodoro, modo a solo Euctemone aut Diodoro, modo solum Androtionem accusari videmus, modo eos simul, qui ab Androtionis steterunt partibus, ut Timocratem. Nam quod saepe videmus apud Demosthenem acerbissime notari perniciosum malorum hominum, inprimis oratorum, foedus, in iis maxime orationibus quae contra Androtionem, Aristocratem et Timocratem habitae sunt, commemoratur; vehementer invehitur in hanc reipublicae pestem p. 604 sq. et in orat. c. Timocr. (in qua tota Timocrates mercede ab Androtione conductus esse dicitur)

p. 704 sqq. Inprimis autem oratores et duces militum invicem sese tueri et publicam pecuniam suum in usum convertere orator queritur. Veteres oratores modesti et verecundi fuerunt; isti nunc clamant, conviciis se invicem lacessunt, dominantur in senatu eumque quominus secundum leges munere fungatur, impediunt, antiquas leges solvunt, rogant novas ipsis tantum, non toti civitati utiles, et dum cives in vincula conjiciunt, ipsi impune peccant aut levissima mulcta afficiuntur. Quanta vero commoda ex administratione rerum publicarum percipiant, inde elucet, quod reipublicae conditio in dies deterior et egentior fit, istorum autem hominum opes crescunt; et cum antea publicae aedes splendidissimae fuerint atque civium gloria dignae, privatorum hominum exiles domus, nunc quae publicis aedificantur sumtibus, omni contemptu digna sunt, illi vero demagogi magnificas exstruunt aedes. Olim civibus raro honores iique modici et rarius etiam peregrinis civitas decernebantur; nunc apertis reipublicae hostibus, pessimis hominibus vel plane ignotis publicos honores vendunt et cives ad servorum quasi corpus domini custodientium conditionem detrudunt. Veteres Athenienses severi atque strenui in puniendo fuerunt, ne optimos quidem cives impunitos dimiserunt; nunc isti homines perniciosissimi antiqua reipublicae gloria fruuntur, cives derident et violant ipsi incolumes. Hoc modo igitur non solum multas alias leges laeserunt, sed etiam eas, quae περὶ τῆς τῶν ῥητόρων εὐκοσμίας datae sunt. Quae omnia qui accuratius cognoscere volet, praeter hanc orationem Aristocrateam et Timocrateam consulat.

Quae contra Androtionem profert accusator, eorum duplex est genus: alia enim contra leges fecit, quae ita, uti leges praecipiunt, punienda sunt, de aliis leges quidem diserte poenam non constituunt, sed talia sunt, ut ad eum condemnandum multum conferre possint. Quorum priora examinabimus postquam quae de moribus Androtionis accusator dicit, collegerimus. Describitur igitur Androtion ab adversario ut arte dicendi neutiquam vulgari insignis, sed qui ea abutatur ad decipiendos auditores fallacibus orationis flexibus et commentis; est porro diis et hominibus inimicus, rixarum studiosissimus, nimiae indulgens licentiae et impudentiae. Quid? quod corpus vulgavit et vilissimis se dedit voluptatibus et a prima quidem juventa. Non minus turpia sunt, quae in administrandis rebus publicis commisit. Demosthenes tempus commemorat, ex quo Androtion rempublicam capessiverit, amplius triginta annos eum munera publica gessisse monens. Summam quasi ejus administrationis reipublicae haec Demosthenis verba continent p. 613: Τίνος οὖν ἕνεκα, ὦ βδελυρὲ, ἐτῶν ὄντων πλειόνων ἢ τριάκοντα ἀφ' οὗ σὺ πολιτεύει, καὶ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ πολλῶν μὲν στρατηγῶν ἠδικηκότων τὴν πόλιν, πολλῶν δὲ ῥητόρων, οἳ παρὰ τουτοισὶ κέκρινται, ὧν οἱ μὲν τεθνᾶσιν ἐφ' οἷς ἠδίκουν, οἱ δ' ὑποχωρήσαντες φεύγουσιν, οὐδενὸς πώποτε τούτων ἐξητάσθης κατήγορος, οὐδ' ἀγανακτῶν ὤφθης ὑπὲρ ὧν ἡ πόλις πάσχει, οὕτως ὢν θρασὺς καὶ λέγειν δεινὸς, ἀλλ'

ἐνταῦθ' ἐφάνης κηδεμὼν ἡμῶν, οὗ σε πολλοὺς ἔδει κακῶς ποιῆσαι; βούλεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ τούτων αἴτιον ἐγὼ ὑμῖν εἴπω; ὅτι τούτων μὲν μετέχουσιν ὧν ἀδικοῦσιν ὑμᾶς τινὲς, ἀπὸ δὲ τῶν εἰσπραττομένων ὑφαιροῦνται.

" Furti autem Androtion triplici in caussa accusatur, primum cum tributa exegit, deinde cum ταμίας τῆς θεοῦ electus sacra deorum vasa colliquefieri novaque parari jussit; denique, quod obiter tantum hic monetur, legatus cum duobus aliis ad Mausolum missus praedam ex hostili Naucratitarum navi captam retinuit.

" Ratio autem, qua Androtion quaestoris munus accepit, non minus vituperanda est quam insolentia, quam in exigenda pecunia exercuit. Nam cum Nausinico archonte, Ol. 100, 3, novo censu habito (v. Wolf. Proleg. ad Leptin. p. 98. Boeckh. Oecon. vol. 2. p. 50.) tributum talentorum fere trecentorum usitato εἰσφορῶν nomine civibus et inquilinis imperatum esset, quatuordecim talenta nondum erant depensa. Ad haec igitur exigenda ἀρχὴ κληρωτὴ constituta erat, ad quam etiam Euctemonem pertinuisse non dubium est. Quaenam autem ista ἀρχὴ fuerit, apparet: nam ἐκλογεῖς (de quibus v. Harpocr. s. h. v.) ad id munus sorte constituebantur. Jam vero vide Androtionis malignitatem. Nam Euctemonem collationes (εἰσφορὰς) retinere suumque in usum adhibere praetexens effecit ut illa ἀρχὴ κληρωτὴ solveretur, ipsi autem χειροτονίᾳ praeter morem cum novem aliis hoc munus mandaretur. (V. p. 608.) Monendum est autem, quod Boeckhius me docuit, Androtionem ejusque socios hoc modo non ἐκλογεῖς factos esse (nam ad hoc munus, ut jam diximus, sorte eligebantur cives), sed illam pecuniae exactionem iis per certum tempus esse commissam: quo pacto fieri poterat ut Androtio duplici munere eodem tempore fungeretur, altero ταμίου τῆς θεοῦ altero ἐκλογέως. Accurate autem Demosthenes describit quomodo Euctemon de munere suo quasi sit detrusus: inopiam aerarii quacunque re ortam illo tempore Athenienses pressisse apparet; (ita enim explicanda esse puto verba p. 608. καὶ διὰ τὸν καιρὸν ὃς ἦν τότε ἔχων ἐξουσίαν etc.) qui tum erant ἐκλογεῖς, furti ab Androtione insimulati sunt: ursit necessitas. Jam Androtion concionem habuit; nihil reliquum esse dixit ad pecuniam parandam nisi hoc, ut aut sacris vasis ad publicos sumtus uterentur, aut novam collationem imperarent aut denique debitam pecuniam exigerent. Ita quoniam qui tum erant ἐκλογεῖς, male munere fungi visi sunt, praesens autem aerarii inopia magna fuit et ab Androtione oratione aucta est, facile contigit ei ut isti ἐκλογεῖς munere suo privarentur, ipsi autem pecuniae exigendae cura traderetur. Adiit munus, sed parvam inde civitas utilitatem cepit. Sed vehementer ea in re in cives et inquilinos grassatus est, ita ut ὕβρεως crimen, quod Athenienses acerbo semper odio persecuti sunt, in eum adversarius conjiciat. Nam veteribus legibus posthabitis decreta crudelia rogavit, undecimviros secum duxit suamque cuique domum car-

cerem esse voluit, quasi non in usum civitatis, sed odio in cives abreptus illas pecunias colligeret. Hinc etiam crudelius quam triginta tyranni saeviisse dicitur, et cum servis delicta corpore, mulcta civibus sint luenda, a corpore civium poenam sumsisse et hominibus probis turpissima probra intulisse immemor patris, qui debita aerario pecunia non soluta e carcere aufugisset. Quare istum hominem civitatis legumque naturam et indolem misericordiam, clementiam omninoque ea, quae homine libero digna sint, imperantium plane non perspexisse et in libera civitate utique ferri non posse orator monet.

"Eodem autem tempore, cum quaestor erat, munere *ταμίου τῆς θεοῦ* fungebatur. Tum vero coronas, quas Athenienses ob victorias aut ipsi fecerant aut ab aliis Graeciae populis, quos in bello adjuverant, acceptas in templo Minervae deposuerant et custodiverant, liquefieri indeque pocula aliaque vasa exigui pretii parari jussit atque ita deam illis donis privavit, nomina eorum, qui Atheniensibus coronas dedicaverant, delevit suumque, hominis impurissimi, nomen novis vasis inscripsit et civitati gloriam, qua ex his monumentis fruebatur, abstulit.

"Ita orator modo libertatis amorem modo gloriae studium in auditoribus excitat, ut Androtion, qui utrumque violavit, prosternatur.

"Accessimus jam ad ipsam hujus litis caussam. Nam Androtion plebiscitum tulerat, ut senatus Dviralis, quanquam naves, quas debebat, exstruendas non curavisset, coronaretur.

"Nam summa a populo omnium rerum publicarum administratio huic senatui mandata erat et quanquam singula munera singulis magistratibus commissa erant, supremam tamen eorum quoque magistratuum curam habebat. Jam vero ex quo Themistocles cives docuerat in navibus eorum salutem et principatum inter Graecos esse positum, maximam semper in navibus aedificandis operam collocaverunt: unde Demosthenes Atheniensium felicem statum a navium possessione pendere dicit. Hinc jam Themistocles legem tulerat ut quotannis viginti naves aedificarentur, cujus rei curam populus senatui mandavit. Hoc autem munus tam sanctum putabatur, ut cum rebus bene gestis senatum coronari mos esset, etiamsi reliqua juste peregisset, naves autem non aedificasset, corona privaretur. Itaque cum *οἱ τριηροποιοὶ* ipsi muneri navium aedificandarum praeessent et *ὁ ταμίας τῶν τριηροποιῶν* sumtus suppeditaret, senatus ut omnia recte atque secundum leges agerentur curare debuit; deinde naves aedificatae trierarchis tradebantur instruendae et armandae.—Apparet autem non opus fuisse ut senatus ea in re apud logistas rationem redderet, sed ex illa lege "*μὴ ποιησαμένην τὴν βουλὴν τὰς τριήρεις μὴ αἰτεῖν δωρεάν*" rem statim fuisse compositam.

"Jam vero Androtion illud decretum, navibus a senatu non aedificatis, rogare ausus est et nunc Euctemon et Diodorus contra eum *παρανόμων γραφὴν* instituerunt.

"In hac caussa quid fieri solitum sit accurate scimus. Actor nomen detulit ad archontes postulavitque actionem: isti deinde caussae institutionem curaverunt, atque rem ad Heliastas delegaverunt. Accusator in actionis formula aestimationem poenae constituit. Actor si quintam suffragiorum partem non tulisset, mulctam mille drachmarum solvere debuit et ἀτιμίᾳ quadam notatus est, reus autem damnatus crimen mulcta, prouti res aut gravior aut levioris esset momenti, aut majori aut minori luit.

"Sed cum adversarii illud decretum Androtionis duplicem ob caussam damnandum censeant, primum ob ipsum decreti argumentum, cum lex sit ne senatus navibus non aedificatis coronetur, deinde propter rationem, qua latum sit, videndum jam est de hoc altero, quod accusator p. 594 sq. profert, ἀπροβούλευτον esse ejus psephisma. Nam Solon, ut narrat Plutarchus, V. Solon. c. 19. δευτέραν προσκατένειμε βουλὴν ἀπὸ φυλῆς ἑκάστης, τεττάρων οὐσῶν ἑκατὸν ἄνδρας ἐπιλεξάμενος, οὓς προβουλεύειν ἔταξε τοῦ δήμου καὶ μηδὲν ἐᾶν ἀπροβούλευτον εἰς ἐκκλησίαν εἰσφέρεσθαι. Itaque psephisma ad populum ferri non licuit, nisi antea a senatu comprobatum esset; recitabatur deinde a senatu in comitiis, ut populus aut antiquaret decretum aut sisceret. Quare Androtion decretum suum ad senatum, qui priorem, quem ille coronari voluit, anno subsequente excepit, deferre debuit; sed non fecit haec causatus: Psephisma illud Epistatae se tradidisse, qui populum rogasset num senatus corona dignus videretur, atque ea de re in suffragium misisset; populum deinde psephisma comprobasse et scivisse. Quare cum lex jubeat senatum, si populo recte munus administrasse visus sit, coronari, decretum autem de senatu coronando in comitiis sit perlatum, omnia ex lege facta nulloque senatus consulto opus esse.—Ad haec adversarius respondet senatus consultum iis tantum in rebus permissum esse, de quibus leges jubeant; jam vero cum senatum, qui naves non fecerit, coronari vetitum sit, neque senatus consultum ea de re concessum esse neque omnino quidquam licere rogari.

"Ad alia etiam Androtion commenta confugit, quibus decretum suum excusaret et poenam evitaret, quae quoniam argutiis constant et subtilibus argumentis, neque a legibus aut institutis Atheniensium originem ducunt, jure hoc loco omittimus ut satis ab adversario et explicata et refutata.

"Postquam igitur psephisma Androtionis et propter argumentum et propter rationem, qua latum esset, contra leges factum esse actor docuit, duas alias leges κατὰ τοῦ προσώπου, ut Libanius in Argumento dicit, contra Androtionem ipsum explicat, et primum quidem (p. 599.) τὸν τῆς ἑταιρήσεως νόμον. Aeschines eam legem affert ita p. 3, 43.: Ἐάν τις Ἀθηναῖος ἑταιρήσῃ, μὴ ἐξέστω αὐτῷ τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι μηδ' ἱερωσύνην ἱεράσασθαι μηδὲ συνδικῆσαι τῷ δήμῳ, μηδὲ ἀρχὴν ἀρχέτω μηδεμίαν, μήτε ἔνδημον μήτε ὑπερόριον, μήτε κληρωτὴν μήτε χειροτονητήν, μηδ' ἐπὶ κηρυκείαν ἀποστελλέσθω, μηδὲ γνώμην λεγέτω, μηδ' εἰς

τὰ δημοτελῆ ἱερὰ εἰσίτω, μηδ' ἐν ταῖς κοιναῖς στεφανηφορίαις στεφανούσθω, μηδ' ἐντὸς τῶν τῆς ἀγορᾶς περιρραντηρίων πορευέσθω. ἐὰν δέ τις ταῦτα ποιῇ, καταγνωσθέντος αὐτοῦ ἑταιρεῖν θανάτῳ ζημιούσθω. Diserte etiam lex vetat ne quis ἢ πεπορνευμένος ἢ ἡταιρηκὼς coram populo verba faceret. ib. p. 5. 4. Si quis fecisset, actio coram Thesmothetis erat instituenda et quidem duplex, aut ἐπαγγελία δοκιμασίας aut γραφὴ ἑταιρήσεως (V. Meier. de lite Att. p. 210 sqq.). In illa priori si quis esset convictus, publice ἀτιμίᾳ est notatus ab judicibus, per alteram actionem ultimo affectus est supplicio. Contra si accusator caussam perdidit, multam mille drachmarum, ut in omnibus publicis actionibus, solvit et infamiam quandam sibi contraxit. Deinde qui in illa δοκιμασίᾳ damnatus coram populo loqui perrexisset, nova caussa accusabatur coram Thesmothetis, quae ἔνδειξις appellabatur atque et τιμητὸς ἀγὼν et ἀτίμητος erat.

"Jam vero cum Thesmothetae ejus litis instructionem curarent et deinde rem ad Heliastas deferrent, quaeritur quo jure accusator in hac παρανόμων γραφῇ potuerit postulare ut Androtion etiam propterea, quia corpus vitiaverit, damnetur; ipsum etiam Androtionem ea de re queri videmus. Sed accusator se et ad Thesmothetas hanc caussam delaturum esse et nunc jure suo de ea dicere respondet. Nam cum praesens caussa γραφὴ παρανόμων sit, leges autem ne qui turpi vitae indulserit publice verba faciat vetent, ita ut et scripserit et vixerit contra leges, recte pro argumento illam τῆς ἑταιρήσεως legem afferre se monet; omninoque adversarium non ita a poena liberum esse, si aliter actionem instituendam esse contenderit—multas enim Solonem rationes, quibus homines malefici puniendi essent, demonstrasse—sed si crimen a se propulsaverit.

"Altera lex, quam κατὰ τοῦ προσώπου actor affert, est de debitoribus aerarii, p. 603: de qua v. Boeckh. Oecon. vol. 1. p. 415—422. Meier. de bonis damnat. p. 137—144. Andronem, Androtionis patrem, aerario debuisse pecuniam scimus, sed quantam et quo modo debuerit, accusator non definit. Cum non solvisset Andron, per longum tempus vinculis tentus est, donec aufugit. Quare ad ejus filium et officium solvendi et, si non solveret, infamia transiit. Jam vero cum lex esset, τὸν ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ μὴ πολιτεύεσθαι, ἔνδειξις hac quoque in re, si quis eam legem violasset, coram Thesmothetis instituta est. Quare actor id quoque se facturum esse promittit, satis habens demostrasse ex hac etiam lege Androtioni illud psephisma scribere non licuisse.

"Haec igitur sunt, quae ad Androtionem atque ad praesentem caussam pertinent. Restant paucissima. Obiter enim atque exempli caussa Demosthenes, ut multiplici ratione per leges Solonis ab hominibus maleficis vindictam peti posse ostenderet, primum actionem furti commemoravit p. 601. Ἔρρωσαι καὶ σαυτῷ πιστεύεις· ἄπαγε· ἐν χιλίαις δ' ὁ κίνδυνος. ἀσθενέστερος εἶ· τοῖς ἄρχουσιν ἐφηγοῦ· τοῦτο ποιήσουσιν ἐκεῖνοι. φοβεῖ καὶ τοῦτο·

γράφου. καταμέμφει σεαυτὸν καὶ πένης ὢν οὐκ ἂν ἔχοις χιλίας ἐκτῖσαι· δικάζου κλοπῆς πρὸς διαιτητὴν καὶ οὐ κινδυνεύσεις. Inter haec igitur ἡ ἀπαγωγὴ, ἡ ἐφήγησις et quae proprie dicitur γραφὴ sunt actiones publicae; privata caussa fuit apud arbitros. Differunt autem ἡ ἀπαγωγὴ et ἡ ἐφήγησις ita inter se, ut qui corpore valeret, ipse furem in re manifesta deprehensum ad Undecimviros raperet, qui minus valido esset corpore, Undecimviros arcesseret, ut hominem in vincula ducerent. Necessario autem in his actionibus requirebatur ut aut noctu furtum factum esset, aut, si interdiu, rei pretium supra quinquaginta drachmas aestimaretur, aut in gymnasiis furtum qualecunque esset commissum, aut, si in balneis et portubus, rei pretium supra decem drachmas esset (v. c. Timocr. p. 735 sq.) Jam vero reo ad Undecimviros abducto quaesitum est, num jure istae actiones factae essent; quod si visum esset, reus confessus statim ad mortem ductus est. Sin illis actionibus locus non esse videretur, reus dimissus, actor autem mille drachmis et infamia notatus est, ita ut ei posthac eas actiones instituere non liceret; simul autem reo contra actorem δίκη βιαίων, αἰκίας, συκοφαντίας et γραφὴ ὕβρεως concessa erat. Denique si Undecimviri illas actiones probarent (ἀποδέχεσθαι), reus autem negaret et res dubia esset, reus in carcere contentus, caussa autem ad judicium delata est, a quo si damnaretur, item ultimo supplicio affectus est; si non, actor poenam, quam exposuimus, solvit.

Deinde γραφὴ κλοπῆς ad Thesmothetas delata est, per quos ad judicium devenit. Eam caussam ἀγῶνα τιμητὸν fuisse censent. Actor, si caussa ceciderat, praeterquam quod mille drachmis mulctatus est, a reo γραφῇ συκοφαντίας peti potuit. (V. Meier. de bonis damn. p. 110.)

Actionis privatae ea in re duplex fuit ratio; nam aut ad judices aut ad arbitros res ab actore lata est. Si coram Heliastis reus convictus esset, poenam dupli, si, quod furto ablatum erat, possessor receperat, si non, decupli subiit simulque infamiam sibi contraxit, et si judicibus visum esset, per προστίμησιν, quam cuicunque rogare licuit, per quinque dies et noctes in vinculis detentus est. Ea προστιμήσει liber fuit, si arbiter de re judicavit: caeterum eadem damnatum mansit poena. (V. Meier. l. c. p. 106 sqq.)

Eodem modo Demosthenes dicit licere τῆς ἀσεβείας ἀπάγειν, γράφεσθαι, δικάζεσθαι πρὸς Εὐμολπίδας, φράζειν πρὸς τὸν βασιλέα. Ad ἀπαγωγὴν quod attinet, pauca sufficiant: data est ea in re extra ordinem (v. Meier. l. c. p. 44.) neque contra alium quam ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehensum: quod recte statuit Meier. de lite Att. p. 234. Facta est autem ad Archontem Regem et, cum esset ἀγὼν τιμητὸς, variae poenae irrogatae sunt. (V. Meier l. c. p. 236, 239.) Ad eundem Archontem γραφὴν ἀσεβείας pertinuisse satis constat. Admodum late autem patuit hoc ἀσεβείας nomen hincque variae variis in rebus poenae irrogatae sunt, mulctae, exsilium, publicatio bonorum, mors.

Supra commemoravimus Androtionem Diodorum parricidii arguisse et contra Euctemonem, ut qui cum illo parricida consuetudinem habuisset, γραφὴν ἀσεβείας conscripsisse, sed quinta suffragiorum parte non accepta mille drachmis esse damnatum. Ex lege autem infamia accederet opus fuit *. Sed plane nihil ea de re Demosthenes dicit. Vide igitur, quomodo scholiasta codicis Augustani statim ad initium hujus orationis eam rem expedire studeat. Nam hoc dicit: Ἐζητήθη δέ, διὰ τί ὁ Ἀνδροτίων μὴ μεταλαβὼν τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων οὐκ ἠτιμώθη, ἀλλὰ χρήματα ἔδωκε—; λέγομεν, ὅτι ὁ ἐν τρισὶ δικαστηρίοις ἡττώμενος ἐν διαφόροις πράγμασιν οὗτος ὡς συκοφάντης ἠτιμοῦτο, ὁ δὲ ἐν ἑνὶ ὥσπερ Ἀνδροτίων ἐδίδου χιλίας, ὥς φησιν ὁ Γενέθλιος. Vanum commentum hoc esse apparet, quare rectius Boeckhius et Schoemannus eam poenam temporis vi obscuratam aut certe non strenue exactam esse censent.

Pervenimus jam ad verba φράζειν πρὸς τὸν βασιλέα, quae quomodo explicanda sint, admodum dubium est. Ulpianus ad ea dicit: ἵνα ὁ βασιλεὺς τὴν φάσιν λαβὼν (φάσις δὲ κατηγορίας ὄνομα) τοῖς θεσμοθέταις φανερὰν καταστήσῃ καὶ παρὰ τοῖς θεσμοθέταις γνωρισθῇ τοῖς δικάζουσι τὰ ἐγκλήματα. At quid Thesmothetis in his caussis muneris est? Num credibile est, Archontem Regem non solum ea de re judicasse, sed rem ad Thesmothetas retulisse? Heffterus (*Athen. Gerichtsverfassung* p. 237.) solam delationem intelligendam esse censet, quod mihi quidem admodum probabile videtur. Meierus (de lite Att. p. 281.) actionem illis verbis significari putat.

Denique in hac caussa δικάζεσθαι πρὸς Εὐμολπίδας licere dicit orator, quod quomodo sit intelligendum docet scholiasta codicis Aug. ad hunc locum: ὁ γὰρ βασιλεὺς ἐπεμελεῖτο τῶν ἱερῶν πραγμάτων καὶ ἐπῆγε τὰς τῆς ἀσεβείας γραφὰς πρὸς τοὺς Εὐμολπίδας. Schoemannus autem (de comit. p. 301.) e Lysia (adv. Andocid. p. 104, 7. Periclis consilio id institutum esse demonstrat. Dicit iste orator haec: Περικλέα ποτέ φασι παραινέσαι ὑμῖν περὶ τῶν ἀσεβούντων, μὴ μόνον χρῆσθαι τοῖς γεγραμμένοις νόμοις περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀγράφοις, καθ' οὓς οἱ Εὐμολπίδαι ἐξηγοῦνται, οὓς οὐδείς πω κύριος ἐγένετο καθελεῖν οὐδὲ ἐτόλμησεν ἀντειπεῖν, οὐδὲ αὐτὸν τὸν θέντα ἴσασιν etc. Secundum leges igitur antiquas, quarum auctor ignotus est quaeque proprie ad mysteria pertinuisse videntur, non scriptas, sed traditas et usu firmatas a Periclis inde tempore penes Eumolpidas hoc judicium, cui Archon Rex praesedit, fuisse videmus: v. Meier. de lite Att. p. 117. Lobeck. Aglaoph. vol. 1. p. 193."

* Eam infamiam *mediam* dicit Meier. de bonis damn. p. 134. quam Andocides describit or. de myster. p. 10, 13. Rectius Boeckh. Oecon. vol. 1. p. 409. dicit eam esse ἀτιμίαν κατὰ πρόσταξιν, de qua v. Andocides l. l. p. 10, 23. Demosth. or. adv. Aristogit. p. 803, 13. Meier. l. c. p. 131. Schoemann. de lite Att. p. 734. —Eam infamiam adversus damnatum actorem decretam esse ut putem, id me movet, quia ut levissima facillime negligi potuit.

In argumenta Graeca.

587, 2. τραυμάτων restituit Wolfius pro πραγμάτων. Demosthenes p. 627, 21. δικάζειν τὴν βουλὴν τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ φόνου καὶ τραύματος ἐκ προνοίας etc. p. 1018, 9. καὶ ἐξ ἀντιλογίας καὶ λοιδορίας πληγὰς συναψάμενος, ἐπιτεμὼν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, τραύματος εἰς Ἄρειον πάγον με προὐκαλέσατο. TAYLOR.

587, 3. ἑτέρα] Haec κατ' ἐξοχὴν dicitur ἡ βουλή, penes quam summa erat omnium rerum administratio. Primum constitit viris quadringentis (Plutarch. Solon. 19), deinde per Clisthenem quingenti senatores constituti sunt. Ita duplicem senatum instituit Solon Areopagitarum et Dvirorum, οἰόμενος (ut Plut. Sol. 19 dicit) ἐπὶ δυσὶ βουλαῖς ὥσπερ ἀγκύραις ὁρμοῦσαν ἧττον ἐν σάλῳ τὴν πόλιν ἔσεσθαι καὶ μᾶλλον ἀτρεμοῦντα τὸν δῆμον παρέξειν. FUNK.

587, 5. τὴν βουλευτικὴν ἡλικίαν] I. e. annum tricesimum.

587, 14. δεύτερος—ἐπαγωνίζεται] Composito Technicus sic utitur, ut praepositio redundet: nam ἐπαγωνίζεσθαι h. l. nihil aliud quam δεύτερον ἀγωνίζεσθαι. Quae hujus verbi significatio rarior est. V. H. Stephani Thesaur. Nisi forte scribendum ἐναγωνίζεται, ut p. 769, 15. SCHAEF. Sed ἐπηγώνισται iterum Liban. p. 812. extr.

587, 15. νόμου γὰρ κελεύοντος] Vide rectius ea de re statuentem Schoemann. de comit. p. 97. FUNK.

588, 2. τοὺς νόμους· παρέχονται δὲ καὶ—] Scribendum cum Wolfio τοὺς νόμους παρέχονται· παρέχονται δὲ καὶ—.

588, 3. τὸν τῶν] τὸν om. B. omisitque Bekkerus, suis, ut videtur, libris auctoribus.

588, 4. δημοσίῳ] Sic codices: editiones veteres δήμῳ. Demosthenes p. 1015, 11. ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν ὁ Πάμφιλος ὀφείλων τῷ δημοσίῳ ἐγγέγραπται. p. 504, 25. ἐὰν δ' ἁλῷ, ἔνοχος ἔστω τῷ νόμῳ, ὃς κεῖται, ἐάν τις ὀφείλων ἄρχῃ τῷ δημοσίῳ. p. 573, 11. Πύρρον ἐνδειχθέντα δικάζειν ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ θανάτῳ ζημιῶσαι. Atque ita semper in Timocratea, contra Aristogitonem, Theocrinem et in locis pene infinitis. TAYLOR. Conf. not. ad p. 590, 28. SCHAEF.

588, 7. ΕΤΕΡΑ ΥΠΟΘΕΣΙΣ] Argumentum hoc illustre de senatu Dvirali exponunt Petitus in Comment. ad LL. AA. Lib. 3. Tit. 1. Scaliger de Emendat. Tempor. II. init. Lalamantius de Anni Attici ratione, Sigonius de Rep. Athen. 2, 3. Petrus Nannius Alcmarianus in Miscellan. V. 7. exhibet juxta exemplar Demosthenis ad Budaei censuram castigatum. TAYLOR.

588, 12. χειροτονηταὶ—αἱρεταί] Nullum inter αἱρετὰς et χειροτονητὰς ἀρχὰς esse discrimen monet Boeckh. Ind. lectionum aestiv. Berolin. 1830. p. 6. FUNK.

588, 22. ἡ δὲ ἀορίστῳ] V. Schoemann. de lite Att. p. 9, 10. FUNK.

588, 25. *ὡς δέ τινες, ὅτι— θεσμοθέται.*] Abnormis constructio: particulae enim *ὡς* et *ὅτι* ita concurrunt, ut altera alteri officere videatur. Scilicet anonymus poterat scribere aut *ὡς δέ τινες, καὶ* [l. *οἱ*] *ἐξ μόνον θεσμοθέται*, aut *τινὲς δὲ, ὅτι—θεσμοθέται.* Nunc e duabus his rationibus mediam quandam construxit. quae ut monstruosa sit, tamen facile excusetur consuetudine classicorum ad similes syntaxis anomalias passim aberrantium. Conf. not. ad Sophocl. Trachin. 1240. SCHAEF.

ὡς δέ τινες] At certe nihil probant loci ejusmodi. qualis est Demosth. p. 707, 5: *οἱ δὲ θεσμοθέται τοὺς ἐνδειχθέντας εἰσαγόντων εἰς τὸ δικαστήριον κατὰ τὸν νόμον, ἢ μὴ ἀνιόντων εἰς Ἄρειον πάγον, ὡς καταλύοντες τὴν ἐπανόρθωσιν τῶν νόμων.* et p. 802, 5: *ὅσοις τῶν θεσμοθετῶν εἰς Ἄρειον πάγον οὐχ οἷόν τέ ἐστιν ἀνελθεῖν.* Et observatum est thesmothetarum nomine interdum omnes novem praetores significari. V. Meier. de bonis damn. p. 43 not. 173. de lite Att. p. 60. unde facile potuit error oriri. sex thesmothetas tantum in illum senatum esse receptos. FUNK.

588, 27. *ὁ ἐνιαυτὸς ἐπώνυμος ὠνομάζετο*] Forte *ὁ ἐνιαυτὸς ἐπωνομάζετο.* Nam *ὁ ἄρχων ἐπώνυμος* dicebatur et annus ejus nomine inscribebatur, ut *ἄρχοντος Ἀθήνησιν Χαιρωνίδου*, vel *ἐπ᾽ ἄρχοντος Ἡροπύθου, ἄρχων Δημόφιλος Φλυεύς.* Etsi fortasse nihil vetat dicere *ὁ ἐνιαυτὸς ἐπώνυμός ἐστι Χαιρωνίδου.* Quod ego tamen me legisse non recordor. WOLF. Vulgatam ne mutes. Herodotus 7, 11. extr. *ἐπώνυμοι τοῦ καταστρεψαμένου καλέονται.* SCHAEF. Eurip. Ion. 1594. addit Funk. *κἀπισημανθήσεται κείνου κεκλῆσθαι λαὸς ὄνομ᾽ ἐπώνυμος.*

589, 1. *οἱ δὲ θεσμοθέται*] Puto intelligendos esse omnes novem archontes. V. ad p. 588, 25. Cfr. de *θεσμοθετῶν ἀνακρίσει* Meier. de lite Att. p. 203. et de bonis damn. p. 59 not. a. Addend. p. 235. Demosth. p. 484. dicit Solonem jussisse *τοὺς θεσμοθέτας —δὶς δοκιμασθέντας ἄρχειν ἔν τε τῇ βουλῇ καὶ παρ᾽ ὑμῖν ἐν τῷ δικαστηρίῳ*, igitur coram senatu Dvirali et coram Heliastis. FUNK.

589, 5. *περὶ τοῦ προλαβόντος παντὸς βίου*] *De omni vita priori.* V. H. Steph. Thes. s. v. *προλαμβάνω.* SCHAEF.

589, 4. *μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκρίνοντο*] V. de his magistratuum *εὐθύναις* Boeckh. Oecon. Athen. vol. 1. p. 203 sqq. Meier. de lite Att. p. 99 sq. et 215. Lex erat intra triginta dies muneris rationem esse reddendam. V. Harpocration s. v. *λογισταί.* FUNK.

589, 7. *ἀριθμῷ*] Id est *ἀριθμῷ ὡρισμένῳ*, ut supra dixit p. 588, 22.

589, 9. *κατ᾽ ἐνιαυτὸν διεδέχετο*] Hinc lex, quam apud Dem. Aristocr. p. 651, 17. legimus: *ἐπέτεια τὰ τῆς βουλῆς εἶναι ψηφίσματα.* FUNK.

589, 10. *ἀδιάδοχος*] Scholiastes ad Aeschin. Orat. in Ctesiphont. p. 247. ed. Bekk. (Halis Saxon. 1815): *τὴν βουλὴν τοὺς πεντακοσίους*] *πρὸς διαστολὴν τῆς Ἀρειοπαγιτικῆς βουλῆς, ἥτις ἦν ἀδιάδοχος.* SCHAEF.

589, 17. *ὥστε συμβαίνει*] Hinc factum est ut menses alterni diebus triginta (*μὴν πλήρης*) et viginti novem (*μὴν κοῖλος*) constarent. FUNK.

590. 1. *τὸν ἐμβόλιμον μῆνα*] Hunc mensem post Posideonem intercalatum esse scimus, ita ut Ποσειδεὼν α′ et β′ diceretur. V. inprimis Ideler. Chronol. vol. 1. p. 269—275. Quod hic dicitur *κατὰ τριέτειαν*, Herodot. 2, 4. *διὰ τρίτου ἔτεος*, Latini tertio quoque anno dicunt. Orta est igitur trieteris. FUNK.

590, 4. *ἄναρχος*] Quae scholiasta de *ἀρχαιρεσίαις* sive *ἡμέραις ἀνάρχοις* somniat, recte derident Boeckh. Oecon. Athen. vol. 2. p. 176. Ideler. Chronol. vol. 1. p. 290, Schoemann. de comit. p. 16. Harpocration enim s. v. Πρυτανείας ex Aristotele docet prytanias aut triginta sex aut triginta quinque diebus constitisse. V. ibi Maussac. et Valesius et Schoemann. l. l. p. 32 sqq. FUNK.

590, 15. *ἐπειδὴ*—] Illustrat haec Schoemann. l. c. p. 16. et p. 83. FUNK. V. eundem Antiq. publ. p. 217. et C. F. Hermannum in dissertatione de proëdris, Gott. 1843., p. 8. qui interpretatur, *quum quinquagenorum numerus nimius esset ad imperium simul gerendum, deni ceteris imperabant secundum sortem, qua singulis singuli ex septem diebus obveniebant, eorum autem unusquisque ceteris imperabat secundum sortem suo die, donec septem dies complerentur, quo factum est ut tres ex iis, qui imperium tenebant, non imperarent.*

πολλοὶ ἦσαν εἰς τὸ ἄρχειν ἅμα] Classicus scripsisset *πολλοὶ ἦσαν ὥστε ἄρχειν ἅμα*. V. Wyttenbachii Julianea p. 217. ed. Lips. SCHAEF.

590. 16. *τῶν ἑπτὰ*] Ne cogites de mense in hebdomadas diviso apud Graecos. V. Ideler. l. l. vol. 1. p. 88. 180. Nam cum singulae prytaniae dierum tricenorum quinorum aut senorum essent. prytanum autem quinquagenorum decuriae quinae, necessario singulis decuriis quinta prytaniae pars erat tribuenda. FUNK.

590, 21. *τὰς κλεῖς τῆς ἀκροπόλεως*] V. Boeckh. Oecon. Athen. vol. 1. p. 474. et schol. cod. Bav. FUNK.

590, 28. *ἀπὸ τοῦ δήμου*] Fortasse *παρὰ τοῦ δήμου*, id est, ut opinor, *ἐκ τοῦ δημοσίου*, ex aerario. Mox (p. 591, 2.) *λαβοῦσα τὰ χρήματα ἐκ τοῦ δήμου*.] Fortasse *ἐκ τοῦ δημοσίου*. WOLF. Conf. not. ad p. 588, 4. SCHAEF. Nihil mutandum.

591. 4. *προστάτης*] Non muneris officio, sed arte dicendi, *unus e principibus*, ut interpretatur Schaeferus.

591, 8. *ἡ στάσις πραγματική*] Latini dicunt statum seu constitutionem caussae. V. Cic. de invent. 1. c. 8 et c. 9, et Top. c. 25. FUNK.

591, 12. *φέρε πρῶτον—ἐξετάσωμεν*] Contrapositum sequitur p. 592, 1. SCHAEF.

591, 16. *ἐν τῷ δήμῳ*] I. q. *εἰς τὸν δῆμον*. Recurrit p. 592, 5. Est labentis Graecitatis. Melius mox v. 18, 21, 22. Quod eadem constructio passim legitur apud scriptores, quos constat puriorem hellenismum sectatos esse, vide ne librariis imputan-

dum sit. Velut Dionysius Halicarn. vol. 1. p. 185. videtur scripsisse ἐλθεῖν εἰς Ἰταλίαν. Conf. vol. 3. p. 1359. SCHAEF.

591. 22. ἐπειδὴ—ἡ βουλὴ] Si de priore senatu, *quia recens magistratum deposuerat:* sin de posteriore, *quia recens magistratum inierat.* Et de hoc intelligendum esse arguunt ea, quae sequuntur. Quasi diceret: ἐπειδὴ νεωστὶ παρέλαβε τὴν ἀρχήν. WOLF.

591, 25. τὴν ποιήσασαν—αἰτεῖν] Legendum videtur τὴν μὴ ποιήσασαν et μὴ αἰτεῖν, ut in pagina sequente v. 18. et in ipsa oratione p. 596, 18. JURIN.

591, 28. τὸν ἐποφείλοντα] Nam Androtion paternum debitum aerario nondum solverat. FUNK. τὸν ἔτι ὀφείλοντα corrigebat Wolfius offensus verbo composito, quod pro simplici, quo oratores in hac re uti solent, frequenter legitur apud Dionem Cassium. Ex antiquioribus Thucyd. 8, 15. citavit Schaeferus.

592, 8. παραγραφικῶς] Exceptione scilicet utens: v. orat. p. 599, 603 sq. Est constitutio translativa. v. Cic. de invent. 1. c. 8. FUNK.

592. 12. ἐκ περιστάσεως] Ea circumstantia est τὸ μὴ ποιῆσαι τὰς τριήρεις. Ego vero negarem senatum bene praefuisse, qui triremes non fecisset. Sic nulla esset ἀντινομία. et quae prava consuetudine fiunt, non recte fiunt. Etsi et Demosthenes decretum Ctesiphontis hac ratione defendit. Sed difficile est Graecorum rhetorum disceptare controversias, qui, ut dialectici, suis se compungunt acuminibus. WOLF.

592, 13. παραβέβασται] Recurrit v. 17. παραβαθῆναι v. 16. De his formis agens Lobeckius ad Phrynich. p. 36. debebat Anonymum, non Libanium, antestari. SCHAEF.

592, 21. ἡνίκα—ὦσι] V. not. ad Theocr. 23, 30. SCHAEF.

---

593. 1. Ὅπερ Εὐκτήμων—πειράσομαι ποιεῖν] Digna animadversione breviloquentia, quam fere sic resolvas: Ὅπερ Εὐκτήμων ποιεῖ—ἅμα τῇ τε πόλει βοηθεῖν οἰόμενος δεῖν καὶ δίκην ὑπὲρ αὑτοῦ λαβεῖν, τοῦτο κἀγὼ πειράσομαι ποιεῖν. SCHAEF. Hermogenes vol. 3. p. 281: Αἱ παρισώσεις αἵπερ καὶ πλεονάζουσι παρὰ τῷ Ἰσοκράτει· εἰσὶ δὲ καὶ παρὰ τῷ ῥήτορι, οὐ μὴν τοσαῦταί γε οὐδὲ τοιαῦται. μάλιστα δ' ἐκεῖναι παρ' αὐτῷ σπάνιαι ὅσαι τὸ καθ' αὑτὰς ἀκριβὲς ἔχουσιν, οἷόν ἐστι καὶ τὸ "τῇ τε πόλει βοηθεῖν οἴεται δεῖν καὶ δίκην ὑπὲρ αὑτοῦ λαβεῖν, τοῦτο κἀγὼ πειράσομαι ποιεῖν." τοιαύτην γὰρ παρίσωσιν καὶ οὕτως ἐπιτετηδευμένην οὐδεμίαν εὑρεῖν ἑτέραν ἔχομεν παρά γε τῷ ῥήτορι.

593.4. ἐὰν ἄρα οἷός τε ὦ] Usitata oratoribus modestiae formula, quacum Funk. comparat Isaeum or. 4 init.: εἰκὸς οὖν μοι δοκεῖ εἶναι, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, συνειπεῖν αὐτοῖς. Lysiam or. 5 init.: νῦν δέ μοι δοκεῖ αἰσχρὸν εἶναι—μὴ βοηθῆσαι Καλλίᾳ τὰ δίκαια, ὅπως ἂν δύνωμαι.

593. 7. εἰς χρήματα καὶ τὸ—ἐκπεσεῖν] Alia prius, alia posterius ratione dicitur. Illud indicat insidias structas ad bonum aufe-

rendum, hoc ad malum afferendum. Compares Homerica καμάτῳ ἀδδηκότες ἠδὲ καὶ ὕπνῳ, ὕπνῳ καὶ καμάτῳ ἀρημένος. SCHAEF. In or. adv. Timocr. p. 701. extr. Εὐκτήμων εἰς χρήματ᾽ ἔσθ᾽ ἃ κακῶς ἔπαθεν.

593, 9. ἐκπεσεῖν cum aut in exilium ejici aut omnino caussa excidere significet, aperte hic priorem vim habet, quod jam Jurinus intellexit. Ulpianus hunc locum plane non intellexit; sic enim scripsit: ἐπειδὴ ὁ κλέπτων τὰ κοινὰ εἰς ζημίαν χρημάτων βλάπτεται καὶ τῆς οὐσίας ἐκπίπτει· διὰ τοῦτο οὕτως εἴρηκε· καὶ τὸ παρ᾽ ὑμῶν ἀδίκως ἐκπεσεῖν, ὅτι ἐκβέβληται τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς ἀπαιτήσεως τῶν εἰσφορῶν. διὸ καὶ εἶπεν ἀδίκως. Ea narrantur p. 608. FUNK.

593, 11. αἰτιασάμενος γάρ με, κ. τ. λ.] Recurrit h. l. p. 702, 4. Citat quoque Aristides Τέχν. p. 250. REISK.

593, 15. τὸν θεῖόν μου] Euctemonem puta. REISK. Ulpianus: Οὐκ ἠδύνατο Ἀνδροτίων φόνου κατηγορίαν κατὰ τοῦ Διοδώρου ποιήσασθαι μὴ ὢν τοῦ πεφονευμένου συγγενής· αὐτοῖς γὰρ μόνοις ἐπιτρέπουσιν οἱ νόμοι. γράφεται οὖν τὸν ἀδελφὸν τοῦ ἀνῃρημένου θεῖον ὄντα τοῦ Διοδώρου ἀσεβείας κ. τ. λ. V. Meier. de lite Att. p. 164. FUNK. Adde Schoemann. Antiq. publ. p. 288.

593, 23. παρὰ μικρὸν fieri dicitur quod utrum fiat necne a parvo momento pendet, ut in locis ab Reisk. comparatis p. 688. παρὰ τρεῖς μὲν ἀφεῖσαν ψήφους τὸ μὴ θανάτῳ ζημιῶσαι. p. 743, 21. παρ᾽ ὀλίγας ψήφους ἠτιμώσατε. p. 217. ὃ παρ᾽ ἐλάχιστον ἐποίησεν αὐτοὺς ἀφαιρεθῆναι δικαίως τὴν κατὰ θάλατταν ἡγεμονίαν.

594, 1. τουτονὶ] Praestat τοῦτον, quod est in S. aliisque.

594, 5. δημοσίᾳ] Non jungendum cum verbo πεπολιτευμένος, sed utrumque per se positum. FUNK.

594, 12. ἁπλοῦν—οὐδὲ δίκαιον οὐδὲν] Adverte in enuntiatione negativa particulam οὐδὲ vice fungi copulae καί. SCHAEF.

594, 13. πλάττων καὶ παράγων] Sic p. 987, 14: τοῦτο γὰρ πλάττουσιν οὗτοι καὶ παράγουσι, significat *aliquod commentum, quo decipias, afferre.* Plane ut παράγειν τι dicitur φενακίζειν τι a Dem. p. 362. FUNK.

594, 16. ἐσχόλακεν ἐνὶ τούτῳ] Vulg. ἐσχόλακεν ἐν τούτῳ. Malim ἐσχόλακεν ἐνὶ τούτῳ. *huic uni rei cacavit.* Scilicet τῷ λέγειν ἐντέχνως vel τεχνικῶς. REISK. Non fuit cur haec omnium librorum scriptura desereretur. σχολάζειν ἔν τινι i. q. ἐνσχολάζειν τινί. SCHAEF. Non dubitandum quin dici possit σχολάζειν ἔν τινι, quemadmodum σχολάζειν πρὸς τῇ λύρᾳ dixit Phalaris Epist. p. 64, 19. Sed recte sensit Reiskius consilio oratoris multo melius convenire ἐνὶ τούτῳ. Ad hoc argumentum quum inusitata accedat structura verbi cum praepositione ἐν, non dubitavi ἐνὶ restituere.

594, 23. τοῦ ἀπροβουλεύτου] Anecd. Bekk. p. 440, 21. Ἀπροβούλευτον· τὸ μὴ πρότερον εἰς τὴν βουλήν, ἀλλ᾽ εὐθὺς εἰς τὸν δῆμον εἰσαχθὲν ψήφισμα. οὕτω Δημοσθένης. FUNK.

594, 26. ταῦτ᾽] Scilicet, cane senatus egerit, quae digna sint

corona. REISK. Ego vero intelligo de argumento legis: Ἐὰν ἀξίως—τὴν δωρεὰν αὐτῇ. SCHAEFER. Recte Reiskius. Cf. p. 596, 3.

594, 28. *γινόμενα*] Scribendum *γιγνόμενα*.

594, 29. *ἐγὼ δ' αὐτὸ τοὐναντίον οἶμαι*] Codices tres *αὖ* pro *αὐτό*. quemadmodum p. 554, 2. legitur *ἐγὼ δ' αὖ τοὐναντίον οἶμαι*. Verum illic quoque *αὐτὸ* restituendum ex S.

οἴομαι—νόμοι] Verto: *arbitror*—rogatores *ad populum ferre senatusconsulta de his rebus solis, de quibus jubent leges*. Plenius p. 1346, 16. *ἐξήνεγκε προβούλευμα εἰς τὸν δῆμον*. SCHAEF.

595, 3. *μὴ κεῖνται*] Sententia postulat *ἀπαγορεύουσιν* aut *οὐκ ἐῶσιν οἱ νόμοι*. *quae per leges vetita, interdicta sunt*. Concludit sic: Senatusconsulta fiunt solummodo de iis rebus, quas leges permittunt; de iis minus, quae per leges sunt vetitae. Sed senatum defunctum coronari, qui triremes perfectas dare neglexerit, leges vetant. Nullum itaque senatusconsultum de coronando hoc senatu, qui partibus in hac re suis defuit, fieri potuit. REISK. *μὴ κεῖνται νόμοι* i. q. *μὴ κελεύουσιν οἱ νόμοι*. SCHAEF.

595, 8. *οὐ μὴν ἀλλ', εἰ τοῦτο κ. τ. λ.*] Luculentam hanc argumentationem paene repetit Demosthenes in Aristocrat. p. 655. *μὴ δὴ τοῦθ' ὑμῖν ἐᾶτε λέγειν, ὡς γέγονεν, ἀλλ' ὡς ἔστι δίκαιον γενέσθαι, μηδ' ὡς ἕτεροι δικάσαντες ἐκύρωσαν ἐκεῖνα, ἀλλ' ὑμᾶς αὐτοὺς ἀξιοῦτε διδάσκειν, ὡς δικαιότερ' ἡμῶν περὶ τοῦδε λέγουσιν.—ἔτι τοίνυν ἔμοιγε δοκεῖ καὶ σφόδρα ἀναιδὴς ὁ τοιοῦτος εἶναι λόγος, ὡς γέγονε καὶ πρότερον τισὶν ἄλλοις τοιαῦτα ψηφίσματα. οὐ γὰρ, εἴ τι πώποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη, σὺ δὲ τοῦτ' ἐμιμήσω, διὰ τοῦτ' ἀποφεύγειν σοι προσήκει, ἀλλὰ τοὐναντίον πολὺ μᾶλλον ἁλίσκεσθαι διὰ ταῦτα. ὥσπερ γὰρ, εἴ τις ἐκείνων ἑάλω, σὺ τάδ' οὐκ ἂν ἔγραψας, οὕτως, ἂν σὺ νῦν ἁλῷς, ἄλλος οὐ γράψει*. Operae pretium erit ista Ciceronis conferre, in Verr. 3, 205. *Quid igitur dicet? Fecisse alios. Quid est hoc? Utrum crimini defensio, an comitatus exsilio quaeritur? Tu in hac republica, an in hac hominum libidine et (ut adhuc habuit se status judiciorum) etiam licentia, non ex jure, non ex aequitate, non ex lege, non ex eo quod oportuerit, non ex eo quod licuerit, sed ex eo quod aliquis fecerit, id quod reprehenditur recte factum esse contendes?—illud—eadem ista ratione defendes, fecisse alios? Ut ego assentiar orationi, defensionem tamen non probabo. Potius enim, te damnato, caeteris angustior locus improbitatis defendendae relinquetur, quam, te absoluto, alii, quod audacissime fecerunt, recte fecisse existimentur.* Ibid. 208. *Desinite dubitare, utrum sit utilius propter multos improbos uni parcere, an unius improbi supplicio multorum improbitatem coërcere.* Ibid. 210. *In quos aliquid exempli populus Romanus statui putat oportere, ab iis tu defensionis exempla quaeris?* Ibid. 213. *Homines in judiciis ad crimen defendendum, non, quid fecerit quispiam, proferre solent, sed quid probarit.* SEAGER. Diar. Classic. 55. p. 56.

595, 11. *ἀρκτέον—ἀπὸ σοῦ πρώτου*] V. ad p. 116, 16.

595, 20. *οὐκ ἐῶντος ἐξεῖναι*] Or. contra Neaer. p. 1381. *καὶ ὕστερον οὐκ ἐᾷ (ὁ ῥήτωρ) γίγνεσθαι Ἀθηναῖον ἐξεῖναι.* Ibid. p. 1384. *ἂν ἄδειαν λάβωσι τοῦ ἐξεῖναι.* V. Bernhardy Synt. p. 44. FUNK.

595, 27. *ἐγὼ δ', εἰ μὲν ἔδωκ' κ. τ. λ.*] Sententia: Si auctor vobis fui in meo scito, ut senatui donum roganti daretis, fateor me scivisse rem legibus adversantem. REISK.

595, 28. *εἴρηκα*] Scilicet *ψήφισμα*. Et est quasi verbum solenne et legitimum de eo qui rogationem fert. Infra p. 601, 1. *εἰρηκότα αὐτὸν παράνομα.* TAYLOR.

596, 3. *ὁ ταῦτ' ἐπιψηφίζων κ. τ. λ.*] Citat Harpocrat. v. *διαχειροτονία*, item v. *ἐπιψηφίζων*, ubi tamen male interpretatur. REISK. Nec rectius Zonaras p. 849. SCHAEF.

596, 5. *τὴν ἀρχὴν οὐδ' ἐπερωτᾶν προσῆκε*] *Ii omnino ad populum de ea re referre non debent.* Ita p. 595, 2. *περὶ ὧν γε μὴ κεῖνται νόμοι, οὐδὲ γράφειν τὴν ἀρχὴν προσήκει.* TAYLOR.

596, 8. *ἔστιν ἃ Μειδίου —*] Idem videtur esse ac si dixisset: *τοῦ τε Μειδίου καὶ ἄλλων τινῶν μετ' αὐτοῦ κατηγορούντων τῆς βουλῆς. cum Midias aliique una cum eo senatum accusarent.* Nam possit etiam aliter accipi, hoc nempe modo: *cum Midias senatum aliosque praeterea accusaret.* Quae prava foret interpretatio. REISK. Midias utrum idem sit contra quem orationem habuit Demosthenes an alius non liquet.

596, 19. *γένοιτ' ἐπὶ τῷ δήμῳ*] *Ne populus, etiamsi velit, possit neque lenociniis persuasionum impelli neque imposturis eo induci.* REISK. Optativo utitur, licet praesentis temporis verbum praecedat, consilium indicans quod illi olim, qui leges sanxerunt, secuti sint. Similiter p. 745, 20. *οὗτος ὁ νόμος—κεῖται—ἵνα μὴ—ἀναγκάζοιντο.* V. Schoemann. ad Isaeum p. 239.

596, 20. *ὁ τιθεὶς τὸν νόμον*] *Auctor legis.*

596, 22. *ἀλλ' ὃ δίκαιον ἦν εὑρεῖν*] *Sed quod excogitari posset justum.* JURIN. Conf. p. 642, 2. *πάντες ἀσθενέστερον ἂν τὸ δίκαιον εὑρεῖν ἡγοῦνται περὶ τούτων αὐτοὶ τοῦ παρὰ τούτοις εὑρημένου δικαίου.*

596, 25. *ἐῇ* error typothetae pro *ἐᾷ*.

597, 1. *τὸ ἰσχυρὸν*] Subaudi *ἀπόρρημα* vel simile quid. *hoc validum. tenax et minax, ingentibus poenis praemunitum, inexpugnabile interdictum e rep.* vel *ad reip. commodum sic esse latum.* REISK.

597, 3. *θάτερα, ἵνα μηδὲν εἴπω φλαῦρον*] De hoc usu vocis *θάτερα* Schaeferus laudat Buttmannum in Meinekii Menandreis p. 581. Compara Dem. p. 269. *καλῶν ἢ μὴ τοιούτων.* p. 298. *εἰ μέν τι τῶν δεόντων ἐπράχθη, τὸν καιρὸν, οὐκ ἐμέ φησιν αἴτιον γεγενῆσθαι, τῶν δ' ὡς ἑτέρως συμβάντων ἁπάντων ἐμὲ καὶ τὴν ἐμὴν τύχην αἰτίαν εἶναι.* FUNK.

597, 7. *τοῦτο μὲν*] De usu formulae *τοῦτο μὲν*, non sequente *τοῦτο δὲ*, v. quae ex meis schedis dedit Hermannus ad Viger. p. 702. Formulae autem *εἰ βούλει* usus solennis est, quando de pluribus exemplis, quae sunt in promtu, unum aliquod decerpitur memorandum. Vertas: *ut hoc* (*his*) *utar.* Plato Hipp. Maj. p. 282 C. *εἰ δὲ βούλει, ὁ ἡμέτερος ἑταῖρος —.* SCHAEF.

597, 11. ἴστε—ἀκοῇ] V. Lennepius ad Phalar. p. 229. b. SCHAEF.

597, 12. τὴν πόλιν ἐκλιπόντες κ. τ. λ.] V. Herodot. 8, 41. Idem narrat Lysias p. 194, 1.—ἐξέλιπον ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος τὴν πόλιν—, ὑπεκθέμενοι δὲ παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ μητέρας εἰς Σαλαμῖνα συνήθροιζον καὶ τὸ τῶν ἄλλων συμμάχων ναυτικόν. FUNK.

597, 17. μνήμην] μνείαν in duobus codicibus, in alio antiquiore μνείαν μνήμην, unde origo patet erroris, qui non debebat defendi ab Schaefero usitata locutione ποιεῖσθαι μνείαν p. 595, 28. aut Antiattiastae notatione in Bekk. Anecd. p. 107, 25. μνείαν· τὴν μνήμην. Σοφοκλῆς Ἀλεξάνδρῳ.

ἀρχαῖα καὶ παλαιά] Frequens horum adjectivorum conjunctio, cujus exempla v. in Stephani Thes. ed. Paris.

597, 20. ὑποσπόνδους ἀπεπέμψατε] Sententia auctoris est, Athenienses, datis induciis et certis conditionibus propositis, abeundi potestatem dedisse. Sed dicunt τοὺς νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀνελέσθαι, *tollere ad sepulturam cadavera, induciis ab hoste ea facultate impetrata.* WOLF. Expeditio Atheniensium, quam orator significat, facta est Olymp. 105, 3. V. ad p. 259, 9. et Clinton. Fast. Hell. vol. 2. p. 124.

597, 25. τὰ μὲν πολλὰ ἐάσω· ἀλλ'—παρέστησαν] Haec breviloquentia usitatissima. Sic p. 108. τὰ μὲν ἄλλα ἐάσω· ἀλλ' ἐπειδὰν—. Reisk. explicat: ἀλλ' ἓν τοῦτο μόνον ἐρῶ· ἐπειδὰν—. p. 447. τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ· ἀλλὰ—ἐξεκήρυξεν. et alibi. Simili ratione dicitur p. 615. τὰ μὲν οὖν πολλὰ ὧν λέγων ὑμᾶς ἐφενάκιζε παραλείψω· φήσας δ'—ἔπεισεν. FUNK.

597, 26. ἀλλ' ἐπὶ—συμβάντων] Citat Tiberius p. 52. SCHAEF.

Δεκελεικοῦ πολέμου] V. Thucyd. 7. 19 coll. Clinton. Fast. Hell. Olymp. 91, 4. Decelea munita est Ol. 91, 4, Athenas Lysander cepit Ol. 94, 1. Hinc Isocrat. p. 380 B. id bellum intelligens decem annos Lacedaemonios cum Atheniensibus bellasse dicit. Breviter eam rem commemorat Dem. p. 258, 13. 562, 4. 1304, 7. Cornel. Nepot. Alcib. 4. FUNK.

τῶν γὰρ ἀρχαίων—ὑπομνήσω] Parenthesin Tiberius sic partim contractam partim corruptam dat: ἐν γὰρ, ὃ πάντες ἐμοῦ μᾶλλον ἐπίστασθε, μὴ ὑπομνησθῶ. SCHAEF.

597, 28. τε post πολλῶν vulgo lecto caret Tiberius. SCHAEF.

ἀτυχημάτων] Non habet Tiberius.

οὐ πρότερον—ἀπώλετο] Citant Anecdot. Bekker. p. 164, 9. SCHAEF.

597, 29. παρέστησαν] Anecd. Bekk. p. 166, 5. Παρίστημι· λαμβάνω, αἰτιατικῇ. Δίων εἰκοστῷ δευτέρῳ βιβλίῳ· "ὧν τὰ μὲν βίᾳ ᾕρει, τὰ δὲ καὶ ὁμολογίᾳ παρίστατο." Rectius p. 289, 15: Παρέστησαν· ἐνίκησαν, ἐπεὶ τάχα οἱ ἡττώμενοι καὶ οἱ αἰχμάλωτοι παρίστανται τοῖς νενικηκόσιν ὡς δοῦλοι δεσπόταις. Etym. M. p. 653, 1: Παρέστησαν, Δημοσθένης, ἐνίκησαν· ἐπειδὴ οἱ ἡττώμενοι παρίσταντο τοῖς νενικηκόσιν, ὡς δοῦλοι δεσπόταις. Scribendum ἐνικήθησαν cum Tayloro Dem. p. 14, 12. Ὄλυνθον παραστήσεται. Taylor. exempla attulit haec: Thuc. 1, 98, 124 (ibid. c. 114 scribi maluit: τὴν

μὲν ἄλλην ὁμολογίᾳ παρεστήσαντο pro vulgato *κατεστήσαντο*) et Herod. 3, 13. Adde 3, 155. FUNK.

598, 1. *καὶ τί δεῖ τὰ παλαιὰ λέγειν;*] V. Wyttenbachii Julianea p. 141. edit. Lips. SCHAEF.

τὸν τελευταῖον γὰρ ἴστε] Ad haec schol. cod. Aug. dicit: *ὁ γενόμενος περὶ Κέρκυραν*. Corcyra potitus est Timotheus, Cononis filius, et Lacedaemonios pugna navali ad Alyziam v. Leucada vicit Ol. 101, 2 (a Ch. 375), v. Xen. Hell. 5, 4, 64. Clinton. ad Olymp. 101, 2. sed Athenienses crescentem Thebanorum potentiam metuentes et omnium rerum inopia coacti pacem cum Lacedaemoniis faciunt (Hell. 6. c. 2 init.). Timotheus igitur a Corcyra redux, cum Zacynthiorum exsules restitueret, novam belli praebuit ansam, quod bellum in or. adv. Neaer. p. 1357, 5. *ὁ ὕστερος πόλεμος* dicitur. Lacedaemonii Corcyram obsederunt: sed Iphicrates eos Ol. 101, 4 vicit Corcyramque liberavit (Hell. 6, 2, 2—38). Deinde pax secuta est Ol. 102, 1. V. Hell. 6, 3 coll. Clinton. p. 110. Quanta vero inopia Athenienses eo bello pressi sint, apparet e Xen. l. l. 6, 2 init. et ex eo, quod cum Timotheus ad Corcyram obsidione liberandam classem parare vellet, unde in Attica id faceret, non habuit, quam ob caussam Athenienses ei succensentes Iphicratem ducem elegerunt, qui undecunque posset, naves collegit. V. ibid. §. 14. FUNK. Mihi vero orator totum bellum et tempus pugnam Naxiam praegressum videtur non minus in mente habuisse quam Timothei expeditionem. REHDANTZ. Vit. Iphicr. p. 65.

598, 4. *ἴστε ὀρόβους ὄντας ὠνίους*] Ciceres venales videntur symbolum fuisse summae caritatis annonarum et civitatis ad extremam miseriam redactae. Nam in abundantia et vilitate aliarum specierum annonariarum nemo honestior facile ciceres requirat. REISK.

598, 5. *ὠνίους*] Simpliciter *venales*, non *magno pretio venales*, ut explicat Reiskius in Ind. Graecitat. SCHAEF.

598, 8. *ὅρον τεθείκατε*] Anecd. Bekk. p. 285, 12: *ὅρος· ἔστι μὲν καὶ τὰ ὅρια καὶ τῆς χώρας τὰ τέλη, τίθεται δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ κανόνος.* Usitatissima metaphora. Dem. p. 324, 27. *τὴν δ' ἐλευθερίαν καὶ τὸ μηδένα ἔχειν δεσπότην αὐτῶν, ἃ τοῖς προτέροις Ἕλλησιν ὅροι τῶν ἀγαθῶν ἦσαν καὶ κανόνες, ἀνατετραφότες.* p. 548, 24. *ἕνα ὅρον θέμενος παντὶ τρόπῳ με ἀνελεῖν.* Plane diversum est, quod apud oratores frequentissimum, *ὅρους τιθέναι* vel *ἱστάναι*, aedibus vel fundis oppigneratis palos affigere. FUNK.

598, 14. *εἰς τοῦτ' ἐλήλυθε τοῦ νομίζειν*] Frequentissimus est in hac formula substantivorum genitivus, rarior infinitivi cum articulo: de quo monuit Wolfius. Plat. Menon. p. 84 Steph.: *Ἐννοεῖς αὖ, ὦ Μένων, οὗ ἐστιν ἤδη βαδίζων ὅδε τοῦ ἀναμιμνήσκεσθαι;* FUNK.

598, 23. *ταμίας ἀποδρὰς ᾤχετο*] Id est *ταμίας αἴτιος ἦν, ὃς ἀποδρὰς ᾤχετο.* de qua breviloquentia dixit Heindorf. ad Plat. Gorg. §. 163, Protagor. §. 77. Dem. p. 584. *οὐ γὰρ ἐκ πολιτικῆς αἰτίας, οὐδ' ὥσπερ Ἀριστοφῶν ἀποδοὺς τοὺς στεφάνους ἔλυσε τὴν προβο-*

λὴν, ἀλλ' ἐξ ὕβρεως—κρίνεται. p. 688. τὸ τελευταῖον δὲ νῦν, ἐπειδὴ Κερσοβλέπτην ἠξίουν ὧν αὐτοῖς ἐδόκει—. προστιθέασι δύο αὐτῷ, τὸν μὲν ὅσα ὑμεῖς ἀκηκόατε εἰργασμένον κακὰ, τὸν δ' ὅλως οὐδεὶς οἶδεν ἀνθρώπων τίς ἐστιν etc. FUNK.

598. 24. πένθ' ἡμιτάλαντα. Id est $2\frac{1}{2}$. ut πένθ' ἡμιταλάντων p. 956, 17., non $4\frac{1}{2}$, ut Ulpianus accepit absurde. Summa autem duorum talentorum et dimidii ne cui minor videatur quam quae caussa esse potuerit τοῦ μὴ πεποιῆσθαι τὰς ναῦς, cogitandum nihil aliud his verbis significari quam fraudem ab quaestore factam impedivisse quominus legitimus triremium quotannis construendarum numerus, sive is ut antiquioribus temporibus viginti, sive alius fuit, conficeretur. Cf. Boeckh. Oecon. vol. 1. p. 268.

599. 8. οἴεσθε δεῖν προφάσεις—ἀκούειν. Editiones veteres οἴεσθε προφάσεις—δεῖν ἀκούειν. Sed ille verborum ordo solennis est: nam infinitivus δεῖν continuo sequi solet verbum οἴομαι. V. p. 600, 2. 603, 16. 604, 3. 605, 27. 608, 10. 610, 12. 613, 2. 649, 10. 651. 3. 20. 803, 16. Nec tamen hic ordo perpetuus est. δεῖν δ' ᾤετο μηδένα ἀποστερεῖσθαι — p. 601. 16. δεῖν οἴομαι γενέσθαι p. 628. 8. οὐ δὴ δεῖν ᾤετο — ibid. v. 28. δεῖν ὑμᾶς οἴομαι — p. 658, 21. SCHAEF.

599, 9. τούτου ταῦτ' ἀποδέξεσθε] Haec est plena locutio, ut etiam p. 832. πῶς ἀποδέξασθαί τι προσήκει τούτων λεγόντων; Sed etiam simpliciter cum genitivo construitur. V. p. 1292, 8. FUNK.

599, 15. πικρῶς καὶ ἁπλῶς] Non male schol. cod. Bavaric. ita explicat: πικρῶς ἐν τῷ κολάζειν, ἁπλῶς ἐν τῷ χωρὶς κακουργίας ἀκούειν. Schol. cod. Aug. πικρῶς μὲν ἀντὶ τοῦ δικαίως, ἁπλῶς δὲ ἀντὶ τοῦ ἀπανουργεύτως. Reisk. bene interpretatur: *destricte, praecise, sine ulla causatione vel exceptione.* Eodem sensu Dem. p. 26, 3. πικρῶς ἐξετάσαι dicit. FUNK.

599, 20. ἄλλος—οὐδεὶς ἀνθρώπων] Subaudi πλὴν τῆς βουλῆς αὐτῆς. *neminem alium praeter ipsum senatum in caussa fuisse, cur—.* V. p. 598, 21. REISK.

599, 23. ἐχειροτόνησεν αὐτήν] Certissimum est ad voces istas, ὅτι τοίνυν οὐδ' αἴτιος et quae sequuntur, novam periodum esse instituendam. Suscepit enim novum argumentum elaborandum: καὶ τοῦτο σαφῶς ὑμῖν ἐπιδείξω. Et tamen tota illa σαφὴς ἐπίδειξις verbis his obscurissimis continetur: ἀνελοῦσα γὰρ ἡ βουλὴ τὸν νόμον, τοῦτον ἐχειροτόνησεν αὐτῇ. Nam immediate sequitur res nova et alienissima: ἔτι τοίνυν ἐπιχειρεῖ λέγειν περὶ τοῦ τῆς ἑταιρήσεως νόμου. Locum igitur ita ordina: Ὅτι τοίνυν οὐδ' αἴτιος ἄλλος ἐστὶν οὐδεὶς ἀνθρώπων τοῦ μὴ πεποιῆσθαι τὰς ναῦς, καὶ τοῦτο σαφῶς ὑμῖν ἐπιδείξω. ἀνελοῦσα γὰρ ἡ βουλὴ τὸν νόμον, τοῦτον ἐχειροτόνησεν αὐτῇ * * * * * *. Ἔτι τοίνυν ἐπιχειρεῖ λέγειν κ. τ. λ. TAYLOR. Tayloro defectum hic reperisse sibi viso non assentior. Quod enim ἀνελοῦσα ἡ βουλὴ τὸν νόμον τοῦτον (de senatu non coronando, nisi triremes instruxisset) αὐτὴν ἐχειροτόνησεν, quid aliud est quam ἐπίδειξις σαφὴς, ὅτι οὐκ ἄλλος ἐστὶν αἴτιος τοῦ μὴ πεποιῆσθαι τὰς ναῦς; Qui si fuisset, nimirum senatus, legi non

facta vi, hanc erat viam initurus, ut culpam in sontem transferens donum a populo expeteret. De scripturae autem diversitate, quam grammatici commemorarunt, fortasse orator dedit ἐχειροτόνησεν αὐτὴ αὑτήν. SCHAEF. Recte conjicere videtur αὐτὴ αὑτήν. Idem probat Mart. Mohrius in Commentatione de hoc loco edita Coloniae Agripp. a. 1845. qui interpretatur, legem saluberrimam evertit de navibus struendis et tamen coronam sibi decrevit Senatus.

599, 27. ἵν' ἐκεῖ—ἐφαινόμεθα] Citant Anecd. Bekk. p. 149, 10. SCHAEF.

599, 28. χιλίων] Ex hoc loco cognoscitur in hac quoque ἑταιρήσεως γραφῇ, ut in aliis actionibus publicis, mille drachmarum poenam constitutam fuisse, si accusator caussam perderet. Usitata formula ἐν χιλίαις ὁ κίνδυνος redit infra p. 601. 701. Ceterum χιλιῶν scribendum περισπωμένως ex praecepto grammaticorum. de quo exposui ad Aristoph. Pac. 1237. ubi hunc accentum servavit codex Ravennas.

600, 2. πρῶτον μὲν] Quod exspectes ἔπειτα latet in transitu ad alteram Androtionis exceptionem v. 22: ὅτι πρὸς τοὺς Θεσμοθέτας προσῆκεν ἐπαγγέλλειν. SCHAEF.

600, 5. κεχωρισμένον] V. not. ad Poët. Gnom. p. 9. SCHAEF.

ψιλῷ λόγῳ] Criminationibus, quibus argumenta desunt. FUNK.

600, 16. δίκην] *A quo vel maxime poenas injuriarum repetere queat*; quod facere nequit ab indiciis aut a probabilibus argumentationibus. REISK. Scilicet αὐτὸν ὑπεύθυνον ποιήσας μαρτυρεῖ ταῦτα v. 18. SCHAEF.

600, 17. ἄνδρα παρεσχηκότα] Mallem ἀνδρὶ παρεσχηκότι cum lectione, quae in veteribus quibusdam codicibus comparet, videlicet: ἡμεῖς τοίνυν οὐκ ἐκ λόγων εἰκότων, οὐδὲ τεκμηρίων, ἀλλὰ παρ' οὗ μάλιστα δίκην ἔστι λαβεῖν, τούτῳ ταῦτ' ἐπιδείκνυμεν, —. SEAGER. Diar. Classic. 55. p. 58. Bekkerus conjecit ἀνδρὸς παρεσχηκότος. Videndum tamen ne hoc pacto non librarios, sed ipsum scriptorem corrigamus, qui fortasse haec verba, cum referre deberet ad παρ' οὗ, retulit ad verbum proxime antecedens ἐπιδείκνυμεν: cujusmodi inflexiones constructionis notandae, non corrigendae videntur. SCHAEF.

γραμματεῖον] Nam scripta testimonia proferre lege jussum erat. V. Schoemann. de lite Att. p. 675. FUNK.

600, 18. αὐτὸν ὑπεύθυνον ποιήσας] Ita ut de quibus testaretur, ea periculo suo praestaret. p. 1105. εἰ δὲ ταῦτ' ἐνῆν, τὸν παρασχόντ' αὐτὸν ἠξίουν μαρτυρεῖν καὶ ἐθελήσαντος μέν γ' ὑπεύθυνον ἐλάμβανον κ. τ. λ. FUNK.

600, 21. ἃ δ' οὗτος ποιεῖ] Cum nos scilicet mendacii et falsae criminationis arguit nil nisi verissima incusantes. REISK.

600, 25. περὶ τοῦ νόμου] I. e. περὶ τοῦ τῆς ἑταιρήσεως νόμου. V. p. 599, 23. Eadem lex intelligenda p. 601, 4. SCHAEF.

600, 27. παρανόμων] Vide ad p. 515, 26.

601, 4. *περὶ τούτου τοῦ νόμου*] Illa de lege, quae vetat homines concionari vitae flagitiose actae turpitudine infames. REISK.

601, 5. *τοὺς νόμους τούτους*] Has ambas, quas modo commemoravi, leges. REISK. Modo commemoravit unam. *τοὺς νόμους τούτους*, leges, quibus hac in lite utor. SCHAEF.

601, 6. *οὐδὲν ὅμοιος ὢν τούτῳ νομοθέτης*] Eadem verba in Timocr. p. 732, 18. Acerbius etiam orator dicit ibid. p. 733. *ὅμοιός γε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Σόλων νομοθέτης καὶ Τιμοκράτης.* p. 735. *ὁ Σόλων, —ᾧ οὐδ' ἂν αὐτὸς Τιμοκράτης φήσαι ὅμοιος νομοθέτης εἶναι.* Non dissimile est quod infra p. 616. et Timocr. p. 756. dicitur: *ὅμοιόν γε, οὐ γάρ; τοῦτο τοῖς προτέροις ἐπιγράμμασιν κ. τ. λ.* FUNK.

601, 11. *δεινοὺς*] *δυνατοὺς λέγειν*, ut v. 14. Quibus opponuntur *ἰδιῶται* v. 15. SCHAEF.

601, 14. *ὡς τοῖς θρασέσι καὶ δυνατοῖς λέγειν*] Subaudi *ἐξέσται* aut simile quid: nam *ἐξαρκέσει* si repetas, subaudias quod parum conveniat cum ingenio *τῶν θρασέων καὶ δυνατῶν λέγειν.* SCHAEF.

601, 17. *ἐὰν—κλοπῆς*] *ἐὰν πολλὰς ὁδοὺς δῷ —, οἷον τῆς κλοπῆς* idem valet quod *ἐὰν πολλαῖς ὁδοῖς δῷ διὰ τῶν νόμων ἐπεξιέναι τοῖς ἠδικηκόσιν, οἷον τῆς κλοπῆς.* SCHAEF.

601, 19. Post *πιστεύεις* non interrogandi signum, sed colon poni volui.

ἄπαγε] Anecd. Bekk. p. 414, 13: *ἄπαγε· ἀντὶ τοῦ χρῶ τῇ ἀπαγωγῇ· οὕτω Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀνδροτίωνος.* Eadem fere apud Harpocrationem, ubi *ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος* (qua in oratione substantivum legitur *ἀπαγωγή* p. 1256, 8.): sed codex Palat. *Ἀνδροτίωνος.*

ἐν χιλίαις δ' ὁ κίνδυνος] Anecd. Bekk. p. 188, 18: *ἐν χιλίαις ὁ κίνδυνος καὶ χιλιῶσαι· οἱ κατηγοροῦντες τοὺς κλέπτας καὶ μὴ παριστῶντες χιλίας δραχμὰς ἐτέλουν κ. τ. λ.* Eadem formula legitur apud Pollucem 8, 49. FUNK.

601, 20. *τοῖς ἄρχουσιν*] Undecemviris.

601, 21. *τοῦτο*] Scilicet *τὸ ἀπάγειν.* SCHAEF.

601, 22. *καταμέμφει σεαυτὸν*] Citant Anecd. Bekk. p. 151, 11. Reiskius in Ind. Graecit. explicat: *Tui temet poenitet.* Schaeferus: *οὐ πιστεύεις σεαυτῷ.* Plane sic Wolfius "*Non tibi fidis.*" V. etiam schol. cod. August. ad h. l. Demosth. p. 844, 12: *καὶ ταῦτ' εἰ μὲν ἐδεῖτο λόγου τινὸς ἢ ποικιλίας, ἔγωγε κατώκνουν ἂν τὴν ἐμαυτοῦ καταμεμφόμενος ἡλικίαν.* FUNK.

601, 23. *δικάζου κλοπῆς πρὸς διαιτητὴν*] Anecd. Bekk. p. 414, 8: *ἀπάγειν, ἐφηγεῖσθαι, γράφεσθαι, δικάζεσθαι· τούτων ἕκαστον ἐπὶ τῶν ἑτέρους κατηγορούντων λέγεται. ἀλλ' ἐὰν μὲν πρὸς διαιτητὴν ἡ δικασία γίνηται, καλεῖται δικάζεσθαι.* Idem tradit schol. cod. Bavar. ad h. l. FUNK.

601, 24. *γράφου.—ἐφηγοῦ*] Atqui et *τὸ γράφεσθαι* et *τὸ ἐφηγεῖσθαι* jam dictum est: nisi forte superiora pertineant ad judices, haec ad arbitrum. Ego verba auctoris rejicere nolui, quia fortassis, ut in superiore anantapodoto, ita hic etiam de

industria plebeiam confusionem et *ταυτολογίαν*, ne qua suspicio esset artificii, affectavit. Ulpianus aliter hanc repetitionem excusat. WOLF. Mihi nec Wolfii neque Ulpiani commentum placet. Heraldo Animadv. in Salmas. l. 4. c. 7. §. 10., sic haec legenda et interpretanda videntur, *ἔρρωσαι καὶ σαυτῷ πιστεύεις; ἄπαγε· ἐν χιλίαις δὲ ὁ κίνδυνος. ἀσθενέστερος εἶ; τοῖς ἄρχουσιν ἐφηγοῦ· τοῦτο ποιήσουσιν ἐκεῖνοι. οὐδέτερον βούλει τούτων; γράφου. κατοκνεῖς καὶ τοῦτο καὶ πένης ὢν οὐκ ἂν ἔχοις χιλίας ἀποτῖσαι; δικάζου κλοπῆς πρὸς διαιτητὴν, καὶ οὐ κινδυνεύσεις. τούτων οὐδέν ἐστι τὸ αὐτό. Viribus polles atque iis es fretus? abduc ad* 11 *viros: verum mille drachmis periclitaris. Minus vales viribus? magistratibus indica et eos deducito: ipsi id facient et furem prehendi jubebunt. Neutrum istorum vis? accusa. Hoc etiam non audes et pauperior es quam qui mille drachmas possis solvere? furti age apud minores judices, et extra periculum eris. Haec omnia diversa sunt.* Delevi *φοβῇ καὶ τοῦτο*, item *καταμέμφῃ σαυτὸν*, quae omnia esse existimo verborum *κατοκνεῖς καὶ τοῦτο* interpretamenta. Delevi etiam *γράφου* et *ἐφηγοῦ* repetita. Certissimum est, in his verbis Demosthenis explicari *ἀπαγωγὴν, ἐφήγησιν, γραφὴν, δίκην*, haec quatuor; quicquid autem ultra haec dicitur aut inutiliter repetitur, resecandum esse. Hoc mihi cum Heraldo commune. Delenda vero ista potius censeo, quae in fine sententiae leguntur: *οὐδέτερον βούλει τούτων; γράφου. κατοκνεῖς καὶ τοῦτο; ἐφηγοῦ.* Remoto enim hoc scholio cetera omnia aperta manent et facilia. Ceterum multa de hoc loco disputat etiam Salmasius de Modo Usurarum p. 776 seq. Difficultatem jam Ulpianus sensit, qui haec annotavit, *ἐν τῷ μέρει τούτῳ τῆς λύσεως ἔστι τι τῶν ἀσαφῶν κατὰ τὴν ἐξαγγελίαν, μᾶλλον δὲ κατὰ τὴν ἱστορίαν τῆς πολιτείας, ἃ παρείληπται μὲν ὡς παράδειγμα, δεῖται δὲ τῆς διορθώσεως.* TAYLOR. Secutus sum Taylorum. Alia tentavit Dobraeus: "Collato Heraldo nunc malim *κίνδυνος. ἀσθενέστερος εἶ; τοῖς ἄρχουσιν ἐφηγοῦ· τοῦτο ποιήσουσιν ἐκεῖνοι. οὐδέτερον βούλει τούτων; γράφου. κατοκνεῖς καὶ τοῦτο; δικάζου* [*κλοπῆς*]. Qu. an delenda vox ultima. Scilicet *καταμέμφῃ—ἐκτῖσαι* scholion esse puto ad *ἀσθενέστερος εἶ*, et *φοβῇ καὶ τοῦτο* ad *κατοκνεῖς καὶ τοῦτο*, postrema vero quae delet Taylorus, variam lectionem eamque veram, esse superiorum, non scholion." Alia denique Meieri conjectura est in libro de bonis damnat. p. 106. qui ipse quoque duplicis lectionis vestigia animadvertisse sibi videbatur.

601, 27. *δικάζεσθαι πρὸς Εὐμολπίδας*] Hoc quomodo intelligendum sit docet schol. cod. Aug. *ὁ γὰρ βασιλεὺς ἐπεμελεῖτο τῶν ἱερῶν πραγμάτων καὶ ἐπῆγε τὰς τῆς ἀσεβείας γραφὰς πρὸς τοὺς Εὐμολπίδας.* V. Meier. de lite Att. p. 118 sq. Schoemann. Antiq. publ. p. 301.

602, 3. *πρὸς διαιτητὴν—αὐτῷ λαχεῖν*] Eodem modo p. 1160. *πρὸς τὸν βασιλέα μὴ λαγχάνειν.* In Neaer. p. 1378: *οἱ Πλαταιεῖς λαγχάνουσι δίκην τοῖς Λακεδαιμονίοις εἰς τοὺς Ἀμφικτύονας.* Dicitur igitur et *δίκην λαγχάνειν τινὶ* et omisso *δίκην* simpliciter

λαγχάνειν τινί. ut p. 554: φόνου δ' ἂν εἰκότως ἐμαυτῷ λαχεῖν sc. οἶμαι. Sed hoc usitatissimum. Hinc p. 985. 1 dicitur: τοὺς εἰληχότας ἡμῖν. Item p. 1136. πείσαντα ὑμῶν τοὺς λαχόντας— κύριον εἶναι. FUNK.

602, 3. καὶ γράφεσθαι χρῆν] Vel dele haec verba vel lege ἢ γρ. DOBR. Solum χρῆν delet Sauppius.

602, 10. γράφεις] Scil. ψηφίσματα.

602, 13. ὧν] εἰ vulgo. Schaeferus recepto ὧν τι deleri vult. Non assentior. Explica ita: poenam subi pro iis, quorum id, quod tu rogavisti, aliquid est vel παρανόμων τι, οὐδὲ τὰ ἔννομά σε τοιοῦτον ὄντα (i. e. ἡταιρηκότα) τῶν νόμων ἐώντων, γεγραφώς. FUNK.

602, 15. ὧν παραλείπομεν ἐκείνων ἔχε] Ne putes haec ita dicta esse: χάριν ἐκείνων ὧν παραλείπομεν, sed ὧν a χάριν, ἐκείνων ab ὧν pendet. Bene explicat Reiskius ita: τούτων τῶν τρόπων, οὓς παραλείπομεν ἐκ τοῦ ἐκείνων τῶν τρόπων ἀριθμοῦ. Or. de cor. p. 229: Τὰ μὲν οὖν κατηγορημένα πολλὰ καὶ δεινὰ, καὶ περὶ ὧν ἐνίων μεγάλας καὶ τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι τάττουσι τιμωρίας. FUNK.

602, 20. τῆς πολιτείας] Liberum civitatis statum, δημοκρατίαν, significat. V. ad p. 10, 21.

602, 21. περὶ τούτου] I. e. τῆς πολιτείας. Sic τοῦτο ad δόξης refertur p. 22, 17: ἀλλ' ὁ μὲν (Φίλιππος) δόξης ἐπιθυμεῖ καὶ τοῦτο ἐζήλωκε. ubi v. Schaefer. p. 847, 26: ἐγὼ γὰρ—περὶ τῆς μαρτυρίας τῆς ἐν τῷ γραμματείῳ γεγραμμένης εἰδὼς ὄντα τὸν ἀγῶνα καὶ περὶ τούτου τὴν ψῆφον ὑμᾶς οἴσοντας ἐπιστάμενος κ. τ. λ. p. 848, 20: περὶ τῆς μαρτυρίας μὲν ἔφευγε τὴν βάσανον, περὶ οὗ μάλιστα προσῆκεν αὐτῷ τὸν λόγον ποιεῖσθαι. FUNK.

602, 27. ταῦτα ἀπεῖπεν] His interdixit frequentatione fori et concionis et venia verba ad populum faciendi aut leges ferendi. REISK.

603, 2. δημοκρατία] Pseudo-Demosth. Or. funebr. p. 1409: αἱ δὲ δημοκρατίαι πολλά τε ἄλλα καὶ καλὰ καὶ δίκαια ἔχουσιν, ὧν τὸν εὖ φρονοῦντα ἀντέχεσθαι δεῖ, καὶ τὴν παρρησίαν ἐκ τῆς ἀληθείας ἠρτημένην οὐκ ἔστιν ἀποτρέψαι τἀληθὲς δηλοῦν. De hac libertate dicendi Demosth. p. 111: ὑμεῖς τὴν παρρησίαν ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων οὕτω κοινὴν οἴεσθε δεῖν εἶναι πᾶσι τοῖς ἐν τῇ πόλει, ὥστε καὶ τοῖς ξένοις καὶ τοῖς δούλοις αὐτῆς μεταδεδώκατε κ. τ. λ. FUNK.

603, 5. εἰπεῖν] λέγειν alii libri. Vulgata est reconditior. Graeci saepissime dicunt δεινὸς λέγειν, aliquanto rarius δεινὸς εἰπεῖν, quod legitur etiam p. 502, 28. (Adde p. 180.) Conf. τοῖς θρασέσι καὶ δυνατοῖς λέγειν p. 601, 14. SCHAEF.

603, 11. τοὺς ἄρχοντας] Non *magistratibus*, verum *iis, qui summa rerum potiuntur*. Aliter non procedit argumentatio. TAYLOR.

603, 19. ταῦτα] Wolfius ad sequentia refert vertens: Sic ei respondere poteritis, si dicet nomen suum a nobis fuisse deferendum: Tum nos id esse facturos etc. Mihi ταῦτα potius ad praegressa pertinere videtur, ut significet illud ipsum οὐκ ἐξεῖναι λέγειν οὐδὲ γράφειν αὐτῷ. Sententia haec est: Cum Androtion

pecuniam, quam pater aerario debet, non solverit, neque verba facere coram populo neque quidquam rogare ei licet. Quare si ἔνδειξιν contra ipsum instituendam esse contenderit, illam de publicis debitoribus legem ei in animum revocate. Illud enim, quod postulat, justo tempore faciemus; sed nunc propter aliam caussam in judicium deducitur. Quare non solum illicitam in accusatione viam non ingressi sumus, sed ostendimus etiam ex illa lege jus populum adeundi ei esse ademtum. FUNK.

604, 2. οὓς παρεγραψάμεθα] Recte Taylor. ad p. 229, 20 et 629, 16 dicit παραγράφειν non significare simpliciter describere, verum eo animo, ut in contentionem veniat et opponi possit id, quod describitur: quare id verbum de exceptoriis in jure Attico usurpari, quod ICti Romani exceptione uti appellent. Hinc quod Dem. p. 243. dicit περὶ τῶν παραγεγραμμένων νόμων, Taylorus explicat: Leges, quas describi fecimus, juxta apponi curavimus, et quibus, ut exceptoriis, utimur contra jus, quod Ctesiphon sua rogatione statui voluit. Leges autem quas hoc loco intelligit orator, explicavit p. 594. 595. 599. 603. FUNK.

604, 8. ἀφελέσθαι—περιβαλεῖν] Alii libri ἀφέλησθε—περιβάλητε, quae correctoris est interpolatio facta propter verba ἐκείνων ὁ ἀγών, οὐκ ἐμός, ubi ad orationem rectam transit orator. Quocum Funkh. comparavit Xenoph. Cyrop. 1, 4. extr. ἐνταῦθα δὴ τὸν Κῦρον γελάσαι τε ἐκ τῶν πρόσθεν δακρύων καὶ εἰπεῖν αὐτῷ ἀπιόντα θαρρεῖν, ὅτι παρέσται αὐτοῖς ὀλίγου χρόνου· ὥστε ὁρᾶν σοι ἐξέσται κἂν βούλῃ ἀσκαρδαμυκτεί.

604, 11. μόνον ne putes ad τούτους pertinere, sed referendum est ad totam sententiam hoc modo: "Si hoc tantum vobis propositum esset, ut senatum corona privaretis—." FUNK.

604, 12. μυρίους] Reisk. mavult δισμυρίους. Atque profecto or. I. contra Aristogit. p. 785. dicitur: εἰσὶν ὁμοῦ δισμύριοι πάντες Ἀθηναῖοι. de quo numero conf. Boeckh. Oecon. Athen. 1. p. 35 sq. Clinton. fast. Hellen. p. 387 sq. Alius quidem aliis temporibus numerus civium Atheniensium fuit, sed viginti millia fere Demosthenis tempore fuisse scimus. Vereor tamen ne ipsum scriptorem corrigamus, si cum Reiskio δισμυρίους scribamus; puto ego Demosthenem negligenter dixisse πλείους ἢ μυρίους τοὺς ἄλλους πολίτας, noluisse autem certum civium numerum definire. FUNK.

604, 21. οὐδενὶ δήπουθεν, ἀλλὰ τοῦ γράφοντος—καὶ πείθοντος] Variavit structuram: nam ὄνειδος et genitivum et dativum regere potest. FUNK.

604, 23. τούτους] Androtionem ejusque socios. REISK.

604, 26. καταγνοῦσιν] Ejusdem constructionis participii exemplum Schaefer. affert Herod. 8, 87: ἔδοξέ οἱ τόδε ποιῆσαι, τὸ καὶ συνήνεικε ποιησάσῃ. V. omnino Heindorf. ad Plat. Phaedon. p. 250. Apparet autem participium non pro infinitivo positum esse, sed ita esse hunc locum explicandum: ὅσῳ μᾶλλον ὑμῖν καταγνοῦσιν (i. e. ἐπειδὴ κατέγνωτε) συμφέρει τοῦτο, sc. τὸ καταγνῶναι. FUNK.

604, 28. ἐπὶ τοῖς ἰδιώταις] Opponuntur senatores dicendi rudes senatoribus dicendi peritis, τοῖς λέγουσι. Vertendum itaque: *in potestate senatorum eorum, qui rei oratoriae operam non dant.* JURIN. Dicuntur ἰδιῶται ipsi senatores ii qui quasi pedanei non solebant ad dicendum surgere: alibi ἰδιῶται senatoribus opponuntur, ut Demosth. de f. leg. p. 346, 18. Si quid autem senatus secreto agere vellet, hi ἰδιῶται arcebantur: v. or. in Aristogit. I. p. 776, 18. cf. Aeschin. in Ctesiph. p. 516: alias igitur adesse iis et audire licebat. SCHOEMANN. Antiq. publ. p. 216. Conf. p. 601, 14. SCHAEF.

605, 3. συνεστηκότων] συνεστηκότες sunt satellitium, sodalitium conspirantium et velut coetu facto consistentium uno loco pro caussaque communi contendentium et unita opera nitentium. REISK.

605, 6. διὰ ταῦτα] V. ad p. 685, 27.

605, 8. ὁ ἀντιγραφεύς] Citat Harpocr. s. v. ἀντιγραφεύς. Intelligitur ὁ ἀντιγραφεὺς τῆς βουλῆς, quare articulus additus est. V. Boeckh. Oecon. Athen. vol. 1. p. 201 sq. Schoemann. de comit. Ath. p. 320. FUNK.

605, 10. ἐκεῖ] H. l. pro τότε, *tunc temporis,* anno superiori puta, cum Androtion in curia regnaret et senatus ille obtineret, cui coronam dandam esse hac oratione negatur. REISK. ἐκεῖ καὶ ἐπὶ χρόνου τάσσεσθαι docetur Anecd. Bekk. p. 188. init. SCHAEF.

δι' ἑαυτῶν εἶχον] Quid significet, docet quod sequitur v. 19. ἧς οὗτοι προέστασαν. SCHAEF.

605, 16. ἐὰν μὲν ἀπογνῶτε τὴν γραφὴν ταύτην] Anecd. Bekk. p. 183, 24: Ἀπογινώσκειν· ἀφεῖναι τῶν ἐγκλημάτων. Idem fere monent p. 198, 29. et p. 425. 29. Ibid. p. 419, 24: Ἀπέγνωσαν· τὸ ἐναντίον τῷ κατέγνωσαν. p. 419, 23: Ἀπεγνωκώς· ἀντὶ τοῦ ἀποδοκιμάσας· Δημοσθένης. Male Anecd. p. 426, 23: Ἀπογνούς· Δημοσθένης μὲν ἀντὶ τοῦ ἀπελπίσας, Δείναρχος δὲ ἀντὶ τοῦ ἀποψηφισάμενος. Jam vero ἀπογιγνώσκειν τὴν γραφὴν, *reum absolvere*, cui notioni in sqq. καταγιγνώσκειν oppositum est. ita significat, ut cum judices accusatoris libellum rejiciant ut non pertinentem ad reum et falsa criminantem, ipse reus absolvatur. FUNK.

605, 20. τὰ εὔορκα] Vide quomodo orator judices officii ut memores sint hortetur. Eodem modo p. 525. —καὶ γὰρ εὔορκα ταῦθ' ὑμῖν ἐστὶ καὶ ἄλλως δίκαια. Cf. etiam p. 626. 845. FUNK.

605, 23. καὶ τῶν πολλῶν] Vult orator, patronos istos non senatus universi nec maximae partis senatus, sed suam ipsorum caussam agere, qui pauci numero in senatu dominabantur. JURIN.

606, 4. ἐρωτᾶτε] Mutata constructionis forma pro ἐρωτᾶν positum.

606, 10. οἶμαι—τῶν λόγων] Citant Anecd. Bekk. p. 123, 9. SCHAEF.

606, 11. αὐτὸν] Androtionem. REISK.

606, 12. ὀλίγους] Wolfius ἐνίους. Praestat ὀλίγους ut gravius ad elevandam hanc Androtionis caussationem. SCHAEF.

606, 27. παρὰ] Sic intelligo ut p. 467, 6. οὐκοῦν παρὰ μὲν τὰς τριάκοντα μυριάδας μυρίους δίδωσι μεδίμνους ἡμῖν, παρὰ δὲ τὰς δέκα ὡσπερανεὶ τρισχιλίους. SCHAEF.

τὰς εἰσφορὰς τὰς ἀπὸ Ναυσινίκου] *Tributis Nausinico praetore imperatis.* Potius: e tributis quae ab istius praetura usque ad res gestas Androtionis debebantur. Quod si infra censum istius populi esse videbitur, ne nos in tributis 25 circiter annorum nimium parci videamur, legendum est ἐπὶ Ναυσινίκου, *Nausinico praetore.* TAYLOR. In re aliunde parum cognita cave vulgatam mutes. Ceterum v. Fr. A. Wolfii Prolegom. ad Leptin. p. 98. s. SCHAEF. V. ad p. 816, 1.

607, 1. ἑπτὰ] In or. Timocr. p. 751. quinque tantum talenta exegisse Androtion dicitur. FUNK.

607, 2. ἅπαντα] Subaudi αὐτὸν εἰσπρᾶξαι. SCHAEF.

607, 5. εἰ τοσούτου τιμᾶσθε τὴν πολιτείαν] Citant Anecd. Bekk. p. 175, 12. SCHAEF.

πολιτείαν] πόλιν Anecd. Bekk. SCHAEF.

607, 10. ἃ—ἄξιον] Continuanda haec, deletis distinctionibus. V. not. ad p. 497, 26. Ad ἄξιον autem subaudi εἴη, referendum illud ad particulum ἄν. SCHAEF.

μήτι γε] Subaudi εἰ δοίη. SCHAEF.

607, 15. ἀπὸ τοῦ νόμου] Intelligenda lex est, ob quam tota oratio habetur, de senatu coronando. FUNK.

607, 16. ἃ cum μνημονεύοντας jungendum.

607, 23. καὶ πρῶτον μὲν—] Locus hic ad p. 610. totus infra p. 750, 2. ad p. 752. verbis iisdem iteratur. REISK. In *orationibus mercede scriptis* (v. p. 620, 20.) quid mirum Demosthenem talia commentandi compendia non aspernatum esse? Cavendum igitur ne hujusmodi repetitionibus abutare ad fidem faciendam *orationibus spuriis argumenti politici.* SCHAEF.

608, 1. κληρωτὴν ἀρχὴν] Intelliguntur ἐκλογεῖς, de quibus dictum in Prolegomenis.

608, 3. δημηγορίας] Sic codices: δημηγορίαν editiones veteres, quod p. 750, 11. ex S. restitutum pro vulgato illic δημηγορίας, aptiusque videtur, quum parum probabile sit plures hac de re conciones habitas esse, ut monet Schaeferus.

608, 4. τὰ πομπεῖα] Harpocr. s. v. Πομπείας καὶ πομπεύειν. —πομπεῖα δὲ λέγεται τὰ εἰς τὰς πομπὰς κατασκευαζόμενα σκεύη, ὡς καὶ ὁ αὐτὸς ῥήτωρ κατ' Ἀνδροτίωνος ὑποσημαίνει. πομπείοις δὲ, φησὶ Φιλόχορος, πρότερον ἐχρῶντο οἱ Ἀθηναῖοι ἐκ τῆς οὐσίας τῶν Τριάκοντα κατασκευασθεῖσιν. ὀψὲ δὲ, φησί, καὶ Ἀνδροτίων ἄλλα κατεσκεύασεν.

608, 7. κατέχων] Reiskius in Ind. Graec.: *tenens, extrahens, ductitans, ludificans eos.* Recte Schaeferus: *ita tenens, ut quidquid vellet probaretis.*

608, 8. τὸν καιρὸν] Ulpianus, τὸ δὲ διὰ τὸν καιρὸν ἢ διὰ τὸν

καιρὸν, ὅστις ἦν τότε δυσχερὴς καιρός· πόλεμος γὰρ ἦν καὶ χρεία χρημάτων· ἢ διὰ τὸν καιρὸν, μέση· καὶ ἐπακτέον ἑξῆς, θαυμασίαν ὅσην τότε ἔχων ἐξουσίαν, ἀντὶ τοῦ πολλὴν καὶ μεγίστην. Vide schol. cod. Aug. Oratio habita est Ol. 106, 2. Ol. 106, 1. secundum Diodor. 16. 23. susceptum est bellum Phocicum s. sacrum bello sociali, quod Ol. 105, 3. exarserat, modo finito. Ad hoc fere tempus res, quae hic narratur, referenda esse videtur. FUNK.

608, 10. *οὐδ' εἰ μὴ—τιθέναι*] Lex affertur in Timocr. p. 710: *Τῶν δὲ νόμων τῶν κειμένων μὴ ἐξεῖναι λῦσαι μηδένα, ἐὰν μὴ ἐν νομοθέταις. τότε δ' ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ Ἀθηναίων λύειν ἕτερον τιθέντι ἀνθ' ὅτου ἂν λύῃ κ. τ. λ.* FUNK.

608, 12. *ἠργολάβει*] Minus accurate explicat Wolfius: *praevaricatus est.* Ulpian.: *Τοῦτο μετὰ τῆς αἰσχύνης καὶ συγκρουστικόν· ἐργολαβεῖν γὰρ παρὰ Δημοσθένει καὶ τοῖς ἄλλοις ἐστὶ τὸ ἐπὶ φλαύροις καὶ ἀδίκοις μισθὸν λαμβάνειν.* Anecd. Bekk. p. 259, 13: *Ἐργολάβος· ὁ φλαύροις πράγμασι χρώμενος παρὰ τοῖς ῥήτορσι, καὶ οὐχ ὁ ὑπέρ τινων ἔργων μισθὸν λαμβάνων καὶ ἔχων τοὺς συνεργαζομένους, ὡς ἡ συνήθεια.* Hanc explicationem veram non esse statim hic Demosthenis locus indicat. V. Wyttenbach. ad Plut. vol. 1. p. 532. Deinde conferenda est Timocrat. p. 750. ubi res ita narratur:—*ψηφίσματα δ' εἶπεν—παράνομα, δι' ὧν ἠργολάβει προσαγωγεῖ τούτῳ* (Timocratem dicit, qui Androtione suadente a populo *ἐκλογεὺς* electus erat, v. Timocr. l. c.) *χρώμενος τῶν λημμάτων. καὶ πολλὰ τῶν ὑμετέρων κέκλοφε μετὰ τούτου γράψας τοὺς ἕνδεκα καὶ τοὺς ἀποδέκτας καὶ τοὺς ὑπηρέτας ἀκολουθεῖν μεθ' ἑαυτοῦ. εἶτ' ἔχων τούτους ἦγεν ἐπὶ τὰς ὑμετέρας οἰκίας καὶ σὺ, ὦ Τιμόκρατες, συνηκολούθεις, μόνος τῶν συναρχόντων δέκα ὄντων.* FUNK.

608, 13. *τοὺς ἕνδεκα*] Anecd. Bekk. p. 250, 4. *ἕνδεκα τίνες εἰσί· κληρωτοὶ ἄρχοντες ἦσαν, ἕνδεκα τὸν ἀριθμὸν, προϊστάμενοι τοῦ δεσμωτηρίου· καὶ τοὺς ἀγομένους ἐπὶ κακουργήμασι παρελάμβανον κλέπτας καὶ ἀνδραποδιστὰς καὶ φονεῖς· καὶ τοὺς μὲν ὁμολογοῦντας θανάτῳ ἐζημίουν, τοὺς δὲ ἀμφισβητοῦντας εἰσῆγον εἰς δικαστήριον.* Hos igitur Undecimviros eorumque *ὑπηρέτας*, qui *παραστάται* appellabantur. Androtion psephismate secum illam pecuniam exigere jussit, ut qui non solveret, statim in vincula daretur. V. Meier. de lite Att. p. 68—77. Apodectas etiam secum duxit, quorum munus bene describitur in Anecd. Bekk. p. 198, 1: *Ἀποδέκται· ἄρχοντες κληρωτοὶ, δέκα τὸν ἀριθμὸν κατὰ φυλήν εἰσιν, οἵτινες παρελάμβανον καὶ ἀπεδέχοντο τὰ γραμματεῖα τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἀποδέκται ἐκαλοῦντο. εἶτα ἐξήταζον τά τε ὀφειλόμενα καὶ τὰ ἀποδιδόμενα χρήματα σὺν τῇ βουλῇ καὶ ἐμέριζον εἰς ἃ χρὴ ἀναλίσκειν.* Eadem fere leguntur ibid. p. 427, 13. Cfr. Boeckh. Oecon. Athen. vol. 1. p. 171. De constructione *ἀκολουθεῖν μεθ' ἑαυτοῦ* citat Schaeferus Lobeck. ad Phryn. p. 353. et Dobraeum ad Aristoph. Plut. 824. FUNK.

608, 14. *ἐπὶ τὰς τῶν πολιτῶν οἰκίας*] V. p. 609, 10. Vide igitur quam insolenter in exigenda pecunia Androtio versatus sit, cum

omnino domum clausam, in qua mater familias esset, invito domino, intrare non liceret. V. p. 1150, 21. coll. p. 1157, 16. et Schoemann. de lite Attica p. 588. FUNK.

608, 21. κελεύει] ἀγορεύει p. 751, 2. ubi duo tantum libri κελεύει.

608, 22. τῶν ἄλλων ἕνεκα] Ulpianus: ἤγουν τῶν πενήτων καὶ ἀπόρων. Jurinus ita transponi verba vult: χρῆν γὰρ τῶν ἄλλων ἕνεκα. ἀλλὰ πῶς; ὡς ὁ νόμος κελεύει. τοῦτο γάρ ἐστι δημοτικόν. Reiskius, cui dictio paullo obscurior est, verba τῶν ἄλλων ἕνεκα interpretatur τῶν οὐκ ὀφειλόντων. Hoc certissimum; sed quo sensu id intelligi velit, non dicit. Schaeferus denique: *ut ceteris civibus prosis, non ut tute ipse lucrum facias.* Malim ego: *ut ceteris civibus prospicias, non tua ipsius caussa, sive propter inimicitiam sive propter lucri studium.* FUNK.

608, 23. τοσούτων χρημάτων] Bene Schaeferus: *tantula summa.* Sententia quovis loco utrum αὐξητικὸν an μειωτικὸν sit illud verbum ostendit. Timocr. p. 751. οὐ γὰρ τοσοῦτον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πέντε ταλάντων ὑμῖν, ὧν οὗτοι τότ' εἰσέπραξαν, τεθέντων ὠφέλησθε, ὅσον βέβλαφθε τοιούτων ἐθῶν εἰς τὴν πολιτείαν εἰσαγομένων. FUNK.

608, 28. προχειρότατον] Sic p. 399: Ἔστι τοίνυν τις πρόχειρος λόγος πᾶσι τοῖς ἐξαπατᾶν ὑμᾶς βουλομένοις κ. τ. λ. p. 700, 10: ἐν δ' ὃ μέγιστον ἔχω καὶ προχειρότατον πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν. FUNK.

609, 6. ἐστιν] Si quis requirat ἦν, meminerit hac in formula praesens verbi substantivi sedem tam stabilem sortitum esse, ut etiam ibi maneat, ubi praeterito tempori loco cedere debere videatur. SCHAEF.

609, 8. τοὺς ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἀπῆγον] Usitatissimum est attractionis genus, quod ita resolvas: τοὺς ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀπῆγον ἐξ αὐτῆς. Ulpianus: τοὺς φαινομένους ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἐφόνευον. Male, quod istorum tyrannorum cum Androtione comparatio docet. Ἀπάγειν h. l. *abducere in carcerem* significat. Eodem modo Latini verbo *ducendi* utuntur et de iis, qui ad supplicium, et de iis, qui in vincula ducuntur. FUNK.

τοσαύτην—βδελυρίας] τοσοῦτον ὑπερεβάλετο τῇ αὑτοῦ βδελυρίᾳ τὴν ἐκείνων. WOLF. Confirmat hanc lectionem p. 751, 18. Ego tamen non eo magis possum duritiem et insolentiam hujus dictionis concoquere. Exspectabam: τοσαύτην ὑπερβολὴν τῆς ἐκείνων βδελυρίας τῇ ἑαυτοῦ (scilicet βδελυρίᾳ) ἐποιήσατο. REISK. Debuit audire Wolfium, qui optime interpretatus est. Nec, credo, Reiskius offendisset, si legisset haec: τοσαύτην ὑπερβολὴν ἐποιήσατο τῆς αὑτοῦ βδελυρίας παρὰ τὴν ἐκείνων. Atqui idem valet quod orator hic et altero loco scripsit. V. Matthiae Grammat. Gr. §. 453. p. 629. SCHAEF.

609, 12. τί οἴεσθε] Subaudias τοῦτο. V. not. ad Porsoni Hecub. p. 13. edit. tert. Lips. τί οἴεσθε τἄλλα; p. 571, 1. SCHAEF.

609, 16. τὸ σῶμα] Additum est, ne ἁλοὺς sensu judiciali intelligatur. SCHAEF.

609, 19. ἠγγυήσατο] ἐγγυᾶσθαι γυναῖκα dicitur is, qui sponsam suscipit aut ut sibi spondeatur rogat, ἐγγυᾶν autem, qui alicui mulierem despondet. Ulpianus: θέασαι τὸν κατήγορον· ἀπὸ τῶν ῥημάτων ἐξηπάτησάς με. φήσειεν ἂν ἡ γυνή· ὡς ἐλεύθερος συνήφθης, νῦν δὲ ἀπεδείχθης ἀνδράποδον κ. τ. λ. At id potius orator dicere mihi videtur, indignum esse facinus, civem Atheniensem servi instar poenam timentis per Androtionem cogi, ne servilia patiatur, ea facere quae cive et libero homine sint plane indigna eaque facere praesente uxore. Scholiasta non videtur cogitasse virum honoris amantem si coram muliere indigna patiatur, eo magis pudore affici. FUNK.

609, 23. ὑπὲρ τῆς πόλεως] Eo scilicet quod debitores in vincula conjici jubet. FUNK.

609, 25. τὰ κτήματα] Neque enim apud liberos Graecos unquam ulla tributa a persona exigebantur. Qui itaque haec tributa non contulit, ejus bona quidem publicata vendebantur, personam poena nulla expectabat; itaque quod venditis bonis deductoque εἰσφορᾶς pretio reliquum erat, domino ejusve heredibus reddi debebat. Quare Demosthenes Androtioni et ejus socio Timocrati crimini summo vertit quod Androtio, qui in se recepisset εἰσφορὰς ab iis exigere, qui adhuc cunctati essent conferre, cum undecimviris, apodectis et servis in domos ingressus in ipsas civium et inquilinorum personas contumelias fecissent. MEIER. de bonis damnat. p. 145.

609, 28. ἀπογράφειν] Decreta a populo judiciove bonorum publicatione, aut, ut in fiscalibus debitoribus fieri solebat, praeterlapso eo tempore, post quod publicatio ipso jure instituenda erat, uni aut pluribus mandabatur ἀπογράφεσθαι aut ἀπογράφειν τὰ χρήματα, i. e. ut indicem bonorum facerent etc. MEIER. l. l. p. 201 sqq.

610, 2. τί δοῦλον—διαφέρει] Huc respexit Phrynichus p. 174. (p. 394. edit. Lobeck.) Τίνι διαφέρει τόδε καὶ τόδε; οὐ χρὴ οὕτω λέγειν κατὰ δοτικὴν πτῶσιν, ἀλλὰ τί διαφέρει; καθὰ καὶ Δημοσθένης φησί· τί δοῦλον ἢ ἐλεύθερον εἶναι διαφέρει. TAYLOR. Et ex Phynicho Thomas M. p. 846. perperam citans ex Orat. pro corona: quomodo etiam alibi erravit. V. not. ad p. 612, 5. SCHAEF.

610, 6. μέγιστ᾽ ἀτυχῶσιν] Est Atticus euphemismus: quippe de liberis hominibus sermo est. Conf. p. 533, 11, 12. SCHAEF. Conf. ad p. 632, 21.

610, 12. χρήμασιν] Reiskius ad p. 752. 20. ubi haec verba recurrunt: "Subaudi κοινοῖς, propter aes publicum reip. debitum sive ex mulcta litis cujusdam, qua cecidisset, sive ex peculatu. Opponit aes publicum privato. Multo est gravius aliena nolle reddere quam nolle de suis privatis aes debitum reddere: multo turpius ob peculatum necti, quam propter nomen privatim contractum duci, quod per angustias rei familiaris diluere nequeas." et mox ad v. μήτε κριθέντα "Apparet ex hoc loco, patrem Androtionis, ex actione quadam, quaecunque fuit, ἐνδείξεως an

ἀπαγωγῆς (v. p. 746, 1.). aerario reum factum, ab undecimviris vel a senatu vel a thesmothetis tantisper custodiae mandatum esse, donec ejus caussa ad populum referretur ab eoque judicaretur." Sed de ἐνδείξει sermo esse non potest (v. Meier. de lite Attica p. 243.) omnium minime de ἀπαγωγῇ. Qua re Andron debitor aerarii factus sit nescimus: sed quid orator dicat eum neque ἀποδόντα neque κριθέντα aufugisse facile patet: Andron enim debitum neque sponte solvit neque a judicio quocunque ejus nomen, aut quia solverat aut quia debito liberatus erat, deletum est. FUNK.

610, 17. Σινώπην—καὶ Φανοστράτην] Citavit Harpocration v. Σινώπη et v. Φανοστράτη. REISK. Item Athenaeus 13. p. 585 F. SCHAEF.

προσηνεχύραζε] Budaeus explicat: *pignora cepit pro collatione.* p. 762. οὐ γάρ ἐστι τῆς αὐτῆς ψυχῆς Ἀνδροτίωνα μὲν καὶ Γλαυκέτην καὶ Μελάνωπον ἐλεεῖν, ἃ κλέψαντες εἶχον εἰ καταθήσουσι, τουτωνὶ δὲ τοσούτων ὄντων καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν, ὧν ἐπὶ τὰς οἰκίας ἐβάδιζες σὺ τοὺς ἕνδεκα καὶ τοὺς ἀποδέκτας ἔχων καὶ τοὺς ὑπηρέτας, μηδένα πώποτ᾽ ἐλεῆσαι, ἀλλὰ θύρας ἀφαιρεῖν καὶ στρώμαθ᾽ ὑποσπᾶν καὶ διάκονον, εἴ τις ἐχρῆτο, ταύτην ἐνεχυράζειν. Ibi igitur de Timocrate narrantur quae hic Androtio fecisse dicitur. Munere illo enim una functi sunt. FUNK.

611, 1. ἑαυτὸν] Revocandum quod in aliis libris est αὐτόν.

611, 22. Λεπτίνην τὸν ἐκ Κοίλης] Leptines hic utrum idem sit contra quem orationem habuit Demosthenes an alius non constat. Est vero idem cujus haeres memoratur in inscriptione navali a Boeckhio edita p. 377, 378. his verbis, Λεπτίνου ἐκ Κοίλης κληρονόμος Ὀνομακλῆς Ἐκάληθεν, ubi de trierarchis agitur Olymp. 108, 4.—109, 3. ex quo sequitur eum paullo prius decessisse.

611, 25. τὸν Τελέστου νεανίσκον] Sic Plato Gorg. p. 481. τὸν Πυριλάμπους νεανίαν. SCHAEF.

611, 27. οὐκ οἶδ᾽ εἴ τινα ὑπὲρ μνᾶν ὀφείλοντα] Fuerunt igitur tributa illa Androtioni non exigenda nisi ab civibus pauperioribus: v. Boeckh. Oecon. Athen. vol. 2, p. 68.

612, 3. τὸ ἕκτον μέρος εἰσφέρειν] I. e. ἐκ τοῦ τῆς οὐσίας ἕκτου μέρους, τοῦ τῶν μετοίκων τιμήματος, ἐκφέρειν. V. Boeckh. Oecon. Athen. vol. 2. p. 53 et 77. FUNK.

612, 5. τοῦ δὲ τὸν πατέρα ἡταιρηκέναι] Citat h. l. Thom. M. s. v. ἑταίρα p. 376. tanquam ex oratione pro Corona. REISK.

612, 7. ἐξ ἀρχῆς] *Ab initio*, h. e. ex quo potuit rempubl. peculari. Plene τοὺς τὰ κοινὰ ὑφαιρουμένους p. 753, 28. SCHAEF.

τὸν δὲ τὸ δεῖνα] Haec sic resolvas: τὸν δὲ, ὅτι τὸ δεῖνα αὐτὸν εἶπε (quod eliciendum ex ἔφη v. 2.) τὸν δὲ, ὅτι ὁμοῦ—κακὰ, ἑξῆς ἅπαντας κακηγορῶν. SCHAEF.

612, 21. ὁ τῶν νεωρίων ἐπιμελητὴς] Anecd. Bekk. p. 282. Νεωρίων ἀρχήν· ἦν οὖν τις ἄρχων, ὃς ἐπεμελεῖτο τῶν νεωρίων καὶ τῶν σκευοθηκῶν καὶ πάντων τῶν περὶ τὰς ναῦς σκευῶν. Plures fuisse

ἐπιμελητὰς τῶν νεωρίων apparet ex orat. adv. Euerg. et Mnesibul. p. 1145. 1146. V. Schoemann. de comit. p. 317. 34. FUNK.

613, 15. πότεροι αὐτῷ δοκοῦσιν κ. τ. λ.] Citat h. l. Tiberius p. 35. sed a textu Demosthenico mirum quantum discrepans: ut aut solum hujus loci sensum dare voluisse videatur, aut memoriam expertus sit infidissimam. SCHAEF.

613, 18. τῶν ἐθελησάντων] τῶν μὴ ἐθελησάντων Lambinus. Vulgata bene habet: et sic quoque est p. 753. 23. Sententia est, hos fures aerarii publici compilasse et exinaniisse viscera reip., quae constent e contributionibus sociorum et ex iis pecuniis, quas cives ultro, non exspectata vi cogente, conferant. Nam qui potuere ex eorum opibus crescere, qui noluerint conferre aut non contulerint? REISK.

614, 1. ἐξητάσθης] Citat h. l. Harpocration v. Ἐξητάσθης et Ἐξετάζεσθαι. REISK.

614, 5. τούτων non posse esse nisi neutrius generis ostendit quod ei oppositum est, τῶν εἰσπραττομένων. Ad μετέχουσιν subaudi *Androtio ejusque sodales*. Conf. p. 616, 18. Quod autem sequitur τινὲς referendum ad ἀδικοῦσιν. SCHAEF.

614, 7. διχόθεν] Sc. μετέχοντες τούτων ὧν ἀδικοῦσί τινες (unde quacunque in re commoda sibi parant), καὶ ἀπὸ τῶν εἰσπραττομένων ὑφαιρούμενοι. Male Ulpianus: ἢ ἀπὸ τῶν εἰσφορῶν τῶν (fort. καὶ τῶν) συμμάχων ἢ πρὸς τῷ μὴ εἰσφέρειν καὶ ἀφαιροῦνται τὰ κοινά. FUNK.

614, 18. δέων, ἀπάγων, βοῶν] Citat Thomas M. p. 200. SCHAEF.

614, 22. ἐξορχησάμενος] προσπαίζων ἅμα, ait Harpocratio, διὰ τὴν τῶν Διονυσίων πομπήν. Adnotat scholiastes morem fuisse Athenis, dum agerentur Dionysia, incarceratos libere vagari: qua occasione arrepta effugit Androtionis pater. Et credibile est in omnibus pene feriis nexorum vincula soluta fuisse et plenissimum dari justitium. TAYLOR. Facete dictum pro ἀποδράς. Homo cum aufugerit inter solennes Dionysiorum saltationes, dicitur et ipse saltatoris partes egisse, non ut festum concelebraret, sed ut de carcere se subduceret. Loci vim secus cepit Normannus τῇ πομπῇ, quod verissimum est, male opinatus mutandum in τὴν πομπήν ad Aristid. vol. 2. p. 590. a. Iebb. (p. 144. ed. pr.) SCHAEF.

614, 29. προσελήλυθεν ἅπαντα] προσέρχεσθαι hoc sensu dictum rarius est: longe frequentius προσφέρεσθαι. SCHAEF.

615, 9. φήσας—] Quod hic narratur, Androtion ταμίας τῆς θεοῦ electus fecit una cum Timocrate. FUNK.

615, 12. ἐπὶ μὲν ταῖς εἰσφοραῖς—ἐπὶ τοῖς στεφάνοις δὲ] Adverte posituram particularum μὲν et δὲ minus concinnam, sed cujus exempla satis crebro occurrunt. SCHAEF.

615, 13. τὸν δημόσιον] Intelligit τὸν ἀντιγραφέα.

προσέγραψεν] In psephismate quod p. 608. memoratur, τοὺς ἕνδεκα γράψας ἀκολουθεῖν μεθ' ἑαυτοῦ. FUNK.

615, 14. ἀντιγραφεύς] Citat Harpocr. s. v. et Boeckh. Oecon. Athen. vol. 1. p. 199 init. Qui tributum solvit, et quantum et cui tribuerit, ipse scit; quare qui exegit tributa, unumquemque eorum, qui solverunt, ejus rei habet et indicem et judicem. FUNK.

615, 17. ταμίας] ταμίας ubi simpliciter dicitur intelligendus ταμίας τῆς θεοῦ. V. Boeckh. l. c. p. 176. FUNK.

615, 24. ἐπὶ] περὶ vulgo. Correxi ex aliquot codd. ἐπί. Idem est ac si dixisset: νῦν δὲ, ὁπότε φαίνῃ σὺ, ὅστις ὥρισας — (aut μετὰ τὸ ὁρίσαι —), ἐν ἄλλῃ τινὶ πράξει — μὴ προσγραψάμενος τὴν αὐτὴν φυλακὴν, ἥνπερ ἐπὶ τῶν εἰσφορῶν προσγραψάμενος φαίνῃ, οὐκ εὔδηλον —; *nunc autem, cum constat, te, qui legem ipse tibi sanxisses hanc, ut resp. in contributionum exactione tibi ne fideret, in administratione alius alicujus rei, in vasis sacris peta mutandis —, eandem cautionem illi decreto, quo tibi vasorum sacrorum restauratio demandata est, adscribi nil curasse, quam adscribi illi decreto tamen curasti, quo tibi exactio reliquarum contributionum demandata est, nonne planum est — ?* REISK.

616, 2. κάτωθεν] Vernacule *von unten.* (Angl. *from below.*) V. not. ad p. 21, 5. Non esse i. q. κάτω etiam propria quae hîc obtinet significatio participii γεγραμμένα (*incisa*) satis ostendit. Quanquam orator, si voluisset, potuerat κάτω scribere. Sic Homerus Il. 6, 169. γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά. SCHAEF.

616, 4. Ἀθηνᾷ] Ἀθηναίᾳ, quod S. praebet ἀθηναῖαι scriptum, expuncto tamen altero αι, antiqua est nominis forma, cujus constantem usum fuisse constat in monumentis publicis usque ad Euclidem archontem.

ἢ κατὰ πόλεις] *Aut eundo per civitates singulas.* REISK.

616, 5. Εὐβοεῖς] Hoc ad expeditionem, de qua ad p. 597, 20. dictum, referendum esse videtur. FUNK.

616, 7. Κόνων] Pugna navalis, qua ad Cnidum Lacedaemonii victi sunt Olymp. 96, 3, a. C. 394. V. Xen. Hellen. 4, 3, 10 sqq. Eam victoriam restitutio murorum Piraeei et Athenarum a Lysandro dirutorum insecuta est. V. Fr. Aug. Wolf. ad Leptin. p. 477, 15. Clinton. Fast. Hell. p. 96. FUNK.

616, 13. ἐποιήθησαν] Hoc verbum p. 756, 22. abest ab S.: unde utrobique suspectum fit.

616, 18. αὐτοῖς] Androtioni et Timocrati et sociis eorum. Sic etiam v. 26. REISK.

616, 19. τὴν μὲν—σεσυλήκασι] Citatur in Bekk. Anecd. p. 171, 23.

616, 22. δόξαν — τὸ δοκεῖν] P. 62. τὴν δόξαν τοῦ πολέμου τοῦ δοκεῖν δι' αὐτὸν (Φίλιππον) κρατεῖν εἰληφέναι. p. 178. αὐτοὶ μὲν τοῦ δοκεῖν εὖ λέγειν δόξαν ἐκφέρονται. FUNK.

616, 23. τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα τὸ πλῆθος] Rarior phrasis: fere enim dicunt τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα. SCHAEF.

616, 27. ἐκεῖνον] Timocratem, Androtionis advocatum.

ὁ δὲ] Timocrates.

617, 4. *τῷ πλήθει*] Legendum videtur *τῷ μεγέθει* vel *τῷ πλήθει ἢ μεγέθει*. Aliter enim perit omnis vis argumenti. JURIN. Videndum ne *πλῆθος* h. l. et p. 757, 15. de quantitate continua intelligendum sit. V. H. Stephani Thesaur. et Schweighaeuseri Lexic. Herodot. s. h. v. SCHAEF.

617, 5. *προσετρίψατο*] Citat hunc locum Thomas Mag. v. *Προστρίβομαι* p. 755. REISK.

617, 12. *χρήματα κ. τ. λ.*] Explicat Boeckh. Oecon. Athen. vol. 2. p. 19 coll. 1. p. 465 sqq. et Wolf. Proleg. in Leptin. p. 59 sqq. Sed considerandum, oratorem dicere hoc loco *ποτὲ σχὼν*, cum alibi, ut Or. de symmor. p. 185., de praesenti civitatis statu loquatur. FUNK.

617, 18. *προπύλαια ταῦτα*] Citat Harpocration v. *Προπύλαια ταῦτα*. REISK.

617, 20. *χρυσίδες*] Locum hunc citat idem h. v. REISK.

617, 22. *αὐτοὺς δεκατεύοντες*] Harpocr.: *Δεκατεύειν. Δημοσθένης κατ' Ἀνδροτίωνος· οὐ γὰρ αὐτοὺς δεκατεύοντες, ἀντὶ τοῦ τὴν δεκάτην εἰσπραττόμενοι καὶ οἷον λαφυραγωγοῦντες. τὰ γὰρ ἐκ τῶν πολεμίων ληφθέντα ἐδεκάτευον τοῖς θεοῖς.* Anecd. Bekk. p. 234, 33: *Δεκατεύοντες· τελωνοῦντες, δεκάτην εἰσπραττόμενοι.* Cf. Boeckh. Oecon. Athen. vol. 2. p. 57. FUNK.

617, 26. *εὔξαιτο*] Post h. v. videtur deesse *ποιοῦντες* vel *πράττοντες*. *et utentes prospera quacunque fortuna, quam quis modo sibi optet recte sapiens.* REISK. Non deest. Conf. v. 22. Scilicet inimicorum est optare ut fiant quae progenerent civium discordiam, cujusmodi est iniqua exactio contributionum: amicorum et recte sapientium, ut resp. concordia magis magisque efflorescat. SCHAEF.

617, 29. *τῆς ἀγορᾶς εἴργοντες*] Ut infamia notatos atque civium juribus privatos. V. Meier. de bonis damnat. p. 103. Schoemann. de lite Att. p. 563. FUNK.

618, 5. *τοῦτ' ἀσέβημα*] Sic resolvendum, *τοῦτο τίνος ἀσεβήματος ἔλαττον ἀσέβημα ἡγεῖσθε;* SCHAEF.

618, 7. *καὶ χερνίβων καὶ κανῶν ἁψόμενον*] Locum hunc citat schol. Aristoph. Av. v. 851. et Harpocration v. *Χερνίβων*. REISK. Item Philemon p. 201. Os. SCHAEF.

XXIII.

ADVERSUS ARISTOCRATEM.

EXCERPTA EX
E. G. WEBERI PROLEGOMENIS.

Orationem adversus Aristocratem Theo in Progymnasmatis vol. 1. p. 150. inter pulcerrimas recensuit orationes: *οἱ γοῦν κάλλιστοι* (inquit) *τῶν δημοσίων λόγων εἰσὶν, ἐν οἷς περὶ νόμου τὶ ἢ ψηφίσματος ἀμφισβητεῖται, λέγω δὲ τόν τε περὶ στεφάνου καὶ τὸν κατὰ Ἀνδροτίωνος καὶ Τιμοκράτους καὶ πρὸς Λεπτίνην καὶ κατὰ Ἀριστοκράτους· ὀλίγον γὰρ διήνεγκεν, εἰ μὴ νόμον, ἀλλὰ ψήφισμα ὁ Ἀριστοκράτης ἔγραψε.* et ib. p. 166. juventuti eam commendat ut normam ac regulam confutationis ope legum factae. Non minoribus laudibus praestantiam ejus extulerunt Hermogenes de ideis libr. 2. c. 10. vol. 3. p. 371. ed. Walz. et qui eum secuti sunt, Josephus Rhacendytas ibid. p. 513. et Joannes Siceliota vol. 6. p. 479. omninoque variae et multiplices virtutes, quibus exornata est, uberrimam rhetoribus artis oratoriae explicandae materiem praebuerunt.

Demosthenes quidem eam ipse non habuit[a], sed scripsit mercede Euthycli adversus Aristocratem, qui rogationem tulerat in senatu probatam et ad auctoritatem *προβουλεύματος* promotam, ut, si rata fieret, nihil deesset nisi populi confirmatio. Ea habet id argumenti: *si quis Charidemum Oritam occiderit, eum abducendi jus fasque esse ex omnibus gentibus foedere et amicitia Atheniensibus conjunctis; sin quis abductum vi exemerit sive civitas aliqua sive privatus, eum foedere excidere.* Scilicet prius Athenienses Charidemum civem fecerant suum aliisque honoribus ornaverant, partim quod de civitate bene meruisset, partim quod majora et optima quaeque ab eo exspectarent. Nunc ille ipse apud Cersobleptem, unum e regibus Thraciae, cujus affinis erat, stipendia faciens, legatum Athenas miserat, qui cives

[a] V. argumentorum scriptores et Dionys. Epist. ad Ammaeum 1. c. 4.

impelleret in eam mentem, ut ipsum ducem suum crearent. Ac multi erant, qui petentem adjuvarent assensu suo, dicentes eum unum esse aptissimum, qui Amphipolin recuperare posset, adeoque Aristocrates eo processerat favoris, ut illam rogationem ad Charidemi vitam tutandam in senatu perferret. Hanc Euthycles, antequam ad populum ferretur, impugnavit actione παρανόμων, libello ad magistratus constitutos delato. Accusatio tria capita continet. Primum ad leges et judicia capitalia spectat, contra quae Aristocratem contendit rogasse: secundum destinavit reipublicae utilitati providens, ne restituta Chersonesi possessio denuo perderetur: in tertio examinans singulas Charidemi vitae partes ostendit eum, quoniam nec vir bonus esset nec bene meritus de civitate, non dignum esse in quem tanta cura quantam vellet Aristocrates conferretur. Quorum sententiam si breviter comprehensam concludere velis, quemadmodum ipse orator indicavit, primi capitis probationes sunt τοῦ νομίμου, secundi τοῦ συμφέροντος, tertii τοῦ δικαίου. Nempe adhibuit Demosthenes eam partiendi consuetudinem, quae in accusationibus παρανόμων in usu erat, a rhetoribus notata (v. ad § 1.) et Polluce 8, 44. Primum et tertium accusationis caput ex psephismate deprompsit, secundum ipse addidit. Pertinet igitur oratio non ad unum genus, sed caput primum est generis judicialis, in secundo reperitur deliberativum, in tertio demonstrativum, quod jam veteres rhetores animadverterunt[b]. Magna autem arte amplam argumenti materiem in singula capita dispositam pertractavit, eam dicendi rationem ingressus, quae, ut Aristoteles dicit[c], tribus ad fidem faciendam rebus est nixa: ut eos nobis, qui audiunt, conciliemus: ut id quod verum sit aut appareat esse, demonstremus ex iis, quae in quaque re ad probandum sunt apposita: ut animi eorum, apud quos dicimus, ad id, quod volumus, commoveantur. Nam statim ab initio Euthyclem loquentem fecit, ut quem nihil moveret atque sollicitaret nisi reipublicae cura; deinde illata rerum Thraciae narratione ostendere studuit Aristocratem rogatione sua id agere, ut unus Cersobleptes majorem quam ceteri Thraciae reges potentiam nancisceretur eamque si nactus esset, damnum Chersonesi civibus consecuturum. Sed tota vis vincendi ratioque probandi est in confirmatione. Caput primum in legum capitalium interpretatione judiciorumque capitalium originibus et officiis exponendis versatur, rebus e prisca antiquitate erutis, quae audientium animos tenerent: quod non fugit Dionysium, qui in libello de adm. vi Demosth. c. 45. ὁρῶ αὐτὸν, inquit, εἴποτε λάβοι πράγματα χαριεστέρας δεόμενα κατασκευῆς, πανηγυρικὴν αὐτοῖς ἀποδιδόντα τῆς λέξεως ἁρμονίαν, ὡς ἐν τῷ Ἀριστοκράτους πεποίηκε λόγῳ, πολλαχῇ

[b] Vid. Aristid. vol. 9. p. 398. Aphthon. vol. 2. p. 678.

[c] Rhetor. 1, 2, 2. Τῶν διὰ τοῦ λόγου ποριζομένων πίστεων τρία εἴδη ἐστίν· αἱ μὲν γάρ εἰσιν ἐν τῷ ἤθει τοῦ λέγοντος· αἱ δὲ ἐν τῷ τὸν ἀκροατὴν διαθεῖναί πως· αἱ δὲ ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ, διὰ τοῦ δεικνύναι ἢ φαίνεσθαι δεικνύναι. Cf. Ciceron. de orat. 2, 27, 115.

μὲν καὶ ἄλλῃ, μάλιστα δ' ἐν οἷς τὸν περὶ τῶν νόμων ἀποδίδωσι λόγον καὶ τὸν περὶ τῶν φονικῶν δικαστηρίων, ἐφ' ἧς χρείας ἕκαστον τέτακται.

Non minor in capite secundo probandi vis est, cum exemplorum usu et copia tum applicata eorum ad mentes audientium et ad rem accommodata electione, maxime autem tractandi modo confecta. Quamvis enim demonstratio per exempla instituta per se debilis atque infirma sit, collatione tamen similium accurate usus, ex pluribus eo pervenit, quo voluit, et si non necessitatem persuadendi nactus est, tamen magna probabilitate animos percussit. Caput tertium quum unice niteretur testimoniis eorum, quibus variae caussae cum Charidemo intercessissent quique ejus agendi rationem novissent, singula momenta expendit et observavit scienterque notavit quid ex quoque faciendum esset, iisque artificiose explicandis illustrandisque persuasionem de Charidemi perfidia in animis audientium efficere studuit. Idem caput aptissimum fuit affectibus movendis, quod effecit orator partim malis artibus eorum exponendis, qui maxime voluntatem psephismatis Aristocratis tuebantur, partim ostendendo quid mali ex illo comprobato eventurum esset, partim denique adjecto loco communi de laude majorum. Ut autem nihil praeteriret, quod ad suam caussam alicujus momenti esse arbitraretur, vel subjecit vel interposuit cuique capiti occupationes, ea statim dissolvens, quae ab adversa parte objici possent. In conclusione denique summam legum in primo capite tractatarum repetiit, ut, antequam ad suffragia irent judices, infixum animis tenerent, quod firmissimum esset et caussae maxime prodesset.

De tempore quo habita haec oratio sit constat Dionysii testimonio in epist. ad Ammaeum I. c. 4. vol. 6. p. 725. *ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ* (Aristodemo archonte, qui eponymus fuit Olymp. 107, 1.) *καὶ τὸν κατὰ Ἀριστοκράτους ἔγραψε λόγον Εὐθυκλεῖ τῷ διώκοντι παρανόμων τὸ ψήφισμα.* Minus accurate Plutarchus in V. Demosth. c. 15. *τῶν δὲ δημοσίων ὁ μὲν κατ' Ἀνδροτίωνος καὶ Τιμοκράτους καὶ Ἀριστοκράτους ἑτέροις ἐγράφησαν οὔπω τῇ πολιτείᾳ προσεληλυθότος· δοκεῖ γὰρ δυοῖν ἢ τριῶν δέοντα ἔτη τριάκοντα γεγονὼς ἐξενεγκεῖν τοὺς λόγους ἐκείνους.* Anno autem illi Olymp. 107, 1. conveniunt quae in oratione ipsa deprehenduntur temporum notae. Primum memoratur p. 656. legatio Olynthiorum, qui inita ad Athenienses debellandos cum Philippo societate soluta, cum iis in gratiam revertebantur et foedus facere volebant [d], et memoratur ita, ut paulo ante, quam haec oratio habita est, Athenis adfuerit necesse sit. Olynthii cur a Philippi partibus defecerint si quaerimus, caussam quidem universam ponimus in metu auctae in dies regis potentiae, sed proximam in eo deprehendimus, quod ille novum quiddam molitus fuerit, quo nec fide amplius et amicitia iis dignus videretur,

[d] Foedus Olymp. demum 107, 3. factum est, si Boehneckio in Quaestt. p. 161. n. 1. et alibi fidem habemus. Add. Libanium ad Olynth. I. p. 7.

et ipsis adeo terribilis factus esset. Nihil tamen jam tum in ipsam Olynthum urbem ausum esse legimus; hoc solum constat, eum a Pylis repulsum Chalcidicen [c] invasisse; ac veri admodum simile est, tum nonnullas e multis Chalcidicis urbibus, de quibus principatum illo tempore Olynthii tenerent [f], aggressum sibi subjicere voluisse, ex eoque conatu illos vidisse quo is in se animo esset. Incidit vero haec invasio in Olymp. 106, 4., eaque non mirum est perterritos Olynthios Athenas legatos misisse, ut civium amicitiam quaererent et cum iis societatem conjuncturos se esse significarent. Ii autem extremo Olymp. 106, 4. aut ineunte Olymp. 107. illic videntur apparuisse. Philippum Olymp. 106, 4. in Thracia commorantem, quemadmodum sibi urbes ibi acquireret suumque regnum amplificaret, cogitasse, ex eo quoque apparet, quod Maroneam et Abderam [g] occupavit et ad consilia sua persequenda in eo fuit, ut cum Cersoblepte se conjungeret, nisi eum Amadocus transitu per suos fines prohibuisset. Eodem tempore Pammenes [h], dux Thebanorum, quum ad Artabazum transire vellet, in illis regionibus fuit, adscitus ad communionem societatis illius et haud dubie pariter ac Philippus intentus ad damnum Atheniensibus inferendum. Ista quaesita conjunctio quum ad nihil recidisset, tum praesentia Charetis et per hunc vi facta Sesti expugnatio coegerunt Cersobleptem desistere a conatibus et machinationibus, quibus Chersonesum Atheniensibus jam prius concessam denuo eripere tentaret. Ea res, quae incidit in Olymp. 106, 4., tum instituta per Athenienses eodem anno colonorum in Chersonesum deductio, clare ostendunt Aristocrateae Olymp. 107, 1. optime convenire. Nam tota oratione id potissimum agitur, ut vix tuta facta Chersonesi possessio servetur. Tum Athenienses videbant Philippum inimicissimum suum, cujus caedes ipsis sic esset grata, ut nulla res gratior esse posset. Dicitur enim ille p. 660. *ὁ μάλιστα δοκῶν νῦν ἡμῖν ἐχθρὸς εἶναι Φίλιππος οὑτοσί.* p. 656. 659. et ipsi p. 656. hostes capitales, *οὓς ἴσασιν* (*οἱ Ὀλύνθιοι*) *ἁπάντων ἀνθρώπων ἥδιστ᾽ ἂν καὶ τοὺς ἐκείνου φίλους καὶ αὐτὸν τὸν Φίλιππον ἀποκτείναντας.* Cujus generis dicta indicant regem non tantum potentiorem factum fuisse et metuendum Atheniensibus, sed etiam iis jam multa incommoda intulisse. Et cui tempori ista magis congruunt quam primo anno Olymp. 107? Nam si Philippi res gestas distinguimus aetatibus, usque ad hunc annum inde ab eo, quo regnum suscepit, prior gloriae ejus et potentiae paratae aetas proferenda est. Per id tempus occupavit Amphipolin, Pydnam, Potidaeam, Methonen, deinde Thessaliam ingressus res ejus perturbatas composuit, denique in Thracia quum versaretur, quid a se Atheniensibus expectandum

[c] Vid. Justin. 8, 3. Diodor. 16, 52. Demosth. Olynth. I. p. 13. Cf. Boehneckius Quaestt. p. 210.

[f] Vid. Boehneckius Quaestt. p. 149. n. 2.

[g] Cf. Boehneckius Quaestt. p. 243. n. 4.

[h] Vid. Boehneckius Quaestt. p. 243. n. 4.

esset, non obscure significavit [i]. Ad confirmandum quod quaerimus valent etiam verba Philippic. III. p. 117. ὧν Φίλιππος ἐν τρισὶ καὶ δέκα οὐχ ὅλοις ἔτεσιν οἷς ἐπιπολάζει ἠδίκηκε τοὺς Ἕλληνας. Haec oratio habita est Olymp. 109, 3. ideoque ab oratore initium Philippi inimicitiarum in Graecos erumpentium ad Olymp. 106, 3. revocatur. Praeterea in annum primum Olymp. 107. quadrat facta p. 654. aequalitatis mentio inter civitates Graecorum constitutae. Tum enim Thebani per Phocenses bello sacro Olymp. 106, 2. exorto coercebantur, et Lacedaemonii cum Argivis, Arcadibus, Messeniis et Megapolitanis pugnabant, quod bellum Olymp. 108, 1. componebatur. Alia addunt homines docti eaque non minus firma: sed unum paene oblitus sum commemorare, quod haud scio an palmarium sit. Phayllus p. 661. commemoratur ut princeps Phocensium, qui Onomarcho Olymp. 106, 4. interfecto successit. Is tamen Olymp. 107, 1. rebus bellicis occupatus lenta tabe confectus est. Vivus adhuc commemoratur et quum plura ab eo hoc anno gesta sint itemque ab ejus successore Phalaeco facta referantur, necdum tempore caussae in judicio transactae mors illius Athenas nuntiata sit, verisimile est orationem media aestate vel ineunte auctumno habitam esse. In finem hujus anni actionem noluerim producere. Initio enim hiemis Philippus Heraeum oppugnare coeperat; cujus rei nuntio jam tempore orationis Athenas allato vix puto oratorem ab ea commemoranda se abstinere potuisse, quum civium animos tantopere perturbasset, ut illico apparatus bellicos decernerent [k].

Reliquum est ut de personis hujus orationis dicatur. Habuisse eam Euthyclem contra psephisma Aristocratis supra dictum est. De utroque nihil certi constat. Aristocratis nomen multorum fuit. Aristocratem Scelliae filium, memoratum in orat. adv. Theocr. p. 1343., ab Aristophane Av. 123. Thucyd. 8, 89. Plat. Gorg. p. 414 B., addictum optimatum caussae, deinde inimicum dominationi paucorum, scholiastes Aristoph. l. c. non differre a Demosthenico contendit, dicens: παρὰ τὸ ὄνομα πέπαιχεν· ἐπεὶ Ἀριστοκράτης Σκελλίου υἱὸς ἦν· ὃν ὁ ῥήτωρ Δημοσθένης ἔγραψεν. Sed si uterque unus idemque fuisset, hic ab Euthycle accusatus grandi aetate psephisma scripsisset, quod non credibile esse jam ab Tayloro observatum est. Neque est idem, qui orat. in Conon. p. 1269. homo vilis et improbus dicitur, qualem non fuisse eum contra quem dixit Demosthenes ex oratione ipsa satis manifestum est. Alius ejusdem nominis e demo Lamptra ortus refertur in tabula X. c. 67. 74. inscriptionum Piraeensium, quas Boeckhius edidit, inter trierarchos, qui pecuniam reipublicae debitam solverant. Hunc temporum rationes non impediunt quominus cum Demosthenico componamus: cum enim Boeckhius l. c. p. 233. circa Olymp. 100—105. vixisse

[i] Olynth. I. p. 12. Philippi res gestae hujus temporis brevi in conspectu positae sunt.

[k] Vid. Olynth. III. p. 29.

suspicatur. Ex oratione ipsa de Aristocrate hoc unum fortasse colligas (quod Libanius in Argumento et Joannes Sicel. in Walzii Rhet. vol. 6. p. 182 collegerunt), eum, quum psephisma componeret, senatorem fuisse: vid. p. 651. *οἴομαι τοίνυν αὐτὸν κἀκεῖνον ἐρεῖν τὸν λόγον καὶ σφόδρα ταύτῃ ζητήσειν ἐξαπατᾶν ὑμᾶς, ὡς ἄκυρόν ἐστι τὸ ψήφισμα· προβούλευμα γάρ ἐστιν, ὁ νόμος δ' ἐπέτεια κελεύει τὰ τῆς βουλῆς εἶναι ψηφίσματα κ. τ. λ.* Nata enim in ipso senatu ejusque auctoritate probata decreta annua erant[l].

Perveni ad accusatorem, Euthyclem, cujus non magis quam Aristocratis exstat ulla memoria praeter ea, quae passim in ipsa oratione partim a Dionysio Halic. l. c., Libanio et in altero orationis argumento significantur. Haec posteriora tamen satis tenuia sunt. Dionysius Halic., Libanius et auctor argumenti 2. nihil referunt, nisi Demosthenem Euthycli hanc orationem mercede scripsisse. Praeterea Thasium eum auctor argumenti 2. appellat, pro quo *Θριάσιος* scripsit Wolfius. Ipse dicit p. 622. se aliquando munere trierarchiae fungentem in Hellespontum navigasse. Quae expeditio cui tempori assignanda sit etsi non certum est, tamen incidisse existimaverim in Olymp. 105. annum 3., cui etiam Demosthenes interfuit trierarchus, ut Aeschines orat. in Ctesiphont. p. 61. plane testatur et ex ipsius hujus orationis p. 675. colligendum est[m]. Interfuisse Euthyclem indicat praeter citatos Aristocrateae locos inprimis unus p. 683., ubi ille, quae Charidemus injuste egisset, praesens vidisse dicitur. Antecessit, ut opinor, ejusdem anni expeditio in Euboeam insulam citissime suscepta, ad quam primum voluntariae trierarchorum largitiones adhibebantur[n]: quae quum nondum triginta diebus finitis confecta esset, classem modo paratam, ne statim dimissa brevem operam trierarchi reipublicae praestitissent, in Hellespontum ad Alopeconnesum piratis liberandam et res cum Cersoblepte componendas duce Cephisodoto missam fuisse statuendum est, ubi Athenienses per septem menses[o] contra Charidemum pugnabant. Post reditum, quum populus Cephisodoto rebus male gestis irasceretur vehementer, actio in eum intendebatur[p]; inter accusatores etiam Demosthenes erat, manifesto quidem Aeschinis testimonio, et Cephisodotus grandi pecunia damnabatur, ut praeter Demosthenem p. 676. scholiasta Aeschinis l. c. dicit: *Κηφισόδοτος πολιορκήσας Ἀλωπεκόννησον εἰσαγγελθεὶς διὰ τὴν συνθήκην τὴν πρὸς Χαρίδημον γενομένην καὶ καταψηφισθεὶς πέντε ταλάντοις ἐζημιώθη.* Neque improbabile est, ipsum Euthyclem inter *συνηγόρους* hujus caussae locum obtinuisse, quod

l Vid. Car. Frid. Hermanni antiquitt. public. §. 125. n. 9.

m Hanc rem si ita explicamus, ut in proximis explicui, removentur subortae de ea dubitationes. Uberius eam tractavit Kiesslingius in libro de Lycurgi deperditarum orationum fragmentis p. 110—114., sed quia priorem Olymp. 104, 1. Demosthenis trierarchiam cum altera ab eo Olymp. 105, 3. suscepta commutavit, in difficultates incurrens exitum reperire non potuit.

n Vid. orat. in Mid. p. 566. de coron. p. 259. in Androt. p. 597. Cf. Boehneckii Quaestt. p. 10.

o Vid. Aristocrat. p. 675.

p Vid. Aristocrat. p. 676.

quidem si statuerimus, verbis p. 622. πρότερον δ' ὅτ' ἔπλευσα τριηραρχῶν εἰς Ἑλλήσποντον, εἰπεῖν καὶ κατηγορῆσαί τινων οὓς ἀδικεῖν ὑμᾶς ἡγούμην lumen afferetur, hoc praeterea sumto, Cephisodoti caussae nonnullos alios implicitos fuisse. Probabilior fit ista mea opinio, si cum his Aristocrateae verbis comparamus Leptineae locum p. 502., ubi orator contra Cephisodotum loquens ejus injuriam, quum in Hellesponto dux esset, populo factam significare et adhibitam a se in eum agendi rationem probare videtur [q]. Dixit: εἰ γὰρ ἀπεχθάνεσθαί τισι δεῖ, τοῖς ἀδικοῦσι τὸν δῆμον, οὐχὶ τοῖς ἀγαθόν τι ποιοῦσι ἔγωγε νομίζω δεῖν et ita Olymp. 106, 2., ad quem Leptinea pertinet, dicere potuit, postquam pauci anni post illam actionem praeterierant. Sed aliud quiddam est longe memorabilius, quod Demosthenes factae in Hellespontum expeditionis, cui ipse interfuit, nullam alibi nisi in Aristocratea neque eam satis apertam mentionem facit, dum bellum in Euboeam paulo ante susceptum frequentius laudibus extollit suamque ipsius in eo praestitam operam commemorare non praetermittit. Tacet de illa expeditione, sive quod infelici et turpi eventu fuit, sive quod ipsum postea reconciliatum cum Cephisodoto accusationis in eum institutae poenituit, in qua aliquid a se cupidius quam consideratius actum fuisse senserit, quum neque rerum conditionem, qua Cephisodotus male egisset, neque necessitudinem, qua cum eo conjuncte vixisset, satis spectasset, quod posterius ei Aeschines l. c. exprobrat. Eum vero postea poenituisse facti mihi liquere videtur ex ipsa Aristocratea, in qua, ubi de Cephisodoto loquitur, et loquitur de eo copiose, ubique id facit cum summa cautione et humanitate, veluti p. 676. Luculentius autem hujus rei testimonium accedit Philipp. I. p. 53., ubi de misera sorte ducis cujusdam et de falsis quorundam hominum in eum prolatis criminationibus ita loquens: ὅταν γὰρ ἡγῆται μὲν ὁ στρατηγὸς ἀθλίων ἀπομίσθων ξένων, οἱ δ' ὑπὲρ ὧν ἂν ἐκεῖνος ἐκεῖ πράξῃ πρὸς ὑμᾶς ψευδόμενοι ῥᾳδίως ἐνθάδ' ὦσιν, ὑμεῖς δ' ἐξ ὧν ἂν ἀκούσητε ὅ τι τύχητε ψηφίζησθε, τί καὶ χρὴ προσδοκᾶν; Cephisodotum intellexit eumque injuria damnatum tacite defendit, si respicimus scholiastam August. interpretem: οἱ δὲ συκοφάνται ὑπὲρ ὧν ὁ στρατηγὸς ἐκεῖ πράττει, ἐντεῦθεν κατηγοροῦσιν εὐχερῶς· διὰ γὰρ τὸ μὴ παρεῖναι ὑμᾶς συκοφαντῶν ἀνέχεσθε. ταῦτα πρὸς Κηφισόδοτον αἰνίττεται. quae interpretatio si vera est, neque video cur non vera sit [r], orator alios culpans hac confessione se ipsum una culpavit, ut qui injustae illius accusationis particeps fuisset. Nescimus tamen quam in ea partem habuerit: si adversarium ejus Aeschinem audimus

[q] Eodem referre ista verba videtur Sieversius in histor. Graec. p. 303. not. 42., ubi complura de Cephisodoto lectu digna reperiuntur.

[r] Kiesslingius tamen l. c. p. 113. ita judicat: "Hanc non sane docti scholiastae sententiolam facile quispiam nihili aestimet, quum Demosthenis verba eodem jure ad Timotheum possint referri, qui Olymp. 101, 4. et 106, 1. ob rem male gestam in judicium vocatus est." Aliter scholiastae verba cepit Boehneckius Quaest. p. 248. Cephisodotum intelligens accusatorem Charetis.

dicentem[s]: *οὐκ ὤκνησεν ἀπ' εἰσαγγελίας αὐτοῦ κρινομένου περὶ θανάτου κατήγορος γενέσθαι* et ipsius ante citata et scholiastae verba spectamus. actio in Cephisodotum non per ipsum instituta est, sed se tantum, ut qui rebus interfuisset, adjutorem praestitit iis, qui quum ipsi non praesentes fuissent, ea, quae fama et auditione acceperant, ad judices detulerunt, auditaque, quo magis sibi populi ira in Cephisodotum effervescentis gratiam conciliarent, mendaciis depravarunt. Sed revertor ad Euthyclem. Is quum in illa expeditione Hellespontia Charidemum, qualis esset, usu et experientia cognovisset, ea cognitio, quo minus ei probabile visum sit hominem illum ita, ut vellent ejus amici, adeoque cum damno civitatis, honorari, eo fortius eum videtur ad impugnandum Aristocratis psephisma impulisse.

Impugnavit Euthycles usus *παρανόμων γραφῇ* psephisma Aristocratis, nomine ejus ad archontes delato. Qui quum caussam cognovissent et probassent, eam satis praeparatam cum libello accusatorio judicibus heliasticis commiserunt. A dato tamen psephismate usque ad actionem judicialem annus praeterierat, ut e p. 651. apparet; sed idcirco accusatum, si in judicio cecidisset, poena vacuum non decedere oportuit, sed eam, quae pro rei natura (nam *ἀγὼν τιμητὸς* erat) ab accusatore vel judicibus constituta erat, pati debuit. Enimvero poena is tantum liber fuit, cujus quidem psephisma impugnabatur, sed anno demum praeterito post comprobationem[t]. Ab accusatore autem in tali *παρανόμων* actione, si quintam suffragiorum partem non tulisset, mille drachmae pendendae erant et ignominiae species quaedam suscipienda[u].

Aristocratis psephisma quum in lucem prodiisset, multorum assensum tulit, id quod e §. 14. conjici licet. Primam et proximam ad id occasionem videtur Aristomachus Alopecensis[x] dedisse, qui in Thracia commoratus et inde reversus, laudes et Cersobleptis et Charidemi longa oratione exponens eorumque propensum in Athenienses humanitatis studium praedicans, ad extremum suaserat ut, quia Charidemus unus esset maxime idoneus ad Amphipolin civitati recuperandam, eum cives ducem suum crearent. Haud dubie ea oratio ad plurimorum voluntatem composita fuit eorumque optatis respondit Aristocrates in scribendo psephismate, quo Charidemum ut *εὐεργέτην* honorare ejusque vitam tutari vellent, spem simul habentes, eum in tempore ducem Atheniensium fore. Cur autem Charidemum sibi exoptaverint ducem, unam fuisse praecipuam caussam arbitror, inopiam ducum tum fortissimorum tum ad ipsorum rationes aptissimorum. Praeter Charetem et Phocionem nullus fuit, cui imperium committerent. Nam tres illi usu sapientiaque praestantes duces Iphicrates, Chabrias, Timotheus, mortui erant,

[s] V. Boeckhii Oecon. Athen. 1. p. 398. 411. C. F. Hermanni Antiquit. public. §. 143.

[t] Vid. Hermann. l. c. §. 132. n. 9.

[u] Vid. Hermann. l. c. §. 144.

[x] V. ad p. 624, 26. Add. Boeckh. de re navali p. 25.

aut a rebus gerendis avocati [y]. Duo autem illi non sufficere visi sunt, quippe unum illum non multum praestare bello [z], et alterum, quamvis eximia virtute insignem, nolle ubique sibi morigerari intelligentibus [a].

Psephismate igitur suo [b] pro acceptis beneficiis tutari et honorare Aristocrates voluit Charidemum eumque ita Atheniensibus devincire, ut in tempore iis nova commoda praeberet ipsorumque, si usus ferret, dux fieret. Talem enim ducem, qualis fuit Charidemus, desiderabant illo tempore Athenienses. quippe qui, ut Isocrates in orat. de permutat. §. 128. dicit, eos solum viros haberent, qui minas jacerent metumque urbibus incuterent et in sociis semper novi aliquid moverent. Ac profecto Charidemus ingenio dux habili fuit ad mercenarios facile conducendos et subsidia, quibus alerentur, conquirenda ita ut, quum ad summas angustias adducti essent, haberent qui in locum Iphicratis, Chabriae, Timothei succedens ipsos sua prudentia et calliditate sublevaret. Hoc enim ipsum spectasse, qui Charidemum ducem creari vellent, conjicitur ex eo, quod Olymp. 107, 2. extremo creatum cum decem navibus vacuis et quinque talentis argenti adversus Philippum Heraeum obsidentem miserunt, spe bona concepta, eum et milites ad implendas naves paraturum et quidquid pecuniae deesset, coacturum [c]. Accedit, quod Atheniensibus nihil rerum omnium fuit, quod mallent, quam Amphipolin sibi recuperari et defendi suas in Thracia

y Cornel. Nepos vit. Timothei c. 3. ita: "Haec extrema fuit aetas imperatorum Atheniensium, Iphicratis, Chabriae, Timothei, neque post illorum obitum quisquam dux in illa urbe fuit dignus memoria." Certe Chabrias et Timotheus e vita discesserant tempore hujus orationis; ille initio belli socialis Olymp. 105, 4., Timotheus aliquot annis post, ut censet Clinton. Fast. Hellenic. eodem anno, quo condemnatus erat, Olymp. 106, 3., quum se Chalcidem contulisset. Cf. Boeckh. de re navali p. 359. Sed Iphicratis vitam Reiskius ind. historic. in Demosthen. p. 576., nisus, opinor, verbis Diodori 16, 85., produxit ad Olymp. 110, 2., cui anno non convenit Demosthen. p. 534., ubi verba: *καίτοι φασὶν Ἰφικράτην ποτ' ἐκεῖνον Διοκλεῖ τῷ Πιτθεῖ τὰ μάλιστα ἐλθεῖν εἰς ἔχθραν·* indicant eum non amplius Olymp. 107, 4., in quem illa oratio incidit, in vivis fuisse. Similiter de mortuo Timotheo orat. de Cherson. p. 108. *Τιμόθεός ποτ' ἐκεῖνος κ. τ. λ.* Aliquo tamen hujus Olympiadis anno mortuum esse puto: nam cum Timotheo capitis accusatus post absolutionem vixit in aliquod tempus, placatis in se, teste Cornelio Nepote c. 3., suorum civium animis.

z Cornelius Nepos vit. Timothei c. 3.: "Philippus jam tum valens multa moliebatur, cui oppositus Chares quum esset, non satis in eo praesidii putabatur." Cf. vit. Chabriae c. 3. Diodor. 16, 85. At defendit eum Demosthenes p. 447., culpam male ab eo factorum aliquam populo attribuens.

a Phocionis mores et naturam difficilem describit Bruecknerus Hist. Philipp. p. 112.

b Specie quidem Aristocrateum non erat justissimum, imo atrocitatis plenissimum. Alterum, sed e praescripto legum receptarum sancitum divulgarunt Adolphus Schoellius in symbolis rerum antiq. in Graecia collectis fasc. 1. p. 87. et Ern. Curtius inscription. Attic. nuper repertis duodecim p. 15. quod superiore parte divulsum in unum conjungendum est, quodque partim horum virorum acumine, partim aliorum opera restitutum sic propono: *Ἐὰν δέ τις ἀποκτείνῃ τῶν παίδων τινὰ τῶν Ἀρύββου, ἐπεῖναι τὰς αὐτὰς τιμωρίας αἵπερ καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων εἰσὶν Ἀθηναίων· ἐπιμελεῖσθαι δὲ καὶ τοὺς στρατηγοὺς οἳ ἂν στρατηγῶσι, ὅπως ἂν αὐτὸς καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ κομίσωνται τὴν ἀρχὴν τὴν πατρῴαν.*

c Demosthen. Olynth. 3. p. 30.

possessiones, praesertim illic nunc imminente Philippo: ad quam rem plurimi eandem Charidemum, quoniam rei militaris scientia insignis plenusque consilii vir esset, maxime idoneum fore sperabant. At obstiterunt Euthycles et Demosthenes aliique, in eo, quod agerent adversarii, nihil nisi perniciem civitatis augurantes. Avitam civium virtutem suspicientes quum populi morum depravationem tum reipublicae quam cognovissent infirmitatem inhibere conabantur. Quare Charidemum ut noxium futurum civitati honorari nolebant eumque spernebant ducem mercenariorum, ut quos variis vitiis corruptos mala publica aucturos intellexissent. Quam bene illi senserint, docent insecuta tempora, quibus Athenienses militiam detrectantes et potissimum mercenariis confisi in perniciem se mitterent, et quam recte judicaverint, quid a Charidemo exspectandum esset, inde manifestum fit, quod quum praedixissent ab ejus libidine non securas fore ingenuas mulieres, id ipsum postea evenit. Nam quum Olynthiis ab Atheniensibus auxilio missus esset, illi de eo in vitam licentiorem effuso vehementer questi sunt [d].

In argumenta Graeca.

618, 9. *ἢ πόλις ἢ ἰδιώτης*] Usitata in actis publicis formula, in qua librarii interdum, ut hic quoque in aliquot libris factum, *πόλις* in *πολίτης* corruperunt, ut ap. Platon. Gorg. p. 507 D. ab Schaef. citatum. Paullo aliter Demosth. p. 647, 10. *ἐὰν δέ τις ἀνθρώπων ἢ καὶ ὅλη ἡ πόλις* —.

619, 1. *ἀπὸ τῆς αἰτίας*] Accusatur Aristocrates, non quod poenam statuerit ante criminationem, (neque enim statuerat,) verum quod poenam immediate sequi voluit criminationem, quod judicium praeterierit et quaestionem: *μέσον γάρ ἐστιν αἰτίας καὶ ἐλέγχου κρίσις*, ut dicitur p. 631, 24. Et in ea caussa loquitur Demosthenes, ad cujus normam sapere contendit Libanius, *τὴν τιμωρίαν εὐθὺς ἀπὸ τῆς αἰτίας γεγραμμένην*, *immediate, nullo judicio interposito*. Ita p. 640, 27. *ἀλλ' ἀπ' αἰτίας εὐθὺς ἡ τιμωρία γέγραπται*. Et p. 645, 11. *ἀλλ' ἀόριστον αὐτὴν εἰπὼν τὴν αἰτίαν, καὶ μετὰ ταῦτ' εὐθὺς προσγράψας ἀγώγιμον εἶναι*. Et p. 647, 18. *καὶ τοῦτον εὐθὺς ἄνευ κρίσεως κολάζει*. Et p. 648, 15. *πρὸ τοῦ δίκην ἀξιῶσαι λαβεῖν εὐθὺς ἔγραψεν ἀγώγιμον εἶναι*. Similiter p. 692, 1. *ὁ πρῶτος νόμος ἄντικρυς εἴρηκεν, ἄν τις ἀποκτείνῃ τινὰ, τὴν βουλὴν δικάζειν· ὁ δὲ, ἄν τις ἀποκτείνῃ, εὐθὺς γέγραφεν ἀγώγιμον εἶναι*. TAYLOR.

619, 8. ἙΤΕΡΑ ὙΠΟΘΕΣΙΣ] Morelius e codd. Parisiensibus hoc argumentum edidit, cujus etiam apographum teneo ex optimo Vindobonensi, unde non vulgaria derivavi ad emendanda Moreliana. TAYLOR.

619, 10. *μία*] I. q. *τις*. Scholiastes ad Homer. Il. 16, 295. *τῶν εἷς γιγάντων*. V. not. ad Longi Pastor. p. 399. Graecitatis esse

[d] V. Theopomp. ap. Athen. 10. p. 436 b. c.

labentis vere monet Valckenarius Adnotat. ad N. F. p. 347. SCHAEF.

619, 10. διήκουσα διὰ—] *Porrecta juxta—.* Notanda locutio. SCHAEFER.

619, 21. τὴν Ἀθηναίων οὖσαν] F. τῶν Ἀθηναίων οὖσαν. SCHAEFER.

καὶ τελευτήσας—μερίσαιτο] Codex Vindob. ita: καὶ τελευτήσας κατέλιπε υἱὸν Κερσοβλέπτην, ὃς μετὰ τινῶν δύο Βηρισάδου καὶ Ἀμαδόκου τὴν βασιλείαν ἐμερίσατο. TAYLOR.

620, 4. θετὸν πολίτην] Perrarus usus adjectivi θετὸς de peregrino civitatis jus adepto. SCHAEF.

620, 7. καὶ ὅτι οὐκ ἐπιβουλεύεται] Delenda videntur καὶ et οὐκ. Redditur nempe ratio, quare indigeat Charidemus praesidio Atheniensium, scilicet quod insidiis appetatur. JURIN. Omissum inter ὡς et ἂν (i. e. ἐὰν) comma fraudem fecit Jurino non animadvertenti verba καὶ ὅτι οὐκ ἐπιβουλεύεται ab ἀσφάλειαν pendere, quod duplicem habet constructionem, alteram cum περὶ alteram cum ὅτι. Nam sic haec procedunt, ἐδήλωσεν ὡς δίδωσιν Ἀμφίπολιν, ἂν ποιήσωσιν etc. quibuscum comparanda ipsa oratoris verba p. 625, 2.

620, 10. εὖ ὑπειλημμένος] Corrigendum εὐεργέτης ὑπειλημμένος cum Voemelio, collatis oratoris verbis, unde haec sumsit grammaticus, p. 623. οὐκ ἀγνοῶ μὲν οὖν ὅτι τὸν Χαρίδημον εὐεργέτην εἶναί τινες τῆς πόλεως οἴονται· ἐγὼ δὲ—οἴομαι δείξειν οὐ μόνον οὐκ εὐεργέτην, ἀλλὰ καὶ κακονούστατον ἀνθρώπων ἁπάντων καὶ πολὺ τἀναντία ἢ προσῆκεν ὑπειλημμένον.

620, 15. Θριάσιος, quod ex Wolfii conjectura pro Θάσιος restitui, duorum librorum auctoritate confirmavit Voemelius.

620, 24. τυγχάνωσιν ἐπίδοξοι καὶ] τυγχάνωσι καὶ ἐπίδοξοι codex Vindob., quod ferri potest εὐεργετῶσιν in εὐεργετήσειν mutato, quod proposuit Schaeferus.

621, 1. τῆς πόλεως σχήματι] *Praetextu reipublicae.* JURIN.

621, 1. Μηδεὶς ὑμῶν—ἅπασα ἡ σπουδή] Locum hunc citat Dionysius Halic. vol. 5. p. 191. Postea numeros ejus illustrat p. 198. SCHAEF.

621, 2. μηδεμιᾶς] μηδεμιᾶς ἄλλης Hermogenes vol. 3. p. 68. Ad sententiam conferas p. 58. παρελθὼν εἶπον εἰς ὑμᾶς, οὐδεμιᾶς ἰδίας οὔτε ἔχθρας οὔτε συκοφαντίας ἕνεκεν. Lycurg. p. 148, 22. Lys. p. 92, 10. 187, 1. Alibi tamen actores se inimicitias privatas cum adversariis habere pronuntiant ad dicendum aggressi, ut orat. in Androt. et Theocrin., easque adeo antiquis temporibus postulatas dicit Lysias orat. in Eratosth. p. 120, 16.: v. C. F. Hermanni antiquitates public. Graec. §. 135. n. 3. WEBER.

621, 4. φαῦλον] Citat h. l. scholiastes Platonicus p. 84. (p. 337. Bekk.). SCHAEF.

ἑτοίμως οὕτως] Postponitur saepe οὕτως voci suae ut πικρῶς

οὕτως p. 676. φανερῶς οὕτω p. 764. 833. 835. et quae aliunde collegit Schoemannus ad Isaeum p. 348. WEBER.

621, 5. ἐπὶ τούτῳ] *Hoc nomine, hac conditione, ut leve delictum sit.* Sic p. 558. ἔχθραν ἐπ' οὐδενὶ τηλικαύτην ἀράμενον. WEBER.

621, 7. ὑπὲρ] περὶ Dionysius et Rufus: vulgatum est ap. Hermog. vol. 3. p. 79. nec mutari opus propter περὶ, quod in altera periodi parte positum est. Sic in exemplis ab Webero comparatis. p. 494. οὐδ' ὁ πλεῖστος ἔμοιγε λόγος περὶ τῆς ἀτελείας ἐστὶν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ μὴ πονηρὸν ἔθος τὸν νόμον εἰσάγειν. et p. 371. 1104. 1312.

ὑπὲρ τοῦ—πάλιν] Gemina utitur enuntiatione, alteram priori adjiciens exaggerandi caussa et eam verborum quidem gravitate acriore. ne uno vel altero verbo rem tantam expositurus auditorum suorum aures praetervolet. Meminit hujus loci Hermogenes de invent. 3. p. 79. ed. Walz., περιβολὴν appellans illam dicendi formam. WEBER.

621, 8. πάλιν] Chersonesum receperant Athenienses Cotye interemto. Quare videant ne rursus ea priventur. WEBER.

622, 1. τὰ κεκακουργημένα] Callidas machinationes.

622, 8. δικαίαν] *Justum* dicit praesidium quod ad tuendam Chersonesum aptum et tale est quale esse debet. WEBER. Proximum βέβαιον ex A. et tribus aliis ejusdem classis codicibus praetuli vulgato βεβαίαν. Sic δωρεαὶ βέβαιοι p. 478. et φυλακὴ δικαία καὶ βέβαιος p. 711. omninoque apud Atticos βέβαιος ἐπὶ θηλυκοῦ κρεῖττον ἢ βεβαία, ut Thomae M. verbis utar p. 149.

622, 9. τῆς πόλεως] Dicit Demosthenes ἀποστερεῖν ἐμὲ τοῦτο vel τούτου, sed nunquam, quod sciam ἐμοῦ τοῦτο. Malim igitur φυλακὴν Χερρονήσου τὴν πόλιν ἀποστερεῖν, i. e. παῦσαι τοῦτο, δι' οὗ σώζεται ἡμῖν ἡ Χερρόνησος, τὸ ἑαυτοῖς ἀντιπάλους εἶναι τοὺς Θρᾷκας. Vide infra. DOBR.

εἰκότως—ἃ λέγω] Citat hunc locum Aristides Τέχν. p. 210. REISK. Item Anecd. Bekk. p. 163, 25. SCHAEF.

622, 10. προσέχοιτε — ἀκούσαιτε] Frequens haec praesentis προσέχειν (quod aoristo προσσχεῖν praetulisse videntur) cum aoristo ἀκοῦσαι conjunctio. cujus exempla attulit Weberus ex p. 1272. δέομαι δὴ πάντων ὑμῶν ἀκοῦσαί μου καὶ προσέχειν τὸν νοῦν. p. 1009. Isocrat. Panathen. p. 255, 18. πονῆσαι μικρὸν χρόνον καὶ προσέχειν τοῖς λοιποῖς τὸν νοῦν. Demosth. p. 44. 179. 501. ἀκούσατε καὶ σκοπεῖτε. Prooem. p. 1432, 17.

622, 12. οὐχὶ τῶν ἐνοχλούντων] Hermogenes de ideis 3. p. 330. depromsit ex hoc loco exemplum τῆς ἐπιεικείας. Οἱ ἐνοχλοῦντες notati in Androt. p. 601. nomine τῶν θρασέων sunt qui clamore, calumniis, convitiis, fallacibus in dicendo artibus et rebus ad caussam non pertinentibus judices fatigabant: quibuscum ne sibi quid imputetur commune, ipse Demosthenes deprecatur orat. de f. legat. p. 425. Mid. p. 575. Molestis illis hominibus oppositi οἱ πολιτευόμενοι καὶ πιστευόμενοι intelligendi sunt ora-

tores probata fide, quorum vita publica in honestis rebus perspecta sit. In Prooemiis p. 1427. dictum est: *εἴ τις ὢν ἰδιώτης καὶ τῶν πολλῶν ὑμῶν εἷς, ἑτέρων συμβεβουλευκότων, οἳ καὶ τῷ πάλαι πολιτεύεσθαι καὶ τῷ παρ' ὑμῖν δόξαν ἔχειν προέχουσι, παρελθὼν εἴποι κ. τ. λ.* Etiam p. 749. et 150. oratores intelliguntur *οἱ πολιτευόμενοι*, qui alibi latiori significatu *οἱ τὰ κοινὰ διοικοῦντες* dicuntur: quos non praeteriit Valckenarius in Diatribe p. 254 C., ubi varia oratoribus et demagogis imposita a scriptoribus nomina afferuntur. WEBER.

622, 16. *τοῦτό τε σώσετε*] Redit *τοῦτο* ad praemissum *τηλικοῦτον πρᾶγμα*, *rem tantam, tam periculosam.* Sententia est: non modo negotium hoc, ab Aristocrate jam inchoatum et velut in praecipitium datum, inhibebitis atque reprehendetis salutemque vestram labantem confirmabitis atque in integrum restituetis—. ut Wolfius recte reddidit. REISK.

622, 21. *βελτίοσι δ' ἀνθρώποις*] *βελτίοσι δ' ὅμως ἀνθρώποις* Aristides T. p. 278. REISK.

622, 22. *Ἐγὼ γοῦν—ἡγούμην*] Habemus in his exemplum *ἀξιοπιστίας*, de cujus vi et natura disputat Aristides vol. 9. p. 376. WEBER.

622, 23. *ἀπενεγκεῖν*] Libri aliquot *ἐπενεγκεῖν*. At hoc convenit actori, quamdiu caussam adornat et intendit alicui: quam si scriptam detulit ad magistratum, idem tum dicitur *ἀπενεγκεῖν*: scilicet e suis manibus dimissam tradidit in potestatem judicum et ad eorum arbitrium rejecit. Demosth. orat. de coron. p. 243. *Αἰσχίνης—ἀπήνεγκε πρὸς τὸν ἄρχοντα παρανόμων γραφὴν κατὰ Κτησιφῶντος.* WEBER.

622, 24. *πάνυ τῶν αἰσχρῶν*] Id est *τῶν πάνυ αἰσχρῶν.* SCHAEF.

622, 25. *ἀλυσιτελὲς*] I. e. *perniciosum, noxium*, ut Schaeferus interpretatur; nam per *μείωσιν* dictum est. Infra p. 684. *μέγα πρᾶγμα ἀλυσιτελὲς τῇ πόλει κατεσκευάζετο.* de f. legat. p. 429. *οὕτως ἐχθρὸν ἡγοῦντο τὸ δωροδοκεῖν καὶ ἀλυσιτελὲς τῇ πόλει.* WEBER.

622, 27. *πρότερον δ', ὅτ' ἔπλευσα*] Non constat quo tempore et qua in re et in quos cives Euthycles fidem reipublicae praestiterit, quum ipsius vita ignota sit. WEBER.

623, 5. *ὑπειλημμένον*] *ἄνθρωπον, περὶ οὗ ὑπολαμβάνεται πᾶν τοὐναντίον ἢ ὡς ἀληθῶς ἐστι.* de quo vulgaris obtinet opinio contraria modis omnibus rei veritati. REISK.

623, 10. *ταῦτ'*] Sensus: de hac re s. hoc argumento (Charidemi indignitate) jam (statim) ad vos dicere aggrederer. SCHAEF.

623, 11. *πολλοῦ δεῖν ἄξιον ὄντα τυχεῖν*] Idem est ac si dixisset: *πολὺ ἐνδεῖν τοῦ ἄξιον εἶναι τυχεῖν.* *multum abesse ab eo, ut sit dignus, qui nanciscatur.* REISK. Est i. q. *ἥκιστα ἄξιον ὄντα τυχεῖν.* Nam syntactice cohaerent *ἵν' εἰδῆτε ἄξιον ὄντα τυχεῖν*, formula *πολλοῦ δεῖν*, ut adsolet, *παρενθετικῶς* interserta. SCHAEF.

623, 15. *ἀνάγκη δ' ἐστὶ πρῶτον κ. τ. λ.*] Locum hunc citat Aristides Τέχν. p. 278. REISK. Quod hic exponit orator, ad id revertitur infra p. 654. Ac percommode aequalitatem poten-

tiae in Thracia conservandam dicit. Etenim necesse erat, quod prudentia civilis Atheniensium in Graeciae civitatibus sequeretur praeceptum, idem probari multitudini in constituendis rebus peregrinae terrae. Eandem sententiam orator initio orat. pro Megalopol. p. 203. elocutus est: οὐκοῦν οὐδ' ἂν εἷς ἀντείποι ὡς οὐ συμφέρει τῇ πόλει καὶ Λακεδαιμονίους ἀσθενεῖς εἶναι καὶ Θηβαίους τουτουσί. Add. orat. de f. legat. p. 364. de coron. p. 231. WEBER.

623, 18. τοῦτο τὸ] In S. majoris perspicuitatis caussa post τοῦτο colon positum est. τὸ, quod ab codicibus aliquot (non pr. S, quod refert Bekkerus) abest, omissum etiam ap. Hermogenem vol. 3. p. 95. ejusque schol. vol. 7. p. 732. et Aristidem vol. 9. p. 390.

τελευτήσαντος Κότυος] Interfectus est Olymp. 105, 2. a Pythone et Heraclide Aeniis, postquam per quattuor et viginti annos Odrysis imperaverat. V. Harpocrat. s. v. Κότυς. WEBER.

623, 19. Βηρισάδην καὶ Ἀμάδοκον καὶ Κερσοβλέπτην] Utrum hi tres reges fratres, an diversi genere fuerint, dubitatur. Quoniam Justinus 8. 3. duos fratres, reges Thraciae, se convertisse dicit ad Philippum, qui suas disceptationes dirimeret, idcirco viri docti tres illos fecerunt fratres. Qua certe ratione his Thracicis tenebris lumen non afferetur. Consentit tamen in eo Joannes Siceliota in scholiis ad Hermogenem vol. 6. p. 182. Κότυς τις, inquit, ἦν ὄνομα βασιλεὺς Θρᾴκης, ὃς τελευτῶν ἀφῆκεν υἱοὺς τρεῖς, Βηρισάδην καὶ Ἀμάδοκον καὶ Κερσοβλέπτην. At rhetor ille quae narrat ex ipso oratore ita depromsit ut quae ipsi deesse viderentur, more scholiastarum de suo addiderit. Nam nihil orator de fraterna trium illorum consuetudine ipse commemorat, quamquam de ea apte dicendi crebra per ipsam orationem data erat occasio. Ac secum ipse pugnaret p. 674. Cotyn morientem filios adolescentulos reliquisse dicens et p. 624. mentionem faciens certaminis contra filios mortui Berisadis: de qua re vide Rumpfii disput. de Charidemo Orita p. 20. Cautius auctor argumenti 2. hujus orationis egit dicens: καὶ τελευτήσας κατέλιπε τῆς βασιλείας διάδοχον Κερσοβλέπτην, εἰ μετά τινων δύο, Βηρισάδου καὶ Ἀμαδόκου, τὴν βασιλείαν μερίσαιτο, ubi ultima verba Voemelius Proleg. in Philipp. I. et Olynth. p. 93. male ita cepit quasi Cotys moriens ipse partitionem regni inter filios constituisset, quum iis potius disceptationes de imperio ortae quamvis ambigue indicentur. WEBER.

624, 2. τὰς συνθήκας] De hoc foedere v. infra p. 677.

624, 3. ἐξέφερε πόλεμον] Hoc moliebatur tempore belli. V. infra p. 680. WEBER.

624, 5. Ἀθηνόδωρος] De hoc Harpocratio: Ἀθηνόδωρος, Ἀθηναῖος τῷ γένει, στρατιώτης. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους. Est idem cum illo Imbrio, quem Plutarchus in vit. Phocion. c. 18, Aelianus V. H. 1, 25, cui Ἴμβριος pro Ἱμεραῖος restituit Schefferus, et Aeneas in Poliorc. c. 24. commemorant: quod vidit Vales. ad Harpocr. Itaque quum Athenodorus dictus sit Ἀθη-

ναῖος τῷ γένει, Athenis natus, quum *Ἴμβριος*, in hac insula habitasse ad quoddam tempus videtur. Statui etiam potest, eum ortu Imbrium fuisse, sed natum parentibus Atheniensibus, qui ibi coloni essent. Ii enim cives esse non desinebant, ut liquet e Philipp. I. p. 49. *εἰς Λῆμνον καὶ Ἴμβρον ἐμβαλὼν αἰχμαλώτους πολίτας ὑμετέρους ᾤχετ' ἔχων*. Vid. Boeckhii Oecon. 1. p. 461. Porro si componimus, quae in hac oratione de Athenodoro dicuntur, cum iis, quae Isocrates orat. de pace p. 164. refert, eum opinor primo in Thracia partibus ducis mercenariorum susceptis auctoritatem consecutum, societate et affinitate aliqua cum Berisade conjunctum fuisse, deinde autem, quum ab armis discessisset, in ditione Berisadis consedisse cum colonis et quiete vixisse, non tamen intermissa, quando occasio ferret, cognatae regiae familiae cura. Num autem soror Athenodori conjux fuerit Berisadis, ut Reiskius in Ind. historico putat, an ille hujus sororem vel filiam in matrimonium duxerit, incertum est. WEBER.

624, 8. *οὗτοι*] Hi tres modo dicti. REISK.

624, 10. *ἐκείνων*] Liberis puta Berisadae. REISK. Adde Amadocum. SCHAEF.

624, 11. *ἄν τις — ἀγώγιμον εἶναι*] Ordo verborum: *ἀγώγιμον εἶναι, ἄν τις αὐτὸν ἀποκτείνῃ*. SCHAEF.

624, 17. *ἐσπουδακότες πρὸς ὑμᾶς*] In uno libro est *περὶ ὑμᾶς*. Sed vid. orat. in Mid. p. 515. *πρὸς ἐμὲ ἐσπουδάσατε αὐτοὶ πρότερον*. Plat. Gorg. p. 510 C. *οὐκ ἄν ποτε ὡς πρὸς φίλον σπουδάσειε*. et *πρός τι* orat. in Androt. p. 617. Est studium suum in aliquem declarare, differtque a *σπουδάζειν περί τινα* et *περί τι* ita, ut hoc dicatur de eo, qui cogitatione et studio aliquem vel aliquid totum amplexatur; hinc alicui operam suam studiumque navare. Distinguit utrumque Lucianus Soloec. c. 10. ita: *τὸ σπουδάζειν πρός τινα, τὴν οἰκείαν ὠφέλειαν τοῦ σπουδάζοντος ἐμφαίνει· τὸ δὲ περί τινα, τὴν ἐκείνου περὶ ὃν σπουδάζει*. WEBER.

624, 18. *οὐδὲ βουλεύσεσθαι*] Subaudi *ἐναντία θέσθαι τὰ ὅπλα*. SCHAEF.

624, 19. *ἐκείνους*] Simonem, Bianorem, Athenodorum. REISK.

624, 21. *αὐτοῖς*] Cersobleptae et Charidemo.

624, 23. *ταῦθ' οὕτως ᾤοντο*] *ἔσεσθαι* vel aliud verbum desiderabat Reiskius. Frustra. Pendet *ταῦτα* ab *ᾤοντο*. Orat. de Cherson. p. 94. *ἐγὼ μὲν οἶμαι τοῦτο*. de coron. p. 304. *ὃ πάντες ᾤοντο*. ubi *ἔσεσθαι* post *ᾤοντο* additum in libris deterioribus. WEBER.

624, 25. *τῷ πολέμῳ*] Bello, quod Cersobleptes contra filios Berisadis et Amadocum instruebat. WEBER.

624, 26. *Ἀριστόμαχος—ὁ Ἀλωπεκῆθεν οὑτοσί*] Cf. p. 657. Puto hunc Aristomachum eum esse, cujus meminit orat. in Theocrin. p. 1333. et orat. in Neaer. p. 1353. Is ibi filius Critodemi dicitur et itidem Alopecensis. *οὑτοσὶ* vel praesentem in judicio, vel si absens fuerit, notum omnibus hominem indicat. De absente dicitur p. 412. *ἐπρέσβευσάν τινες ὡς Φίλιππον τουτονί*. Denique notes *ὁ Ἀλωπεκῆθεν* a suo nomine separatum interpositis verbis,

ut p. 535. πάλιν Φιλόστρατον πάντες ἴσμεν τὸν Κολωνῆθεν Χαβρίου κατηγοροῦντα. WEBER.

624, 28. ἐπαινῶν καὶ διεξιὼν τὸν Κερσοβλέπτην καὶ τὸν Χαρίδημον] Eadem verborum conjunctio p. 530. ἐπαινῶν ὑμᾶς καὶ διεξιὼν περὶ τῆς πόλεως, alia tamen verbi διεξιέναι constructione. H. l. intelligas: *laudes Cersobleptis et Charidemi peragens narratione singulorum factorum.* Quia διεξιέναι vulgo cum solo accusativo rei struitur, veluti διεξιὼν τὰς πράξεις καὶ ἀρετὰς τὰς τοῦ Κερσοβλέπτου, non item personae, id h. l. absolute positum est. Hujus usus tria affert exempla Benselerus ad Isocrat. Areopagit. p. 317: orat. ad Nicocl. p. 15. Philipp. p. 99. Panathen. p. 275. WEBER. Non attendit Weberus ad verba ὡς φιλανθρώπως ἔχουσι. Est igitur διεξιὼν τὸν Κ. καὶ Χ.—ἔχουσι vulgari constructione dictum pro ὡς φιλανθρώπως ἔχουσι Κερσοβλέπτης καὶ Χαρίδημος.

625, 2. Ἀμφίπολιν κομίσασθαι] Nihil magis cogitabant Athenienses quam Amphipolin, quae iis multis rebus utilissima erat, recuperare. Quare de ea diu et magna impensa ab iis pugnatum est. WEBER.

κομίσασθαι] χαρίσασθαι in libris deterioribus scriptum pro κομίσασθαι merito fuit interpretibus suspectum: nam quum Charidemus dux eligendus sit, non potest de donanda, quam non habet, sed de recuperanda urbe cogitari. Atque in hanc rem usitatum est κομίσασθαι, ut Olynth. II. p. 26. Ἀμφίπολις ἂν ληφθῇ, παραχρῆμα αὐτὴν ὑμεῖς κομιεῖσθε. Add. Philipp. p. 42. de Cherson. p. 98. pro Megapol. p. 206. 207. WEBER.

625, 7. ἐπικυρώσειεν] Quod prius sancitum erat a senatu (τὸ προκυρωθὲν, ut dicit Photius Lexic. s. v. προβούλευμα), id, si ratum haberetur, populus comprobare debebat. Hoc est ἐπικυροῦν suffragiis confirmare, alibi ἐπιψηφίζεσθαι vel ἐπιχειροτονεῖν. Vid. Schoemann. de comitiis Athen. p. 95. et 121. n. 16. WEBER.

625, 11. ὑφ' αὑτὸν] Libri aliquot ὑφ' ἑαυτῷ, recte fortasse. "Demosthenes in hac locutione constanter utitur dativo: v. p. 67. 104. 116. 208. 209. 241. 362. 365. (ubi var. lect. ὑπ' αὐτόν) 680. Adde quae inter Demosthenicas sunt, orat. de Halon. p. 86. et Philipp. IV. p. 134. 147. Orat. de coron. p. 240. solus Hermogenes, qui in lib. de invent. bis hunc locum citat vol. 3. p. 160. et iterum p. 164. accusativum habet et ibid. p. 248. solus Alexander de figur. vol. 8. p. 440.; idem tamen rhetor affert p. 445. ex orat. de Cherson. p. 104. ὑφ' αὑτῷ et Tiberius de figur. vol. 8. p. 567. e Philipp. II. p. 67. ὑφ' ἑαυτῷ. At orat. de coron. p. 238. exstat in omnibus libris accusativus, ὑφ' ἑαυτοὺς, sed in Philippi epistola ad Athenienses missa: nam paulo post p. 239., ubi orator loquitur, recurrit dativus. Quem casum in hac dicendi formula etiam Isocrati vindicavit Strangius in observ. crit. ad Isocr. 1. p. 86." WEBER.

625, 12. τοῖν δυοῖν] τοῖς Βηρισάδου παισὶ καὶ Ἀμαδόκῳ. V. p. 624, 5. Illi hic numerantur pro uno. SCHAEF.

625, 15. Verba εἴ τι πάθοι post τουτουὶ addita in libris deterioribus ex p. 624, 20. illata ab librario.

625. 20. ὧν λέγω] H. e. ἃ λέγω. Attractionis vis talibus in constructionibus etiam ad distans porrigitur. SCHAEF.

625, 24. Verba πότερ'—ἢ οὔ inseruit orator, ut explicaret antecedens τί. Plena oratio: πότερ' ἡμῖν συμφέροντα πράττοντα ἢ οὔ. SCHAEF.

626, 2. ἡμῖν] Scribendum ὑμῖν e libris optimis: nam cadit in oratorem, se eximere de numero civium, quibus adversetur Charidemus, cujus ipse conatibus resistere et cives odio imbuere studeat. Sequitur paulo post πράττειν ὑπεναντία ὑμῖν nulla scripturae diversitate. WEBER.

626, 7. τὸ πράττειν—ἐπισχεῖν] Constructio haec est: τὸ ἐπισχεῖν ἐκεῖνον ἐγχειροῦντα πράττειν ὑπεναντία ὑμῖν. REISK.

626, 11. ταυτηνὶ] Libri aliquot ταύτην. Digitis demonstrat libellum, quo accusatio delata erat. Antea p. 625. διὰ τοῦ ψηφίσματος τουτουΐ, infra p. 679. λαβέ μοι καὶ λέγε ταυτασί. p. 682. εἰ μὴ τὴν γραφὴν ἐποιησάμεθ' ἡμεῖς ταυτηνί. p. 363. καὶ ἀνάγνωθι λαβὼν τὴν ἐκ τοῦ νόμου ταυτηνί. ubi, ut h. l., nonnulli libri nudum pronomen exhibuerunt. Ταυτηνὶ confirmant Gregor. Corinthii scholia in Hermog. lib. de method. vol. 7. p. 1221. WEBER.

κωλῦσαι] Intelligendum τὸν δῆμον κυροῦν.

626, 13. ἐμὲ ὑπεσχημένον τρία] Promisit hoc orator non in ipsa oratione, sed in libello ad magistratum delato, in quo praecipua accusationis capita proponi solebant. Vid. Ulpianum ad h. l. et Schoemann. de comit. Athen. p. 179. Ipsa propositio vocabatur a veteribus Technicis ὑπόσχεσις, ut docet Hermogenes vol. 3. p. 416: οἱ δὲ παλαιοὶ τὴν μὲν προέκθεσιν καλοῦσιν ὑπόσχεσιν. Cf. Gregor. Corinth. vol. 7. p. 1220. ὑμῖν post ὑπεσχημένον additum in nonnullis libris est, fortasse ab iis, qui promissum coram auditoribus et iis ipsis factum putarent. Cum illis tamen consentiunt Hermogenes tribus locis, vol. 3. p. 99. p. 213. 416. et Gregor. Corinth. l. c., quamquam ille alio verborum ordine, bis scribens τρία ὑμῖν ὑπεσχημένον et semel τρία ὑπεσχημένον ὑμῖν. Omnino is paulo liberius dicta oratoris usurpavit. WEBER.

626. 15. τὸ ψήφισμα εἴρηται] Sic apud Lysiam orat. in Agorat. p. 131. τὰ ψηφίσματα ἐλέγετο. WEBER.

626, 16. τυχεῖν τούτων ᾧ γέγραπται] τούτων refertur quidem ad decretum, ut τούτου, quod Hermogenes vol. 3. p. 213. habet (idem p. 99. dedit τούτων τυχεῖν), exspectes, sed pluralis non improbandus commoda indicat, quae Charidemus illo sancito accepturus erat. WEBER.

626, 18. ἀκούειν ὑμῖν ἐστίν] Alius verborum ordo sine ulla scripturae discrepantia observatur p. 143. εἰ βουλομένοις ὑμῖν ἀκούειν ἐστίν, et p. 706. ὅ τι ἂν βουλομένοις ὑμῖν ἀκούειν ᾖ. p. 229. scriptum est. ἂν βουλομένοις ἀκούειν ᾖ τουτοισί. p. 557. ἀκούειν primo loco positum justa de caussa est: λέξω δ' ὅ τι ἂν πρῶτον ἀκούειν βουλομένοις ὑμῖν ᾖ, τοῦτο πρῶτον, εἶθ' ἕτερον, καὶ τἄλλα τὸν αὐτὸν τρόπον, ἕως ἂν ἀκούειν βούλησθε. Cf. infra p. 685. Non

raro deest infinitivus, ut p. 203. τὰ μὲν οὖν ἄλλα ὕστερον, ἂν ὑμῖν βουλομένοις ᾖ, λέξω. WEBER.

626, 19. ὅ τι δὴ βούλεσθε—τοῦτο τοίνυν ἐροῦμεν] Modestiae esse dicas et verecundiae, quod ad eos ipsos, apud quos dicit, rejiciat, unde sibi incipiendum sit, de violatis legibus audire malint prius, an de utili, an de justo. Quae figura orationis communicatio dicta a Cicerone de orat. 3, 53. et Quinctil. 9, 2, 17., non raro in usu est apud oratores. Cf. p. 557; alterum praeter hoc exemplum ex Andocidis orat. de myster. p. 34. affertur in Meieri et Schoemanni libro de lite Att. p. 718. n. 46. At vero id simul sui compendii caussa orator ita instituit: nam quum judices, de qua re primo et quo ordine dicturus esset, postulare possent, hoc ne fieret, prohibuit interrogans: περὶ τοῦ παρανόμου βούλεσθε πρῶτον; et, accepto quasi coronae responso vel nutu, addens parvo intervallo: τοῦτο τοίνυν ἐροῦμεν. Ita optionem iis dare se simulat et tamen ipse rem destinavit. Praeterea animadvertas ex hac dicendi ratione multum gratiae accedere orationi. Dicta enim referunt sermonem vitae communis nec composita domi, sed illico nata videntur. Vid. Quinctil. instit. orat. 4, 1, 54. Tiberius de figur. vol. 8. p. 545. WEBER.

626, 21. ἃ δὴ δέομαί τε καὶ ἀξιῶ παρὰ πάντων ὑμῶν τυχεῖν] Accusativus ἃ non a τυγχάνειν pendet, sed e verbis δέομαί τε καὶ ἀξιῶ aptus est, infinitivo per epexegesin apposito, ut is significet ὥστε τυχεῖν αὐτῶν, velut χρήσασθαι apud Xenoph. Anab. 4, 4, 9. τί ἡμῶν δεήσεσθε χρήσασθαι. Usitatum autem δέομαι cum δίκαια compositum praesertim ubi judices rogantur ut benigne audiant. Sic Demosth. p. 907. δίκαια ὑμῶν δεησόμεθ', ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ἀκοῦσαι ἡμῶν μετ' εὐνοίας. et p. 968. 985. 1007. Denique δέομαι et ἀξιῶ ut h. l., ita p. 227. copulata, sed inverso ordine: ἀξιῶ καὶ δέομαι πάντων ὁμοίως ὑμῶν ἀκοῦσαί μου. p. 1256. ἀξιῶ δὲ καὶ δέομαι πάντων ὁμοίως ὑμῶν πρῶτον μὲν εὐνοϊκῶς ἀκοῦσαί μου. WEBER.

626, 26. ἀκούσῃ μου] Sic libri boni pro vulgato ἡμῶν ἀκούσῃ et recte: est haec constans Demosthenis locutio, praecipue in ea orationis parte, quam ἀξίωσιν dicunt. Ibi enim ubique fere recurrunt haec: δέομαι δ' ὑμῶν—εὐνοϊκῶς ἀκοῦσαί μου, ἀκούσατέ μου et similia. Pronomen in his accentu rhetorico caret. Ubi contra vis quaedam in eo per legem oppositionis est, ibi id solet poni non ultimo loco, ut p. 814. δέομαι δ' ὑμῶν—μετ' εὐνοίας τ' ἐμοῦ ἀκοῦσαι. Cf. p. 226. Quare ἡμῶν ἀκούσῃ, quod in plurimis libris invenitur, suspectum est, quum propter pronomen praepositum tum quia plurali numero pronominis nusquam in hac formula utitur Demosthenes, nisi ubi communio loquentium talis est, ut se in eadem caussa dicendo excipiant et adjuvent, velut p. 907. δίκαια ὑμῶν δεησόμεθ'—ἀκοῦσαι ἡμῶν μετ' εὐνοίας. p. 844. p. 1167. δέομαι οὖν ὑμῶν—ἀκούσαντας ἀμφοτέρων ἡμῶν. WEBER.

627, 2. ἀφελὼν] Conf. ad p. 90, 8.

627, 5. ὅταν δ' ἐλέγχω τὰ πεπραγμένα] Receptus in partitione capitum ordo hic immutatus: nam caput, cui secundus illic locus est, hic obtinet tertium. Sequitur hic orator naturalem

ordinem e ratione rerum desumtum, illic artificiosum, quem prudentia oratoria ei praescripsit. Ceterum Ulpianus bene animadvertit, suum quodque caput verbum habere aptum: ἐπὶ μὲν τῶν νόμων, inquit, τὸ λέγω, ὡς ἁπλοῦ τοῦ νόμου τυγχάνοντος· ἐπὶ δὲ τοῦ δικαίου τῶν ἀδικημάτων, τὸ ἐλέγχω· ἐπὶ δὲ τοῦ συμφέροντος, τὸ ἐξετάζω· λογισμῷ γὰρ τὸ μέλλον εὑρίσκεται. WEBER.

627, 15. ἔσονται δὲ βραχεῖς περὶ πάντων οἱ λόγοι] Quinctilianus instit. orat. 4, 1, 34. "Sunt, inquit, et illa excitandis ad audiendum non inutilia, si nos neque diu moraturos, neque extra caussam dicturos existiment." Hanc brevitatis promissionem Demosthenes pariterque alii oratores frequentant, ut Lysias, cujus exempla collegit Taylor. Lect. Lys. p. 227. WEBER.

627, 16. Λαβὲ δὴ τοὺς νόμους αὐτοὺς καὶ λέγε] Alloquitur scribam, ad hoc publice (ὑπὸ τοῦ δήμου αἱρεθέντα, ut dicit Pollux 8, 98.) institutum, ut leges, decreta, testimonia, alia, quoties juberetur, recitaret. Grammat. in Bekk. Anecd. καὶ οὗτος οὐδενὸς τὸ σύνολον ἄλλου ἐστὶ κύριος ἢ τοῦ ἀναγνῶναι. ἔστιν οὖν ὁ ἀναγνώστης. Ita illis major fides quam si ab oratore ipso recitarentur, habebatur. Cf. Schoemann. de comitiis Att. p. 319. WEBER.

627, 18. τούτων] Aristocratis et sociorum.

627, 20. ΝΟΜΟΣ] Post ΝΟΜΟΣ interpunxi cum S, sive cetera quae sequuntur verba pronuntiata sunt a scriba ita, ut tanquam per parenthesin adjecta audirentur, sive ea non pronuntiata sunt, sed scripta tantum in codice legum, quas sibi descripserat orator, exstiterunt, ut ex hoc titulo cognosceret statim, unde leges sumtae essent. WEBER. Ego quoque post ΝΟΜΟΣ, quod vocabulum in S. rubro liquore scriptum, interpungi volueram et secludi verba proxima ΕΚ—ΠΑΓΟΥ in cod. uno omissa: quae grammatici sumserunt ex p. 636, 12.

ΝΟΜΟΣ] De hac lege vid. Heraldi animadvers. in jus Attic. et Roman. lib. 5. c. 3. p. 341. Petiti leges Attic. 7. p. 605. Tayleri Lectiones Lysiac. p. 312., Matthiae de judiciis ad caedem spectantibus p. 148., Meierus et Schoemannus de lite Att. p. 308—315. WEBER. Draconis esse leges quas ἐκ τῶν φονικῶν νόμων, recitari jusserit infra dicit Demosthenes p. 636, 12: primam vero hanc legis particulam Soloni tribuit Galenus vol. 8. p. 586. ubi verba ἐκ προνοίας male sunt post πυρκαϊᾶς collocata.

627, 24. τοῦ ψηφίσματος] Aristocratei, quod inter accusationis capita, antequam orator verba faceret, scriba recitaverat, ut recte observat Taylor., citans Aeschinis orat. in Timarch. init. εἰδὼς δ' αὐτὸν ἔνοχον ὄντα οἷς ὀλίγῳ πρότερον ἠκούσατε ἀναγιγνώσκοντος τοῦ γραμματέως. Cf. Meier. et Schoemann. de lite Att. p. 706. WEBER.

627, 27. εἰ σκέψαισθε—πότερα ξένος ἢ μέτοικος ἢ πολίτης ἐστίν] Orator utitur hic forma προκατασκευῆς, quam rhetores dicunt, ut habeat quo innitatur demonstraturus contrarium legibus psephisma esse. Et quaestionis suae fundamentum jacit eo, quod Charidemum non inquilinum, neque peregrinum dicit, sed civem appellat δημοποίητον. Hac enim definitione facta potuit, nemine

contradicente, uti ad infirmandum psephisma omnibus iis civitatis legibus, contra quas illud rogatum esset, veluti quae ad capitis caussam pertinebant. In hanc rem animadverterunt Hermogenes vol. 3. p. 432. ejusque interpres Gregorius Corinthius vol. 7. p. 1304., ubi dicit: *ἐπειδὴ ἐθάρρει τῇ δοθείσῃ παρὰ τοῦ δήμου δωρεᾷ τῷ Χαριδήμῳ, ὡς εὐεργέτῃ, ὁ Ἀριστοκράτης, ὁ γοῦν Δημοσθένης ἐκβάλλων τοῦτο τὸ ἰσχυρὸν, συγχωρεῖ πολίτην ἀληθῶς εἶναι τὸν Χαρίδημον, καὶ οὐδὲν πρὸς τοῦτο ἀντιλέγει· τοῦτο δὲ ποιεῖ πανουργῶν, ἵνα μᾶλλον οἱ νόμοι τὸ πλεῖον ἰσχύσωσιν, ὡς πολίτου ἐξεταζομένου τοῦ Χαριδήμου. πανουργίαν οὖν καλεῖ τὴν τοῦ ῥήτορος δεινότητα· ἔλεγον δὲ οἱ νόμοι, ὡς, εἴ τις φονεὺς γένηται, ὁποίῳ γοῦν τρόπῳ, δικάζειν περὶ τούτου τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν, καὶ μὴ εὐθὺς ἀναιρεῖσθαι· οἷς ἐναντιοῦτο τὸ τοῦ Ἀριστοκράτους ψήφισμα, ἀναιρεῖσθαι διακελευόμενον χωρὶς κρίσεως τὸν Χαρίδημον ἀποκτείναντα.* Simul inde apparere puto, quod ex aliis locis conjecit Heffterus de re judiciali Athen. p. 135. peregrinis et inquilinis non juris aequabilitatem cum civibus fuisse in rebus capitalibus. quam si illi habuissent, certe nulla idonea caussa esset cur orator Charidemum civem tam diligenter distinxisset ab inquilinis et peregrinis. Ac verisimilior fit ista opinio, quod infra p. 641. rursus effertur honor civitatis, quem Charidemus habeat, et commoda, quae cum eo in caussis capitis conjuncta sint, commemorantur. Confirmant eam alia quoque hujus orationis loca, veluti verba legis p. 632. *ὥσπερ τὸν Ἀθηναῖον κτείναντα*, et p. 635. *ἐάν τις ἀποκτείνῃ— ξένος ἢ πολίτης, ἵν᾽ ὅτῳ ποτὲ τοὔργον ἐπράχθη. τούτῳ τὰ ἐκ τῶν νόμων ὑπῆρχε δίκαια.* Neque jure Meierus reprehendit in libr. de bonis damnat. p. 23 sq. scriptorem *Δικῶν ὀνομάτων* in Bekkeri Anecd. p. 194, 11., qui ait s. v. *φονικόν*: *ἐὰν μέτοικόν τις ἀποκτείνῃ, φυγῆς μόνου κατεδικάζετο· ἐὰν μέντοι* (al. *μέτοικος*) *ἀστὸν, θάνατος ἡ ζημία.* Per mihi mirum non est profecto mitiorem apud Athenienses inquilini occisi ultionem fuisse quam civis. quamquam servi ac liberi hominis occisorem pari severitate persequi licebat: quippe qui dominis concederent servos ulcisci ut socios et participes religionum domesticarum. Omnino quia peregrini et inquilini alium atque cives sacrorum habuerunt cultum, idcirco eos etiam alio jure in rebus capitalibus judicatos fuisse existimandum est. WEBER.

628, 5. *ὡς ἁπλῶς καὶ δικαίως χρήσομαι τῷ λόγῳ*] Affert Hermogenes vol. 3. p. 329. hunc locum inter exempla *τῆς ἐπιεικείας*, qua orator liberaliter tribuere videtur Aristocrati aliquid, quod ei sit summo honori. quod tamen eo facit consilio, ut sibi ipsi plurimum prosit. Vid. p. 627. *τῷ γοῦν Χαριδήμῳ*, inquit, *δίδωσι τὸ ὡς πολίτῃ ἐξετάζεσθαι, ἵνα μᾶλλον οὕτω παράνομον ἐξελέγξῃ τὸ ψήφισμα. τὰ γὰρ κατὰ τοὺς νόμους τοῖς πολίταις διώρισται.* Hinc etiam liquet cur orator *πανουργῶν* dicatur ab eodem rhetore vol. 3. p. 432. WEBER.

628, 16. *ὑπὲρ εὐσεβείας ὅλης τῆς πόλεως προϊδών*] Nefas et impium habebatur injuria aliquem afficere, quo reverentia deorum laederetur. Tale quid si patratum esset publice, tota

civitas piaculum admisisse putabatur. Antiphon de chor. p. 124. *φονέα τὸν μὴ αἴτιον ψηφισθῆναι ἁμαρτία καὶ ἀσέβεια εἴς τε τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς νόμους.* WEBER.

628, 25. *πάντα τὰ τοιαῦτα ὀνόματα*] Tria quae sequuntur *κακουργήματα* eadem conjunxit Antiphon de caede Herodis p. 67. ut tria gravissima: *φασὶ δὲ αὖ τό τε ἀποκτείνειν μέγα κακούργημα εἶναι, καὶ ἐγὼ ὁμολογῶ μέγιστόν γε, καὶ τὸ ἱεροσυλεῖν καὶ τὸ προδιδόναι τὴν πόλιν.* WEBER.

629, 5. *ὁ δὲ τὸ ψήφισμα γράφων πῶς;*] Similis verborum conformatio orat. de syntax. p. 173. *τὰς μὲν δὴ πολιτικὰς δωρεὰς οὕτως ἐκεῖνοί τε καλῶς ἔνεμον καὶ ὑμεῖς οὐκ ὀρθῶς· τὰς δὲ τῶν ξένων πῶς;* de coron. p. 305. *τὰ μὲν τῆς πόλεως οὕτως ὑπῆρχεν ἔχοντα—· τὰ δὲ τοῦ Φιλίππου—σκέψασθε πῶς;* Quibus locis ut vox interrogandi postposita sit oppositionis ratio effecit. Tiberius rhetor vol. 8. p. 541. citans h. l.: *Σαφήνεια δή,* inquit, *οὕτως, ὡς ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους· "ὁ μὲν τὸν νόμον τιθεὶς οὕτως· ὁ δὲ τὸ ψήφισμα γράφων πῶς;"* WEBER.

629, 16. *ὁ κάτωθεν νόμος*] De hac locutione multa tum veteres tum recentiores, Didymus citatus ab Harpocrat. s. v. *Ὁ κάτωθεν νόμος*, Pollux 8, 128. (Adde Lex. rhet. in Bekk. Anecd. p. 269, 14.) Meursius Attic. Lect. 1, 22. Petitus LL. Attic. p. 104. Salmasius de M. U. p. 758 sqq. Heraldus Animadv. p. 298. Una est sententia Didymo et Polluci communis, quam primam refellam. Cum tabulae, in quibus leges erant descriptae, ab acropoli, quae urbis erat locus editissimus, in forum essent translatae, (id intelligo de legum exemplari facto,) eam rem agente potissimum Ephialte quodam, ut populo publice prostarent, ibi dici incipiebat *ὁ κάτωθεν νόμος*, relatione scilicet habita ad exemplar, quod erat in foro asservatum. Sit ita: sed hoc non unam legem ab alia distinguit, cum omnes similiter in forum sint translatae, aut omnes potius similiter in tabulis ibi descriptae. Unde enim aut qua constantia haec lex *inferior* nominari possit potius quam illa, quae modo praecesserat, aut ea, quae mox subsecutura est? Dicitur secundo, per has voces intelligendam esse Heliaeam, curiam, ut videtur, in loco depresso sitam, *διὰ τὸ τῶν δικαστηρίων τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω ὀνομάζεσθαι.* Profecto id non novi, neque arbitror esse verum. Solus Areopagus quidem, utpote in altissimo colle situs, *ἡ ἄνω βουλὴ* dicebatur, ut ex Plutarcho et Heliodoro ostendit Meursius in Areopag. c. 1. extrem. [*εἰς Ἄρειον πάγον ἀναβεβηκέναι* Lysias p. 175. ed. Lond. *ἡ ἄνω* et *ἡ κάτω βουλὴ* Plutarchus in Solone. TAYLOR. *in Schedis.*] Veruntamen si curiae Atticae omnes in *τὰς ἄνω* hae, illae in *τὰς κάτω* distribuerentur, infeliciter sane elegisti Heliaeam, quam inter inferiores numeres. Si etymologiae magistrorum quidquam habeant momenti, in convalli aut loco depressiore esse non potuit. Immo erat in loco sublimiori, idque expresse ait Antipho: *Φιλοκράτης οὑτοσὶ ἀναβὰς εἰς τὴν ἡλιακήν* (corrige *ἡλιαίαν*). et deinde: *ἀναβὰς ἐγὼ εἰς τὸ δικαστήριον τοῖς αὐτοῖς δικασταῖς ἔλεξα.* p. 143, 39. edit. Steph. Verum, his

omissis, responderi potuit simpliciter hic non de curia agi, sed de lege. Dicitur tertio, quod ex forma legum exarandarum, quae *βουστροφηδὸν* erat, *τὸν ἀπὸ τῶν εὐωνύμων ἀρχόμενον νόμον* Demosthenes vocaret *τὸν κάτωθεν νόμον*. Quae quidem non verba sunt, sed portenta. Nam in eo scribendi ritu, qui versationem boum imitari dicitur, omnino a sinistra parte dextrorsum scribere coeperunt, uti nos hodie scribimus: qua linea exarata sive sulco finito, necesse erat, ut, more boum in arando servato, sequentem versum, *τὸν κάτωθεν*, a dextra parte inchoantes versus sinistram ducerent, ut in hoc exemplo:

ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ
ΠΑΙΑΝΙΕΥΣ ΤΑΥ, ΕΠΙΕ.

Sed videamus tamen quantum prosit hoc commentum. In ea scriptura lineam lineae subjiciebant, et perpetuo isto tenore leges ita exarari potuisse non nego. Una ergo eademque lex partim *ἄνωθεν*, partim *κάτωθεν* erat descripta: a sinistra scil. dextrorsum, quantum nempe pateret tabula, deinde sinistrorsum a dextra. Nam isto ritu non legem legi, sed lineam lineae supponebant: et proinde nulla lex *κάτωθεν* nominari poterat, aut omnes similiter ita nominari debuerunt. Quarta est eorum sententia, qui contendunt, cum leges in axibus ordine et seriatim essent descriptae, dici *τὸν κάτωθεν νόμον* eam, quae in inferiori parte tabulae contineretur. Quae sane praestaret, ni paulo meliorem adduceremus. Provocat Demosthenes non ad tabulas axonasve, verum ad exemplar earum legum, quas inde describi fecerat, ut, quotiescunque usus venisset, a scriba ex eo periculo recitari potuissent. Atque hoc solemniter dicebatur *παραγράφειν*. Noster c. Androt. p. 604. 2. *περὶ μὲν τῶν νόμων, οὓς παρεγραψάμεθα.* Et c. Aristocr. p. 636, 11. *Ὁ μὲν νόμος ἐστὶν οὗτος Δράκοντος, καὶ οἱ ἄλλοι, ὅσους ἐκ τῶν φονικῶν νόμων παρεγραψάμην.* Et p. 640. 18. *Οὐ τοίνυν μόνον τούτους τοὺς νόμους παραβέβηκεν, ἀλλὰ καὶ ἄλλους πολλοὺς, οὓ οὐ παραγεγράμμεθα διὰ τὸ πλῆθος.* Adde p. 691, 27. Neque haec dico, quasi credam *παραγράφειν* simpliciter esse *describere*, nam novi aliud esse et proprie dici pro eo, quod ICti Romani nominant *exceptione uti*. Descripsit ergo rhetor noster ex tabulis publicis leges hasce exceptorias, quas Aristocrateae rogationi opponeret. Descripsisse saltem constat: et multa sunt in hac oratione, quae meam sententiam adjuvant. Ita ad scribam se accommodans saepius ait: *λέγε τὸν μετὰ ταῦτα νόμον—τὸν ἐφεξῆς νόμον—λέγε τοὺς ἐφεξῆς νόμους.* Vid. p. 631, 26. 649, 2. et 18. Praesertim p. 647, 20. dubius, utrum in periculo suo adhuc restaret lex, quam scriba non recitarat, ait: *ἆρά τις ἡμῖν ἔτι λοιπός ἐστι νόμος;* Potissimum vero omnium p. 649. 18., qui locus primum hodie a me est complanatus: *λέγε τὸν μετὰ ταῦτα νόμον, ἢ οὗτοι πάντες εἰσίν; Recita et sequentem legem, vel anne omnes jam sint recitatae?* Id est: *Recita sequentem legem, si qua superfuerit recitanda earum, quas descripsimus.* TAYLOR. *ὁ κάτωθεν νόμος* significat idem atque

mox v. 18. ὁ μετὰ ταῦτα νόμος. *Recita legem huic proximam inferiorem*, in illo fasciculo legum e codice universo excerptarum, quo leges huic caussae servientes complexus sum, isti superiori jam recitatae et enarratae suppositam, quae istam priorem, nulla alia intercedente, excipit. Mirum dictu quantos motus excitarit, quae dubia crearit dictio tam plana, quam ipse orator, veluti praevidens et metuens bella grammaticorum ob eam oritura, interpretatus esset: quae bella Taylorus enarravit a ratione mea interpretandi hunc locum, si bene mentem ejus percipio, haud alienus. REISK. Seagerus Diar. Classic. 55. p. 59. verba sic vertit: *Atqui lex proxime subjecta etiam damnatos, compertos homicidas sic afficere diserte et plane prohibet.* Tangit hunc locum Lobeckius ad Phrynich. p. 128., cui κάτωθεν hic et p. 21, 5. videtur esse i. q. κάτω. Sed non cogitandum de tali enallage. ὁ κάτω νόμος est *lex infra scripta*: ὁ κάτωθεν νόμος *lex de inferiori parte schedae recitanda.* Alterum locum recte explicuit scholiasta. SCHAEF.

629, 19. ΝΟΜΟΣ] Dixerunt de hac lege Salmasius de modo usur. c. 17. p. 760., Heraldus Animadv. in Salmas. 4, 5, 10., Petitus Leg. Att. p. 610. ibique Wessel. Matthiae de judiciis Athen. 1. p. 168. Meierus de bonis damn. p. 43., Meierus et Schoemannus de lite Att. p. 235. Schellingius de Solonis leg. c. 11. p. 61—68. Hoc ante omnia tenendum est, primam et hanc secundam legem inter se colligatas esse ab oratore, tametsi eas in ipsa tabula legum se invicem excepisse non potest justis de caussis statui. Quemadmodum enim prima illa vetat ne quis, si consulto et dolo malo occiderit, caussa incognita puniatur, ita haec statim principio supplicium homicidis irrogat convictis et damnatis. Quare δὲ particula veram e mente oratoris facit oppositionem, nec potest abesse, ut abest in nonnullis libris. Permittebat igitur lex hujus generis homicidas ἀποκτείνειν ἐν τῇ ἡμεδαπῇ, id est in Attica, si exsilio, quo veriti poenam judicii et legis domo profugissent, reversi in patriam et ibi deprehensi essent. Enimvero magistratuum tum erat videre ut illi luerent celerrime temeritatem capite, imo potius impietatem, quum flagitiis polluti miscendo cum civibus commacularent ipsos. Hoc exprimitur per ἀποκτείνειν, quod valet θανάτῳ ζημιοῦν de magistratibus, ita tamen ab hoc diversum, ut sit poenam capitalem exsequi, vel constitutam prius a judicibus vel legibus sancitam: cujus usus exempla attulit Heraldus l. c. et Schellingius p. 66. Ad modum autem significandum, quo delicti exsecutio a magistratibus effici posset, additum καὶ ἀπάγειν, siquidem vel ipsi reversos deprehenderent et ad τοὺς ἕνδεκα abducerent, vel unicuique civium ad illos liceret abducere, non ignominiose tractare neque pecuniam ab iis exigere. Ipse orator dicit infra p. 630. ὁ ἀπάγων — ὡς τοὺς θεσμοθέτας τοὺς νόμους κυρίους ποιεῖ τοῦ δεδρακότος et paulo post οἱ θεσμοθέται τοὺς ἐπὶ φόνῳ φεύγοντας κύριοι θανάτῳ ζημιῶσαί εἰσι. Apagoge enim adhibita videtur inprimis in homicidas, ut, si ivissent quo non liceret, inde quam celerrime

arcerentur et meritam tum poenam sine judicio populi sufferrent, vel si quid ad se defendendos, quod reversi essent, protulissent, denuo in judicio sisterentur et judicarentur. Partim apagoge cautum fuit ne quis ipse vindictam occuparet. Acceptam Demostheni hanc oblatam legem oportuit esse, quippe jubentem *ἀπάγειν τοὺς ἀνδροφόνους* similiter ac scriptor psephismatis *τὸν φονέα Χαριδήμου ἀγώγιμον εἶναι* voluit, illo tantum discrimine, quod hic in abducendo occisore ex oratoris sententia libidinem cuivis admisit, illa contra certam actionis formam praescripsit. Quamobrem ille in lege explicanda potissimum *ἀπάγειν* respexit. At simplicitatem et humanitatem legis viri docti qui de ea scripserunt, non perceperunt, nisi quod Salmasius a vero non longe abfuit, etsi, audacius verba *ἀποκτείνειν—καὶ* deleri et *τοὺς δ' ἀνδροφόνους ἐξεῖναι ἐν τῇ ἡμεδαπῇ ἀπάγειν* scribi voluit. Tota re errant Heraldus et Wesselingius, *καὶ* pro *ἢ* positum rati, quem errorem quum alii tum Meierus de bonis damn. l. c., recoxerunt. Ait Wesselingius morte multatum non posse item abduci: Schaeferus p. 630, 10. recte quidem opinionem de *καὶ* prolatam rejicit, sed dum explicat: *licere tam occidere quam abducere, optione tibi data eligendi utrum malis: nam utrumque facere per rei naturam non licet*, non vidit utrumque una fieri potuisse, *ἀποκτείνειν καὶ ἀπάγειν*: nam lex constituit singula, quae in reversos homicidas fieri liceat et quae non liceat. Quadrat ista *καὶ* particulae explicatio in verba orat. Timocrateae p. 736. *εἰ δέ τις νύκτωρ ὁτιοῦν κλέπτοι, τοῦτον ἐξεῖναι καὶ ἀποκτεῖναι καὶ τρῶσαι διώκοντα καὶ ἀπαγαγεῖν τοῖς ἕνδεκα*, c. Pantaen. p. 983. *οὓς ἐκπίπτειν καὶ φεύγειν, ἂν ἁλίσκωνται, καὶ* (si manserit in patria) *τεθνάναι προστάττουσιν οἱ νόμοι.*, in Mid. p. 528. *οἱ φονικοὶ τοὺς μὲν ἐκ προνοίας ἀποκτιννύντας θανάτῳ καὶ ἀειφυγίᾳ καὶ δημεύσει τῶν ὑπαρχόντων ζημιοῦσι.*, non item in hunc locum. Cuinam, quaeso, licuit homicidam in patriam reversum occidere? Cuivis, respondent C. Fr. Hermannus in disput. de Platonis legibus p. 50. aliique philosophi verbis utentes Leg. 9. p. 871 D. *ἐὰν δέ τις ἐπιβῇ τούτων τῆς τοῦ φονευθέντος χώρας, ὁ προστυχὼν πρῶτος τῶν οἰκείων τοῦ ἀποθανόντος ἢ καὶ τῶν πολιτῶν ἀνατεὶ κτεινέτω, ἢ δήσας τοῖς ἄρχουσι τῶν τὴν δίκην κρινάντων, κτεῖναι παραδότω.* Haec tamen ad legem non congruere apertum est; primo ipse orator in ea interpretanda de sententia philosophi longe discedit, veluti eam infra p. 631. dicit prorsus vetare *ἔχοντα αὐτὸν ἀποκτιννύναι*; secundo propter legem p. 636. allatam, in qua ut liber sit actione caedis promittitur ei, qui versantem, ubi non licet, detulerit ejusque mortis auctor exstiterit; tertio, ut recte vidit Salmasius, quod lex privato, concessa occidendi potestate, magnam licentiam ad crudeliter agendum daret, quam ubique orator in oppugnando Aristocratis psephismate exagitat, eaque dissentiret a se ipsa, quum in abducendo homicida omni vi et cruciatu interdicat; quarto denique Platonis si spectes auctoritatem, nulla ea est, ubi dicta ejus institutis Atticorum veteribus aperte repugnant, quod ipse Hermannus multis argumentis ostendit. Sic pari severitate a legislatore abit philosophus eodem libro

p. 871 A. quum ipsum jus dicit homicidam nondum damnatum prohibere usu locorum sacrorum, quod ille accusatoris demum interdicto fieri jubet. Utrumque igitur et ἀποκτείνειν et ἀπάγειν licuit, illud tamen non privato homini, sed solis magistratibus, neque prius quam alterum aut ab ipsis aut ab aliis factum erat. Ne tamen idcirco ἀπάγειν priore loco ponendum fuisse exspectes: fecit rem ita legislator, qui si sciremus quae in legibus antecedentibus decrevisset, non modo cur ἀποκτείνειν ante ἀπάγειν locum hic habeat, sed etiam quomodo ipsum ἀποκτείνειν intelligendum esset, plane intelligeremus. Neque errasse crediderim viros illos doctos tantopere, si legislator loco verborum ὡς ἐν τῷ ἄξονι ἀγορεύει diserte exposuisset ea ipsa, quae obiter tantum ut nota aliunde indicantur. Iis enim auditores ad eam legum tabulam remittuntur, in qua, quae ad actionem ἀπαγωγῆς et conjunctam cum ea consuetudinem judicialem pertinerent, accuratius definita fuerint. Cf. Heraldus 4, 5. p. 297.—Vetat deinde lex λυμαίνεσθαι et ἀποινᾶν. Prius contumelias sive verborum sive factorum exprimit, inque eo sunt gradus injuriarum, velut αἰκίζεσθαι, δεῖν, μαστιγοῦν, στρεβλοῦν, quas orator graviores eligens interpretando ipse indicat. Alterum ἀποινᾶν est pretium poscere ab homicida abducto, quo ille dato inultus dimittatur. Non licuit neque cognatis occisi neque aliis cum homicida in gratiam redire ab eoque pecuniam exigere, si condemnatus et exul factus in patriam sua auctoritate reversus esset. Vid. Petiti Leg. Att. p. 611. Tum enim in potestate legum erat. Qui contra faceret et deprehensum aut male tractaret, aut pretio manu mitteret, is debebat διπλοῦν ὀφείλειν, ὅσον ἂν καταβλάψῃ. i. e. ὀφείλειν διπλάσιον τοῦ βλάβους vel τίνειν τοῦ βλάβους τὴν διπλασίαν. Ita Plato dicit in libris de legibus. Vid. Taylor. ad Lysiam p. 34. WEBER. Hanc legis particulam ab falsario compositam esse verissime judicavit Frankius in Ephemer. Jenensibus a. 1844. p. 738. Genuina legis verba ex iis quae Demosthenes dicit patet haec fuisse, τοὺς δ' ἀνδροφόνους ἐξεῖναι ἀποκτείνειν καὶ ἀπάγειν, ὡς ἐν τῷ ἄξονι εἴρηται, λυμαίνεσθαι δὲ μὴ μηδὲ ἀποινᾶν. quibus ἐν τῇ ἡμεδαπῇ intulit interpolator, quod interpretandi caussa posuit Demosthenes p. 631, 9., licet ex praecedentibus ὁ μὲν δὴ νόμος—εἴρηκεν (p. 630, 29.—631, 6.) alia legis verba fuisse manifestum sit. Proxima ἢ διπλοῦν—καταβλάψῃ unde sumserit non constat: non lecta fuisse in lege silentium oratoris arguit. Illa vero εἰσφέρειν—διαγιγνώσκειν, quae partim ad similitudinem alius legis (p. 632, 9.), in qua est διαγιγνώσκειν δὲ τοὺς ἐφέτας, ficta videntur, plane absurda sunt. Neque enim Heliaeae neque alii judicio locus hic est, quum de poena tantum agatur et in lege Solonea (p. 630, 13.) thesmothetae dicantur τοὺς ἐπὶ φόνῳ φεύγοντας κύριοι θανάτῳ ζημιῶσαι εἶναι, nec de damnato (ἑαλωκότι ἤδη τῇ ψήφῳ p. 629, 29.), quem occidere cuivis impune liceret, denuo judicium haberi potuerit. Ceterum quod Webero placet ἀποκτείνειν de solis thesmothetis,

ἀπάγειν de iisdem vel aliis quibusvis hominibus intelligendum esse fieri non potest. Nam hoc diserte dici debuisset, quoniam per se intelligi non potest.

629, 21. ἀγορεύει] Hoc pro εἴρηται, quod in lege scriptum fuit (v. p. 630, 12.), substituit falsarius.

629, 22. διπλοῦν] Sic p. 528. οἱ περὶ τῆς βλάβης οὗτοι νόμοι πάντες—, ἂν μὲν ἑκών τις βλάψῃ, διπλοῦν, ἂν δ' ἄκων, ἁπλοῦν τὸ βλάβος κελεύουσιν ἐκτίνειν. Cf. Meier. de bonis damn. p. 155., eundem et Schoemann. de lite Att. p. 188. 476. Boeckh. Oecon. Athen. vol. 1. p. 397. Dupli poena ut illi infligeretur, potuit ejus nomen a quovis cive ad eos magistratus deferri, quorum cognitio erat. Plutarchus vit. Solonis c. 18. καὶ γὰρ πληγέντος, inquit, ἑτέρου καὶ βλαβέντος καὶ βιασθέντος ἐξῆν τῷ δυναμένῳ καὶ βουλομένῳ γράφεσθαι τὸν ἀδικοῦντα καὶ διώκειν. Cf. Demosth. p. 528. Ii caussas et lites, prout eae pro sua ratione et natura ad singulorum fora pertinebant, cognoscebant cognitasque ad constitutos judices deducebant, id quod h. l. pro vulgatiore εἰσάγειν minus usitato v. εἰσφέρειν dicitur, iisque ipsi praeerant. Nota est magistratuum, inprimis novem archontum, ἡγεμονία δικαστηρίου, quam Solon, ademta juris decernendi potestate, solam iis praeter aliqua, quae statuere suo arbitratu possent, reliquerat. (v. Suid. s. v. ἄρχων et schol. ad Midian. p. 515.) Sunt igitur δικασταὶ h. l. iidem qui εἰσαγωγεῖς, quemadmodum δικάζειν a Polluce, Suida aliisque pro εἰσάγειν dicitur. Eodem modo in lege in orat. adv. Macart. p. 1074: τὰς δὲ δίκας εἶναι περὶ τούτων πρὸς τοὺς ἄρχοντας, ὧν ἕκαστοι δικασταί εἰσι, ubi singulos ut cognitores caussarum significatos ostendunt quae tum, quum de officiis eorum post damnationem rei praestandis agitur, subsequuntur: ὅτου δ' ἂν καταγνωσθῇ (ὁ διώκων), ἐγγραφόντων οἱ ἄρχοντες, πρὸς οὓς ἂν ᾖ ἡ δίκη, τοῖς πράκτορσι. Dictio δίκην vel γραφὴν εἶναι πρός τινα in hac re satis frequens est: v. p. 707, 1137, 1338. ut alibi γράφεσθαι, ἀπογράφεσθαι πρός τινα. Non recte Schellingius l. c. p. 68. refert ad εἰσφέρειν—τῷ βουλομένῳ e superioribus ἐξεῖναι et εἰς ante τοὺς ἄρχοντας addit. "εἰσφέρειν enim non solum de collegio dici, quod alteri collegio rem aliquam pertractandam committat (Thucyd. 8, 67. Xenoph. hist. Gr. 1, 7, 9.), sed etiam de privato homine, qui ad populum aut ad collegium de aliqua re referat (Demosth. p. 707.)." Porro τῷ βουλομένῳ dativum commodi in talibus juris formulis non usurpari contendit idem. Vertit ita: *eum Archontum, ad cujus forum caussa pertinet.* WEBER. Falsarium hoc ipsum voluisse quod Schellingius restituit εἰσφέρειν εἰς τοὺς ἄρχοντας, etsi hoc usui loquendi repugnet neque archontes nominari debuerint, sed thesmothetae (v. p. 630, 13.), censet Frankius l. c. p. 738.

629, 24. ὧν] Id est ταῦτα ὧν: ne quis ὧν generis esse masculini putet ad ἄρχοντας referendum, de quo cogitavit Weberus. Sensus igitur hic est, *eum archontum, ad cujus forum caussa pertinet.*

τῷ βουλομένῳ non differt ab usitata dictione τῷ βολουμένῳ οἷς

ἔξεστι, quo significatur is, qui nullo suo peccato impeditur quominus alterum accusare possit. Affectis enim ignominia aliqua aditus ad judicia non patebat. Demosth. p. 528. τῆς ὕβρεως αὐτῆς τὰς μὲν γραφὰς ἔδωκεν ἅπαντι τῷ βουλομένῳ, τὸ δὲ τίμημα ἐποίησεν ὅλον δημόσιον. Vid. ipsam legem p. 529., quae huc pertinet, et Isocrat. in Lochit. p. 396. περὶ δὲ τῆς ὕβρεως ὡς κοινοῦ τοῦ πράγματος ὄντος, ἔξεστι τῷ βουλομένῳ τῶν πολιτῶν εἰσελθεῖν εἰς ὑμᾶς. WEBER. Non apparet quid τῷ βουλομένῳ hoc loco sibi velit. Ante λυμαίνεσθαι transponendum esse conjecit Rehdantzius in censura Weberi (in Jahnii Annal. philol. vol. 47. p. 409.).

629, 25. τὴν δ' ἠλιαίαν διαγιγνώσκειν] Commentum ineptum notatum ab Frankio l. ad p. 629, 19. citato.

Ἠκούσατε usque ad ἐξελεγχθεὶς ἁλῷ citant anonymi scholia εἰς στάσεις vol. 7. p. 427. ἂν μὲν (τὸ ῥητὸν) πρὸς ἡμῶν ᾖ, μετὰ τὴν τοῦ ῥητοῦ ἀνάγνωσιν οὐκ εὐθὺς ἀφιστάμεθα, ἀλλὰ κατὰ λέξιν διερευνώμενοι καὶ ἐξετάζοντες αὖθις διερχόμεθα τὰ εἰρημένα, ὥσπερ ἐν τῷ Ἀριστοκράτους ὁ Δημοσθένης· ἠκούσατε κ. τ. λ. Cf. Maximi Planudis scholia εἰς στάσεις vol. 5. p. 306. WEBER.

σκέψασθε δὲ—θεωρήσατε pari modo, allocutione judicum interposita, conjunguntur p. 311. Illud *considerare* est, hoc *tranquille contemplari*. Similia vid. p. 987. σκοπῶν καὶ θεωρῶν. inverso ordine p. 19. νῦν δὲ θεωρῶν καὶ σκοπῶν εὑρίσκω. p. 507. σκέψασθε παρ' ἄλληλα καὶ λογίσασθε πρὸς ὑμᾶς αὐτούς. p. 122, 342. λογίζεσθε δή—καὶ θεωρεῖτε παρ' ὑμῖν αὐτοῖς. WEBER.

629, 27. σφόδρ' εὐσεβῶς] Siquidem, apagoge in homicidam reversum instituta, cavit ne religio deorum contaminaretur, neve crudelitas in exigenda poena adhiberetur. Ita orat. in Neaer. p. 1372. ἡ βουλὴ ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ut quae providerit impia, dicitur πολλοῦ ἀξία εἶναι τῇ πόλει περὶ εὐσέβειαν. WEBER.

630. 13. οἱ θεσμοθέται—ὑπ' ἐκείνων ἀπαχθέντα] Hoc jus morte puniendi thesmothetae non exercebant sine judicio populari, nisi in confessos et convictos homicidas, quales sunt οἱ ἐπὶ φόνῳ φεύγοντες, qui caedis caussa exulantes, nulla venia accepta, in Attica deprehendebantur reversi. Eos per apagogen ad thesmothetas ductos hi ipsi undecemviris ad supplicium dedebant, de qua re vid. Meier. de bonis damn. p. 43. et de lite Att. p. 32. 63. WEBER.

630, 16. ἀπαχθέντα] Ad undecimviros, qui alias quoque non nominati, tamen intelligendi sunt. Sic Andocid. de myster. p. 45. Μέλητος δ' αὖ οὑτοσὶ ἀπήγαγεν ἐπὶ τῶν τριάκοντα Λέοντα, ὡς ὑμεῖς ἅπαντες ἴστε, καὶ ἀπέθανεν ἐκεῖνος ἄκριτος. aliique citati ab Meiero de bonis damn. p. 42. WEBER.

630, 26. γνώριμον οἶδ' ὅτι πᾶσι] I. e. *quod verbum scilicet omnibus notum est.* SCHAEF.

630, 27. τὸ δὲ "μηδ' ἀποινᾶν" μὴ χρήματα πράττεσθαι] Verba μηδ' ἀποινᾶν ex lege sumsit, ex quo non sequitur in interpretatione quoque μηδὲ dici debuisse, quod posuit Theo hunc locum afferens vol. 1. p. 186.

630, 28. *χρήματα ἄποινα*] Sic Reiskius ex Theone l. c. pro eo quod in libris est *ἄποινα χρήματα*: unde in Bekkeri meamque editionem transiit, me quidem nolente. Nam recte habere librorum scripturam jam in praefatione editionis Lipsiensis a. 1825. p. 10. ostenderam collato Xenoph. Mem. 3, 14, 7. *ἔλεγε δὲ καὶ ὡς τὸ εὐωχεῖσθαι ἐν τῇ Ἀθηναίων γλώττῃ ἐσθίειν καλοῖτο*, ubi Reiskius pari errore transponebat *τὸ ἐσθίειν ἐν τῇ Ἀ. γλώττῃ εὐωχεῖσθαι*. Lex. rhet. in Bekk. Anecd. p. 221, 26. *ὁ δὲ Βάταλος ἐκαλεῖτο παρὰ τοῖς παλαιοῖς μαλακός*. Ceterum Dobraeo totum hoc *τὰ γὰρ—παλαιοί* ut interpretis additamentum delendum videbatur.

631, 1. *καὶ τὸν ἑαλωκότα*] I. e. *homicidam eumque talem, qui jam convictus sit.* SCHAEF.

631, 5. *οὐδὲ—εἴρηκε*] Citant Anecd. Bekk. p. 138, 15. SCHAEF.

631, 16. *ὃς—ἔλαβες*] Refertur pronomen ad enunciationem remotiorem, ut in exemplis similibus ab Schoemanno comparatis ad Isaeum p. 242. Quod quum fugisset Reiskium, *ᾗ σὺ τοῦτον τὸν τρόπον* scribi voluit.

631, 21. *ἐν—τῇ προσηγορίᾳ*] In ea parte legis tuae, qua illum appellas et definis, quem a tua lege puniri vis. REISK.

631, 27. ΝΟΜΟΣ] Vid. Salmasius de usur. modo p. 769 et 770. Heraldus 4. c. 5. p. 300. Petiti Leg. Attic. 7, 1. p. 612. Matthiae de judiciis p. 158. Etiam haec lex accurate apta est antecedenti, siquidem illa homicidam intra fines patriae reversum occidi jubet, haec in peregrina terra exulanti, si foro collimitio, certaminibus et sacris Amphictyonicis abstineat, securum et tutum perfugium pollicetur. Cura homicidas arcendi a conventibus publicis, qui extra fines patriae habebantur, ab aequitate et pietate profecta est: non posse opinabantur veteres occisorem jus habere iis in locis versandi, quorum ille usu alterum ipse caedendo privarit; ei si liceat ibi versari, non propitiari manes occisi eosque adeo, ut Plato Leg. 9. p. 865. secundum veterem fabulam refert, occisorem suum, si *ἐν τοῖς ἤθεσι τοῖς τῆς ἑαυτοῦ συνηθείας ἀναστρεφόμενον* viderint, terroribus vexare et conturbare; praeterea ejus praesentia, qua violentur sacra, deos irasci et homines pollui contagione sceleris: ideo illum a sede piorum, et coetu concilioque hominum abigendum esse. Primam ex his caussis orator infra p. 632 sq. ipse expromsit. WEBER.

631, 28. *Ἐάν τις τὸν ἀνδροφόνον κτείνῃ*] His verbis caedem significari voluntariam apertum est. Quare errant qui Ephetas judicasse putant, si quis caedem fecisset imprudens vel caedis caussam praebuisset, Areopagitas vero solos de caede consulto facta cognovisse. Non esse veram istam distinctionem apparebit etiam aliunde, veluti si, quae res capitales *ἐπὶ Δελφινίῳ* et *ἐπὶ Φρεαττοῖ* ab Ephetis judicatae sint, consideraverimus: illic enim inter alios caussam dicebant ii, qui jure se occidisse contenderant, altero loco, si quis caedis non voluntariae reus ideoque exulans novam consulto commisisset. Errant quoque qui dicunt

Areopagitas de gravioribus rebus cognovisse, de levioribus Ephetas, quum crimina quaedam, quae ad horum fora deferrentur, non minora essent quam quae apud illos agerentur. Verba ἢ αἴτιος ᾖ φόνου indicant crimen βουλεύσεως, qua quis ex insidiis vel alia ratione, non admotis suis manibus, alterum necare studuit. Quo pertinent verba Luciani Tyrannic. c. 12. *αἰτίας θανάτου εἶναι διττὰς, εἴ τις αὐτὸς ἀπέκτεινεν ἢ εἴ τις μὴ αὐτὸς μὲν ἀπέκτεινε μηδὲ τῇ χειρὶ ἔδρασε τὸ ἔργον, ἠνάγκασε δὲ καὶ παρέσχεν ἀφορμὴν τοῦ φόνου· τὰ ἴσα καὶ τοῦτον ἀξιοῖ ὁ νόμος αὐτὸν ἀντικολάζεσθαι.* et Platonis Leg. 9. p. 872 A. *ἐὰν δὲ αὐτόχειρ μὲν μὴ, βουλεύσῃ δὲ θάνατόν τις ἄλλος ἑτέρῳ καὶ τῇ βουλήσει τε καὶ ἐπιβουλεύσει ἀποκτείνας αἴτιος ὢν καὶ μὴ καθαρὸς τὴν ψυχὴν τοῦ φόνου ἐν τῇ πόλει ἐνοικῇ, γιγνέσθων καὶ τούτῳ κατὰ ταὐτὰ αἱ κρίσεις τούτων πέρι.* De hoc crimine judicasse Ephetas diserte dicit Harpocratio s. v. ἐπὶ Παλλαδίῳ: δικαστήριον, inquiens, *ἐν ᾧ δικάζουσιν ἀκουσίου φόνου καὶ βουλεύσεως, οἱ ἐφέται.* Cf. Harpocratio etiam s. v. *βούλευσις*, et Meier. et Schoemann. de lite Att. p. 312 seqq. WEBER.

631, 29. *ἀγορᾶς ἐφορίας*] Harpocratio *ἐφορίαν* mire interpretatus *τὴν ἐπὶ τῶν ὅρων γινομένην προαγόρευσιν* vocem accepit pro substantivo: quae repetivit Photius s. v. *Ἐφορεία*, qui paullo ante, *ἐφορεία: ἀγορὰ Ἀθήνησιν οὕτω λεγομένη*: unde *ἀγορᾶς ἐφορίας* vel commate vel *καὶ* particula interposita sejunctum in libris et MSS. et editis, tum etiam in Etym. M. p. 12, 10. *Ἀγορὰ, ἐφορεία* et in Lex. Rhet. in Bekkeri Anecd. p. 204, ubi *Ἀγορὰ καὶ ἐφορία* scriptum est, quamquam duo isti grammatici, qui interpretantur *ἡ σύνοδος ἡ πρὸς τοῖς κοινοῖς ὅροις γινομένη τῶν ἀστυγειτόνων, οὗ οἱ ὅμοροι ὁμοῦ συνιόντες περὶ τῶν κοινῶν ἐβουλεύοντο*, sejuncta verba una notione conceperunt. Pollux 9, 8, ubi de locis extra urbem sitis agitur, inter eos commemorat etiam *ἐφορίαν ἀγοράν*, sed ibi quoque in MS. *ἐφορία* et *ἀγορὰ* diremta sunt. Bene vero scholiastes libri Bodleiani: *ἴσως ἀγορᾶς ἐφορίας ἄνευ ὑποστιγμῆς, ὅτι ἐν τοῖς ὁρίοις ἀγοραὶ συνηθροίζοντο.* Est forum collimitium, quo frequentes populorum finitimorum statis diebus esse conventus solebant. Mercatum ibi fuisse et, quod Etym. M. dicit, actiones publicas, fortasse etiam ludos, e similibus apud alios institutis conjicere licet. V. Polyb. 5, 8. Dionys. A. R. 4, 25. Thucyd. 3, 104. Manifestum autem est non posse *ἀγορᾶς* per se stare, quia tum forum urbis intelligendum esset eo loco, ubi de homicida extra fines patriae vivente agitur; neque in explicatione legis ulla fit solius *ἀγορᾶς* mentio, et p. 632, 26. luculentis verbis dicit orator *ἐφορίαν ἀγορὰν ὅρον προσγράψας.* Duplex illius distinctionis, jam antiquitus ortae, caussa videtur esse, primum quod obscura grammaticis dictio *ἀγορὰ ἐφορία* esset et notissima *εἴργεσθαι ἀγορᾶς*, deinde quod *ἐφορία* illi non justam adjectivi formam agnoscerent. Verum *ἐφόριος* feminino genere confirmat allatum e Polluce *στήλη ἐφορία*; Valesius ad Harpocr. citavit *πόλεις ἐφορίας* ex Aristidis encomio Romae: addo Thucydidis 2, 27, *ἡ δὲ Θυρεᾶτις γῆ μεθορία τῆς Ἀργείας καὶ Λακωνικῆς.* WEBER. Conf. Schoemann. Antiq. publ. p. 289.

631, 29. *ἄθλων*] Ἆθλα sunt qui prae ceteris ita nominantur, ludi illi Olympici, Isthmici, Pythici et Nemei. Antiphon p. 141. *εἴργεσθαι πόλεως, ἱερῶν, θυσιῶν, ἀγώνων, ἅπερ μέγιστα καὶ παλαιότατα τοῖς ἀνθρώποις.* Quod denique sacra Amphictyonum commemorantur, intelligenda sunt sacrificia, quae ab omnibus ibi collectis populis agebantur. Vide Aeschin. adv. Ctesiph. p. 71. *ἐκκλησίαν γὰρ ὀνομάζουσιν, ὅταν τις μὴ μόνον τοὺς πυλαγόρους καὶ τοὺς ἱερομνήμονας συγκαλέσῃ, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνθύοντας καὶ χρωμένους τῷ θεῷ.* E proximis *ὥσπερ τὸν Ἀθηναῖον κτείναντα, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι* videmus non idem juris in rebus capitis peregrinis et Atheniensibus fuisse, alioquin lex hanc definitionem *ὥσπερ τὸν Ἀθηναῖον κτ.* non addidisset. In Attico jure autem nihil intererat utrum occidisset quis, an caedis caussam praebuisset: *τὸν βουλεύσαντα ἐν τῷ αὐτῷ ἐνέχεσθαι καὶ τὸν τῇ χειρὶ ἐργασάμενον,* inquit Andocides de Myster. p. 12. Vid. Meier. de lite Att. p. 313 sq. WEBER.

632, 5. *εὐλαβῶς* spectat eo, quod hac lege vitae homicidarum in exilio viventium consulitur. *νομίμως* autem ad instituta, quae ad excludendum homicidam a societate eorum, quibus occisus privatus est, facta sunt. WEBER.

632, 14. Verba *ὅτι καὶ τοὺς δεῦρο πεφευγότας* usque ad *μετοικεῖν* citantur in anonymi scholiis in Hermog. vol. 7. p. 600, ubi rhetor docet *τὸ δίκαιον* spectandum esse e consecutione rerum. *Τὸ δὲ ἀποβεβηκὸς ἀκριβῶς παρατηρητέον· εἰ μὲν γὰρ κατὰ τὸ ὠφελοῦν ἢ βλάπτον λαμβάνοιτο, τοῦτο συμφέροντος γίνεται· εἰ δὲ κατὰ τὸ δίκαιον ἢ ἄδικον, τοῦ δικαίου ἔσται κεφάλαιον, ὡς ἔχομεν παρὰ Δημοσθένει ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους· αὐτὸ γὰρ τὸ ἀποβησόμενον κατὰ τὸ ἄδικον ἔλαβεν, ἐπὶ τὸ καθολικὸν ἀνενεγκὼν τὸν λόγον· οὕτως οὖν ἐπ' αὐτῆς ἔφη τῆς λέξεως, "ὅτι καὶ τοὺς δεῦρο πεφευγότας, ἐὰν τοὺς ἑτέρωθι ἀποκτιννύωμεν, ἀποκτενοῦσιν ἕτεροι, εἰ δὲ τοῦτο ἔσται, ἡ μόνη λοιπὴ τοῖς ἀτυχοῦσιν ἅπασιν σωτηρία διαφθαρήσεται· ἔστι δὲ αὕτη τίς; τοὺς ἐκ τῆς τῶν πεπονθότων μεταστάντας εἰς τὴν τῶν μηδὲν ἠδικημένων ἀδεῶς μετοικεῖν." ἐκ τούτων δηλαδὴ τῶν εἰρημένων ἐργασόμεθα τὸ δίκαιον.* Ad idem probandum Maximus Planudes vol. 5. p. 349. eximit e nostro loco verba *εἰ δὲ ταῦτα ἔσται, ἡ μόνη λοιπὴ τοῖς ἀτυχοῦσιν ἅπασι σωτηρία διαφθαρήσεται.* WEBER.

632, 15. *τοὺς δεῦρο πεφευγότας—ἀποκτενοῦσιν ἕτεροι*] Ab heroica aetate mos homicidis perfugium praebendi permansit in civitatibus Graecis; at prioribus temporibus, ut ex Homeri Odyssea 15. 272—278. apparet, illud a vexationibus cognatorum occisi non tutum erat. Postea autem excultior hominum vita severitatem antiquitatis mitigavit lenioribus institutis et legibus easque valuisse ubique tempore oratoris haec ejus verba ostendunt. Ad *τοὺς ἑτέρωσε* repetendum esse *πεφευγότας* monuit Reiskius. WEBER.

632, 21. *ἀτυχημάτων* ex Bekkeri editione me nolente relictum. Recte libri in annotatione critica memorati, ad quos accedit etiam S., *ἀδικημάτων,* ut ante Bekkerum legebatur: quod jam in editione Lipsiensi a. 1825. revocaveram. Nam etsi *ἀδικοῦντες* in

praecedentibus verbis et alibi non raro *ἀτυχοῦντες* appellantur quatenus commiseratione aut venia digni sunt. absurdum tamen est poenas dici *ἀτυχημάτων*. Veram scripturam defendit etiam Weberus, qui addit, " Ipse Demosthenes p. 317. rem decernit, et si hoc loco *τῶν ἀτυχημάτων* scripsisset, sibi ipse repugnaret. Dicit ibi: *ἀδικεῖ τις ἑκών; ὀργὴ καὶ τιμωρία κατὰ τούτου· ἐξήμαρτέ τις ἄκων; συγγνώμη ἀντὶ τῆς τιμωρίας τούτῳ. οὔτ' ἀδικῶν τις οὔτ' ἐξαμαρτάνων, εἰς τὰ πᾶσι δοκοῦντα συμφέρειν ἑαυτὸν δοὺς οὐ κατώρθωσε μεθ' ἁπάντων; οὐκ ὀνειδίζειν οὐδὲ λοιδορεῖσθαι τῷ τοιούτῳ δίκαιον, ἀλλὰ συνάχθεσθαι, κ. τ. λ.* Multo minus congruenter *τῶν ἀτυχημάτων* diceretur praeceptis Aristotelis Rhet. 1. 13. *ἐφ' οἷς τε γὰρ δεῖ συγγνώμην ἔχειν, ἐπιεικῆ ταῦτα, καὶ τὸ τὰ ἁμαρτήματα καὶ τὰ ἀδικήματα μὴ τοῦ ἴσου ἀξιοῦν, μηδὲ τὰ ἁμαρτήματα καὶ τὰ ἀτυχήματα· ἔστι δ' ἀτυχήματα μὲν ὅσα παράλογα καὶ μὴ ἀπὸ μοχθηρίας, ἁμαρτήματα δὲ ὅσα μὴ παράλογα καὶ μὴ ἀπὸ πονηρίας, ἀδικήματα δὲ ὅσα μήτε παράλογα ἀπὸ πονηρίας τ' ἐστίν· τὰ γὰρ δι' ἐπιθυμίαν ἀπὸ πονηρίας.* Conferas etiam Themistium, qui adolescentem imperatorem Valentem ita docet: *τί διενήνοχεν ἀτύχημα καὶ ἁμάρτημα καὶ ἀδίκημα· καὶ ὅτι προσήκει τὸν βασιλέα τὸ μὲν οἰκτείρειν, τὸ δὲ ἐπανορθοῦν, μόνον δὲ τὸ ἔσχατον τιμωρεῖσθαι.*"

633, 2. *ὁσίων καὶ ἱερῶν*] His verbis exponitur, homicidam omnia amittere, quorum occisus particeps fuerit. *Ὁσίων καὶ ἱερῶν* complectuntur universum jus civitatis. Orat. in Neaer. p. 1380. *καὶ μετεῖναι αὐτοῖς ὧνπερ Ἀθηναίοις μέτεστι πάντων, καὶ ἱερῶν καὶ ὁσίων.* *Ἱερὰ* enim res sacrae sunt, quae ad deos pertinent, *ὅσια* autem res publici et profani usus, quae sub tutela deorum sunt, ideoque sanctae. WEBER.

633, 3. *ἧς*] Quod Reiskius ejici voluit *ἧς* non dignum memoratu esset, nisi id ab S. abesse referret Weberus: quod falsum est. Habet *ἧς* S., nisi quod primo *εις* scriptum fuit (ut centies in hoc codice *η* et *ει* permutata sunt), utrumque sine accentibus, quibus plerumque caret S.

633, 15. *ἄν τις ἀποκτείνῃ, φησὶ, τὸν ἀνδροφόνον*] Est pentameter fortuito effusus. REISK. Vid. quae ad p. 1345, 6. dicentur.

634, 5. *εἰ μὲν—ἀναγκασθησόμεθα*] Ubi haec, inquit, acciderint, aut non persequemur vos judicio, aut persequemur; utrimque damnum nobis fiet. Hanc argumentandi rationem dicit auctor prolegom. in scholiast. ad Hermog. *λόγον ἐκ δύο προτάσεων ἐναντίων τὸ αὐτὸ πέρας συνάγοντα.* de cujus natura et vi vide ipsum Hermogenem vol. 3. p. 167. Duo ejus ex oratione de corona afferuntur exempla a rhetoribus p. 293 et 300. Add. c. Zenothem. p. 886. *ἐᾶν* proprie est missum facere, quod quid quoque loco significet praecipue, apparere saepe ex opposito, ut hic ex *ἐπεξιέναι*, docet Schaeferus afferens ex Demosth. p. 638, 28. 646, 16. cf. p. 526. WEBER.

634, 6. *διατρίψομεν*] Quod in aliis libris est *συνδιατρίψομεν* legit in suo quoque grammaticus ap. Hermann. de emend. rat. p. 467.

634, 11. ΝΟΜΟΣ] Hac lege, de imprudentibus homicidis

agente, pergit orator ab alia parte oppugnare verba psephismatis: *ἐάν τις ἀποκτείνῃ.* Ipsum Aristocratem nescire utrum quis Charidemum interfecturus sit, an is alio modo moriturus, si quis autem interfecerit eum, consultone id factum sit an imprudenter, per civem an peregrinum, et tamen eum rogasse ut is qui Charidemum interfecisset *ἀγώγιμος* esset. Disputarunt de hac lege Petitus Leg. Attic. p. 614. Matthiae de judiciis Athen. I. p. 169. Meierus de bonis damn. p. 99. De invitis homicidis judicatum est *ἐπὶ Παλλαδίῳ*, de quo judicio infra p. 643. WEBER.

634, 12. *τῶν ἐξεληλυθότων* de iis, qui aliquem inconsulto interemisse judicati in exilium abeunt, ut *μεθίστασθαι*. Vid. Matth. l. c. p. 169. n. 53. Peregre non redibant, nisi reconciliati cognatis aut, si hi nulli essent, curialibus occisi et ritibus quibusdam expiati. Vid. adnot. ad p. 643, 29. Neque hujus generis exsulum bona publicabantur: *ὧν τὰ χρήματα ἐπίτιμα*, h. e. *quibus in tutela juris legumque salvus manet bonorum usus; ὅτι οἱ ἁλόντες ἐπ᾽ ἀκουσίῳ φόνῳ*, ut Harpocration dicit, *ἐξουσίαν εἶχον εἰς διοίκησιν τῶν ἰδίων, Δημοσθένης ἐν τῷ κατ᾽ Ἀριστοκράτους ὑποσημαίνει, καὶ Θεόφραστος ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ τῶν νόμων δηλοῖ.* Ipsorum enim jure civitatis illaeso, unde *ἐπίτιμοι* dicebantur, bona quoque eorum *ἐπίτιμα* erant. Contra eorum, qui consulto interfecissent, *ἄτιμα* fiebant, h. e. *δημόσια, δεδημοσιευμένα, δημιόπρατα*, quia ipsi *ἄτιμοι* facti etiam praesidium bonorum suorum jure amittebant. Vid. p. 640. *ἄτιμον εἶναι καὶ παῖδας ἀτίμους καὶ τὰ ἐκείνου.* in Mid. p. 551. Cf. Meier. de bonis damn. p. 99. Petr. van Lelyveld. *περὶ ἀτιμίας* p. 18. WEBER.

634, 13. *πέρα ὅρου ἐλαύνῃ ἢ φέρῃ ἢ ἄγῃ.*] Homicidam, qui excessit, vetat lex in peregrina terra turbari, quod fieri ab aliquo poterat eo consilio, ut ille nova sua sede abactus in eam terram, in qua caedem fecerat, reduceretur. Cf. Platon Leg. 9. p. 866. Tres autem modi distinguuntur, quibus turbatio egressi fieret, vel agitando vel portando vel ducendo. Quamobrem *φέρῃ ἢ ἄγῃ* propria vi accipias, neque vertas cum H. Wolfio *vexarit spoliaveritque*, aut cum Wesselingio *vexarit* aut *raptarit*. Qui talem homicidam uno vel altero horum modorum turbasset, in eum institui actio injuriarum, veluti *ὕβρεως* vel *αἰκίας* et similium, poterat, et iis pro ratione earum aestimatoria erat. Id significant verba proxima *τὰ ἴσα ὀφείλειν ὅσαπερ*, etc. WEBER.

635, 5. *εἰ δή τις ἔροιτο—οὐκ ἂν οἶμαι φαίη.*] Frequens apud Demosthenem sententiarum conformatio. Sic p. 94. *εἰ γάρ τις ἔροιτο Φίλιππον. εἰπέ μοι, πότερ᾽ ἂν βούλοιο—τοῦτ᾽ ἂν οἶμαι φήσειεν.* p. 107. 441. 609. et alibi. WEBER.

635, 6. *μὴ νομίσητε εὔηθες τὸ ἐρώτημα*] Est *προπαραίτησις*, ut dicunt rhetores. Haec enim praemittens auditores deprecatur, ne ea, quae interrogaturus sit, stultitiae condemnent. Nam postulat ab Aristocrate, monente Ulpiano, ut de rebus futuris respondeat. Addit interpres Graecus: *ὅσον δὲ εἰς ἀτοπίαν ἄγει τὸν λόγον, πλέον τοῦ Ἀριστοκράτους καθάπτεται.* WEBER.

635, 10. ἑκὼν ἢ ἄκων—ξένος ἢ πολίτης] Plenius foret: πότερ' ἑκὼν ἢ ἄκων—πότερα ξένος ἢ πολίτης. Saepe omittitur πότερον (πότερα) in priori membro talium enuntiationum. V. mox v. 12. SCHAEF.

635, 12. προσῆκε προσγράψαι κ. τ. λ.] Constructio est haec: οὐκοῦν προσῆκε (σε) γράφοντα, ἐάν τις ἀποκτείνῃ, προσγράψαι, ἄκων ἢ ἑκὼν, ἀδίκως ἢ δικαίως etc. Quod noto, ut appareat, pro γράψαι, quod est in veteribus editionibus, legendum esse ex codd. προσγράψαι, *adscripsisse, adjecisse*, ex sensu et loco simili p. 648, 13. πρῶτον μὲν γὰρ, ἐάν τις ἀποκτείνῃ, γράφων οὐ προσέγραψεν, ἀδίκως, οὐδὲ βιαίως, οὐδ' ὅλως οὐδέν. Verti autem debuit: *Itaque oportuit* te, *cum scribebas*, SI QUIS OCCIDERIT, *adscripsisse*, utrum *invitus an volens, jure an injuria* etc. Vide et p. 645, 12. MARKLAND.

635, 13. ἀδίκως ἢ δικαίως.] Quoniam haec non leguntur supra v. 10., cave putes, inquit Schaeferus, illic excidisse. Orator est Demosthenes, non dialecticus. Demosthenes verbis illis adjectis prospicit et praeparat ea, quae subsequente expositione longius persequitur. In ea enim caput rei est τὸ ἀδίκως et δικαίως et ἄκοντα et ἑκ. ποιεῖν. WEBER.

635, 18. τῷ γράμματι τούτῳ] Ne intelligas psephisma totum, sed formulam illam ἀγώγιμος ἔστω. Non aliter hac voce usus est p. 746. τοῦτο τὸ γράμμα αὐτὸ μὲν καθ' αὑτὸ οὐκ ἔστι νόμος, τὸ "οὐδὲ δίσω Ἀθηναίων οὐδένα," ubi affert Schaeferus τὰ ἡμέτερα γράμματα (formulas) e Platonis Gorg. p. 484 A. Quare errat Ulpianus dicens oratorem τὸ ψήφισμα Aristocratis extenuare γράμμα appellando. WEBER.

635, 22. ἔκδοτον λαβών] Publica auctoritate traditum ab iis, in quorum terra versatur homicida. V. Heraldi animadvv. de ἔκδοτον διδόναι et ποιεῖν p. 301. WEBER.

635, 26. ἄν τις τύπτῃ τινά] Haec spectant ad νόμον αἰκίας vel similem. WEBER.

635, 28. ἄν τις κακῶς ἀγορεύῃ] Huic in δίκῃ κακηγορίας concessa erat exceptio veritatis. WEBER.

635, 29. ἄν τις ἀποκτείνῃ—] Hoc tertium exemplum mihi quidem non apte videtur immixtum ceteris, quas ex alio jure sumtas illustrandae caussae capitali adhibet, quum paulo ante dixerit ὁρᾶτε γὰρ ὡς ἐπὶ πάντων, οὐκ ἐπὶ τῶν φονικῶν μόνον, οὕτω τοῦτ' ἔχει. Magis ferendum id esset, si saltem ultimum hujus ordinis esset. WEBER.

636, 1. ἄν τις καταβλάψῃ τινὰ ἑκὼν ἀδίκως] Si damnum inconsulto illatum erat, pro injuria non habebatur. Rem ita Plato quoque Leg. 9. p. 862 A. exponit. WEBER.

636, 8. ΝΟΜΟΣ] Haec lex juncta antecedenti, quae de homicidis imprudentibus agit, referenda est ad eosdem, praescribens actionem ἐπιδείξεως in eos licitam esse, si redierint quo non liceat. WEBER.

636, 9. φόνου δὲ δίκας μὴ εἶναι] Haeserunt viri docti in eo, quod verbis primis caedis reus non esse dicatur, qui homicidam exsulem, si rediisset quo non liceret, detulerit apud magistratus.

Non posse enim in eum, qui non occiderit, sed detulerit tantum, caedis actionem valere, hoc ita manifestum esse, ut non egeat legis edicto. Haesit primus, quod sciam, Salmasius de Mod. usur. c. 17. p. 784. locum infelici conjectura tentans. Quam qui improbavit Heraldus p. 317. antea poenam in eos fuisse legibus statutam censet, qui homicidii caussa exulantem temere abduxissent et vexassent: cujus poenae immunem legem hanc eum esse velle, qui simpliciter *ἐνέδειξε*: nec *φόνου δίκας* contra eum vim habere; id est, poenas, quae de caede illis irrogarentur, qui aliquem ut homicidam temere abduxissent." Qua explicatione etsi ille verum non plane vidit, tamen ad veritatem propius accessit aliis. Mea quidem sententia est, hanc legem alium in tabula legum quam hic locum habuisse, una certe et altera inter eam et antegressam posita, quae constitueret caedis actionem in eum, qui homicidam abducendo vel vulnerasset vel interemisset vel quocunque modo caussa internecionis ejus fuisset. Veluti si quis homicidam e peregrina terra abegisset in eam, in qua caedem fecerat, eoque effecisset ut is supplicio afficeretur, illum potuisse caedis postulari probabile est. Omissam ab oratore legem puto ejusdem fere argumenti fuisse, cujus tertia illa p. 631. pro homicidis voluntariis scripta, ac verisimile est, hoc ipsum eum commovisse ut eam omitteret, ne similiter jam dicta repeteret argumentando. Itaque lex haec opposita est ei, quam omissam cogitemus, vetans: *ne caedis actiones usquam in eos sint, qui exsulibus in patriam regressis delatione sua mortem pararunt.* Si a consiliis oratoris explicatio verborum *φόνου δίκας μὴ εἶναι* non abhorruisset, ut ipse respexisset casus illos, quibus *φόνου δίκαι* licerent, omnes h. l. difficultates evanuissent. Sed ejus intererat tantum ostendere *τὸ παράνομον* psephismatis et explicare, tum quae legislatoris voluntas in homicidas redeuntes esset, tum quantopere ab ea Aristocrates dicto suo *ἀγώγιμος ἔστω* recederet. Post Heraldum multa in hanc rem disputata sunt a Petito in Leg. Att., Wesselingio p. 617, Taylor. ad h. l. Meiero de lite Att. p. 240. WEBER. Taylori sententia haec est. "Mihi semper fuit animus, hanc fuisse legis alicujus prolixioris partem: immo connectiva ista particula ab initio declarat rem ita se habere. Subjungatur itaque haec lex, verbi gratia, legi illi, quae occurrit p. 631. pen. Earum ergo ita adnexarum tenor et sententia hoc modo procedet: *Homicidam exsulantem, dum ab iis locis abstineat, ubi accedere non licet, si quis vel occiderit, vel quocunque modo caussa exstiterit ut occidatur, contra interficientem vel eum, qui internecionis caussa fuerit, actiones caedis sunto, perinde uti si quis interfecerit civem Atheniensem. Verum si non abstinuerit, sed redierit ubi non oportet, ad judicem deferunto: contra eum vero, qui detulerit et internecionis caussa fuerit, actiones caedis ne sunto.*"

636, 10. *τῶν τοὺς φεύγοντας ἐνδεικνύντων*] Βουλεύσεως haud dubie etiam contra eum agi poterat qui calumniosa accusatione effecisset ut aliquis ad mortem condemnaretur, quo pertinet

Lysiaca caussa contra Agoratum, atque hinc fortasse explicari potest hic locus Demosthenis, quem Meier. Proc. Att. p. 309. non debebat sollicitare. SCHOEMANN. Antiq. publ. p. 290. Conjecerat Meierus scribam qui Draconis legem Demostheni descripserit *ἐνδεικνύντων* per errorem legisse pro *ἐνκτιννύντων*.

636, 11. *Δράκοντος*] V. Plutarch. V. Solon. c. 17. *τοὺς Δράκοντος νόμους ἀνεῖλε (Σόλων) πλὴν τῶν φονικῶν ἅπαντας.* Aelian. V. H. 8, 8. *καὶ τότε ἐπαύσαντο Ἀθηναῖοι χρώμενοι τοῖς Δράκοντος· ἐκαλοῦντο δὲ ἐκεῖνοι θεσμοί. μόνους δὲ ἐφύλαξαν τοὺς φονικοὺς αὐτοῦ.* Eas integras Solon in tabulas suas transtulerat, credo tamen nonnulla facta mutatione, quae non ad ipsum earum argumentum, sed ad judiciorum institutionem et res pro temporum ratione necessarias pertineret. Quare non probo, quod Matthiae miscellan. philol. vol. 1. p. 145. n. 4. Demosthenem hic non satis accurate locutum autumat. WEBER. Conf. ad p. 627, 20.

636, 13. *παρεγραψάμην*] Recurrit infra p. 640. 691. Leptin. p. 487. Androt. p. 604. et de coron. p. 263. Quid *παραγράφεσθαι νόμους* sit, optime docet Seagerus ad p. 263, 20. WEBER.

636, 16. *ἃ παρ' ἀμφότερα οὗτος εἴρηκε*] *ἅπερ ἀμφότερα τοῦτο ἀνήρηκε* Lessingianus. REISK. Est scioli *παραδιόρθωσις*, quem offendisset inversio praepositionis *παρά*. Sane perquam notabilis est hic verborum ordo, satis ille convincens quod tradunt Technici, prosaicos Atticorum scriptorum unam praepositionem *περί* casui suo postponere. Quod autem Orator *παρά* h. l. postposuit, cave credas id ubique licuisse. Scilicet positura praepositionis inter *ἃ* et *ἀμφότερα* excusavit aliquatenusque obscuravit inversionem. SCHAEF.

636, 23. *ἐπενεγκεῖν*] *Accommodare.* SCHAEF.

637, 1. ΝΟΜΟΣ] Allata hac lege ostendit orator, id quod reliquum erat, fieri etiam posse ut alter alterum interficiat nec caedis postuletur, quia certis conditionibus liceat impune interficere. Eas autem, quamvis lege indicatas, Aristocratem in suo psephismate neglexisse, ideoque, ut abrogetur, in commune conducere. Cum priore legis parte comparanda quae Plato de eadem re disseruit Leg. 9. p. 865 A: *εἴ τις ἐν ἀγῶνι καὶ ἄθλοις δημοσίοις ἄκων, εἴτε παραχρῆμα εἴτε καὶ ἐν ὑστέροις χρόνοις ἐκ τῶν πληγῶν, ἀπέκτεινέ τινα φίλιον, ἢ κατὰ πόλεμον ὡσαύτως ἢ κατὰ μελέτην τὴν πρὸς πόλεμον, ποιουμένων ἄσκησιν τῶν ἀρχόντων, ψιλοῖς σώμασιν ἢ μετά τινων ὅπλων ἀπομιμουμένων τὴν πολεμικὴν πρᾶξιν, καθαρθεὶς κατὰ τὸν ἐκ Δελφῶν κομισθέντα περὶ τούτων νόμον ἔστω καθαρός.* Adnotavit Heraldus p. 353: "Contigit quandoque in certaminibus publicis, ut quidam ab antagonistis oppressi ibidem exspirarent: quod praecipue accidebat in pugilatu et palaestra, cum pugilum et palaestritarum proprium esset *ἄγχειν, λυγίζειν, θλίβειν, βαρύνειν* et similia." Nonnunquam tamen, certe quia ambigi poterat, qua voluntate caedes patrata esset, factum est ut, qui alterum in certaminibus imprudens interemisset, comparere in judicio cogeretur, nonnunquam etiam, ut poenam daret,

quod quidem posterius, auctore Pausania Eliac. c. 9., Cleomedi Astypalaeensi accidit. Ac duae exstant Antiphontis orationes, quae accusatum caedis in certamine factae defendunt. Vide praeter Heraldum l. c. Petiti Leges Attic. p. 618. Matthiae de judiciis Athen. p. 1. p. 151. Meier. de lite Att. p. 308. WEBER.

637, 2. ἀποκτείνῃ—καθελὼν] Verba ἰσοδυναμοῦντα construendo invertit Euripides Electr. 979. πόσιν καθεῖλες Αἴγισθον κτανών. SCHAEF.

ἢ ἐν ὁδῷ, καθελὼν] Citat Harpocration (a Photio et Suida exscriptus) s. v. ἢ ἐν ὁδῷ et καθελών et ὁδός, postremo loco sic scribens, Ὁδός. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους φησίν. "Ἢ ἐν ὁδῷ καθελὼν," ἀντὶ τοῦ ἐν λόχῳ καὶ ἐνέδρᾳ. τοιοῦτον δὲ εἶναι καὶ τὸ Ὁμηρικόν φασιν, "Ἢ ὁδὸν ἐλθέμεναι." εἰ δὲ ψιλωθείη ἡ προτέρα, σημαίνει τὸν βαθμὸν, ὡς παρὰ Λυσίᾳ ἐν τῷ κατὰ Φιλίππου, εἰ γνήσιος ὁ λόγος. Versus Homericus est Iliad. A, 151.

Ἢ ὁδὸν ἐλθέμεναι, ἢ ἀνδράσιν ἶφι μάχεσθαι,

ubi Eustathius p. 69. locum Demosthenis ab antiquis grammaticis (τοῖς παλαιοῖς) allatum comparat. Quae non impediunt quominus hanc quoque legis particulam, ut alias multas, ex verbis oratoris ab falsario compositam esse statuamus addito fraudis tegendae caussa illo ἢ ἐν ὁδῷ καθελών: quae Frankii sententia est in Ephemer. Jenensibus a. 1844. p. 740.

637, 3. ἀγνοήσας ad utrumque, et ἐν ὁδῷ et ἐν πολέμῳ καθελὼν, referendum est, ut Reiskius animadvertit. (Delendum igitur comma post καθελὼν vulgo positum.) Deinde ἐν ὁδῷ grammatici recte interpretantur, ἐν λόχῳ, ἐν ἐνέδρᾳ. Similiter Pind. Olymp. 11, 30. δάμασε καὶ κείνους Ἡρακλέης ἐφ' ὁδῷ. ubi schol. ὅτι δὲ ἐν τῷ πρὸς Αὐγείαν πολέμῳ ὁ Ἡρακλῆς ὑπὸ τῶν Μολιονιδῶν ἁλοὺς ἔφυγε, διὸ μηνίσας αὐτοῖς τὸν περὶ Κλεωνὰς συνεστήσατο λόχον, φησὶ Μνασέας ὁ Παταρεύς. Cui explicationi Schaeferus addit haec: "Omnis bellandi ars priscis illis temporibus huc redibat, ut aut insidiae hostibus struerentur (ὁδὸς, λόχος) aut confligeretur Marte aperto (πόλεμος, μάχη). Docet Homericus versus (Iliad. 1, 151.) quocum conferenda quae sequuntur v. 226.

οὔτε ποτ' ἐς πόλεμον ἅμα λαῷ θωρηχθῆναι,
οὔτε λόχονδ' ἰέναι σὺν ἀριστήεσσιν Ἀχαιῶν." WEBER.

ἢ ἐπὶ δάμαρτι etc.] Altera legis pars jubet caedis non sisti qui adulterum in uxore vel matre vel filia vel concubina, quam habeat liberae soboli suscipiendae, deprehensum occiderit. Plura hanc in rem exposuit et illustravit Lysias in oratione pro caede Eratosthenis habita, etiam hujus Dracontis legis mentionem faciens p. 94. Qui quod ibidem addit: καὶ οὕτω σφόδρα ὁ νομοθέτης ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς γυναιξὶ δίκαια ταῦτα ἡγήσατο εἶναι, ὥστε καὶ ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς ταῖς ἐλάττονος ἀξίαις τὴν αὐτὴν δίκην ἐπέθηκε. inde videmus scripturam unius codicis ἐπὶ παλλακῇ ἢ ἣν, in editt. vett. propagatam, prorsus vitiosam esse. Repetit enim Lysias aliis vocabulis quae ex lege recitata erant. WEBER.

637, 5. ἢ ἐπὶ παλλακῇ] Non diversae igitur, ut videtur, pellex

et ea, quam liberis ingenuis suscipiendis habet. Innuit enim non ἑταίραν, sed concubinam, quam suboli suscipiendae et quasi uxorem domi habere solebant. TAYLOR. Recte Taylorus. Quod nisi talis concubina intelligenda esset, non appareret caussa cur mulieris corruptorem flagrante crimine deprehensum impune necare licuerit. Nunc legislator hujusmodi concubinatum pariter ac legitimum inter cives connubium poena capitali sanciendum censuit. SCHAEF.

637, 6. Pro μὴ φεύγειν κτείναντα Lysias, hac lege recitata, dicit: τοῦτον μὴ καταγιγνώσκειν φόνου, et Plato: καθαρὸς ἔστω, quocum consentit orator p. 637, 26: e quibus verbis apparet homicidae hujus generis ne lustratione quidem opus fuisse. Vid. C. F. Hermanni disputat. de Platonis Leg. p. 50. n. 207. Ceterum de hac legis parte cf. quae exposita sunt a Meursio Them. Attic. 1. 5. Petito Leg. Attic. p. 619., a Tayloro in Lect. Lysiac. c. 11. p. 300. Meiero de lite Att. p. 327. Schellingio de Solonis legibus p. 77. WEBER.

637, 10. ἐφ' οἷς ἐξεῖναι κτεῖναι] Eadem recurrunt p. 639. ὑπειπὼν ἐφ' οἷς ἐξεῖναι κτείνειν. p. 644. γράφουσιν ἤδη καὶ διορίζουσι σαφῶς ἐφ' οἷς ἐξεῖναι ἀποκτιννύναι. et p. 505. ἀλλ' ἔθηκεν ἐφ' οἷς ἐξεῖναι ἀποκτιννύναι. p. 986. ἀκούετε—τοῦ νόμου σαφῶς λέγοντος ἕκαστα, ὧν μὴ εἶναι δίκας. cf. p. 952. et paulo post. In his omnibus infinitivus a verbo, quod proxime antecedit, dicendi vel voluntatis ita aptus est ut praecipientis cogitatio continuari in enunciatione relativa dicatur. Indicativus si positus esset, orator quae lege constituta sunt narraret, ut p. 976. οὗτος σαφῶς ὁ νόμος διείρηκεν ὧν εἶναι δίκας προσήκει μεταλλικάς. WEBER.

637, 11. ὑπειπὼν] Locus sic interpungendus: καὶ γέγραφεν οὐδὲν ὑπειπὼν, ὅπως ἄν τις ἀποκτείνῃ, τὴν τιμωρίαν. *nullaque facta exceptione poenam scripsit, quo tandem eaque modo caedes facta sit.* SCHAEF. Recte monet.

637, 14. ἄν τις ἐν ἄθλοις—οὐκ ἀποκτεῖναι] Haec verba adhibuit Alexander rhetor περὶ σχημάτων vol. 8. p. 439. ut exemplum αἰτιολογίας. WEBER.

637, 15. οὐ τὸ συμβὰν ἐσκέψατο, ἀλλὰ τὴν τοῦ δεδρακότος διάνοιαν] *Non eventum spectavit*, i. e. occisionem adversarii, *sed ejus, qui fecerit, animum.* Vide quae Demosthenes orat. de Coron. p. 292. rem suam contra Aeschinem defendens dicit: ἐν οἷς τὴν προαίρεσίν μου σκόπει τῆς πολιτείας, μὴ τὰ συμβάντα συκοφάντει. τὸ μὲν γὰρ πέρας, ὡς ἂν ὁ δαίμων βουληθῇ, πάντων γίγνεται· ἡ δὲ προαίρεσις αὐτὴ τὴν τοῦ συμβούλου διάνοιαν δηλοῖ. Cf. Aristot. Rhet. 1, 13. ἔστι δὲ πάντα τὰ τοιαῦτα περὶ τοῦ ἄδικον εἶναι καὶ φαῦλον, ἢ μὴ ἄδικον, περὶ οὗ ἡ ἀμφισβήτησις· ἐν γὰρ τῇ προαιρέσει ἐστὶν ἡ μοχθηρία καὶ τὸ ἀδικεῖν. et ibid. καὶ μὴ πρὸς τὴν πρᾶξιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν προαίρεσιν (ἐπιεικὲς σκοπεῖν). Inprimis huc spectant verba auctoris ad Herenn. 2, 16: *voluntatem in omnibus rebus spectari convenire, et quae consulto facta non sint, ea fraudi esse non oportere.* Multa in hanc rem veterum dicta contulit Heraldus p. 354 seqq. WEBER.

637, 16. ζῶντα νικῆσαι] Ulpianus ad leg. Aquiliam excusat caedem inter pugnandum factam, quia gloriae caussa et virtutis, non injuriae gratia videtur damnum datum. Vid. Heraldus l. c. p. 353. s. WEBER.

637, 17. καὶ οὐκ] οὐκ omittit Alexander rhetor l. c.

637, 18. ἐνεγκεῖν] Id est ἢ ὥστε ἐνεγκεῖν. V. Wyttenb. ad Julian. p. 216. ed. Lips. SCHAEF.

ἑαυτῷ] Usui loquendi magis convenit quod vulgo legitur αὐτὸν ἑαυτῷ, ex conjectura, ut videtur, profectum, probabili quidem, sed non tam necessaria ut contra codicum auctoritatem recipienda fuerit.

637, 21. καὶ τοῦτον εἶναι καθαρὸν] Infinitivus regitur a proximo φησίν. SCHAEF.

638, 2. αὐτοὺς] Ne suspiceris scribendum αὐτάς. Orator enim hic loquitur generatim simul cum illis, quarum ante meminit, mente complectens παῖδας, ἀδελφούς, alios. SCHAEF.

638, 3. οὐ γένος—πολεμίων] H. e. οὐ γένει εἰσὶ φίλιοι καὶ πολέμιοι. Nempe Demosthenes loquitur de Graecis, non de barbaris. SCHAEF.

φιλίων] Sic etiam Aristides vol. 9. p. 343., non φίλων, qui ex hoc loco exemplum depromsit σεμνότητος.

638, 6. ἐχθροῦ] Lege ἐχθρῶν propter τοὺς ποιοῦντας. MARKLAND. Non opus. *hostilia facientes per legem licet sic punire, ut punias hostem.* SCHAEF.

ἀπέδωκεν ὁ νόμος] Sic Antiphon p. 123, 29. ἃ ὁ νόμος ἀποδίδωσί μοι, si vera haec est codicis Oxoniensis scriptura, quod non puto: nam reliqui libri omnes δίδωσι.

638, 11. πόλιν] Scil. νόμοις οἰκουμένην. V. p. 665, 20. DOBR.

638, 20. τὸ φεῦγον ψήφισμα] φεύγειν raro de rebus dicitur. Reiskius Ind. Graecit. interpretatur "plebiscitum controversum, de quo nunc certatur, utrum reprobandum, an perferendum sit." Ita ἀποφεύγειν quoque *absolvi* p. 652. εἴ τι γε γραφὲν—ἀπέφυγε. p. 302. ψηφίσματα τὰ τότε μὲν ἀποπεφευγότα. WEBER.

638, 23. ἀμφοῖν refertur ad duo illa ποῦ δὲ γένοιτο ἂν ταῦτα; et ad τίς δ' ἂν ἀποκτείνειε Χαρίδημον;—πρὸς δὲ τοῦτο i. e. πρὸς τὸ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι κοινὸν ἀμφοῖν ὑπάρχον. Explicat haec et proxima Reiskius sic: *et ad hoc* (incertum futuri temporis) seu *convenienter itaque huic futurorum eventuum incertitudini supponamus more humano spes seu exspectationes.* WEBER.

638, 24. τὰς ἐλπίδας] Vid. ad p. 506, 16.

639, 4. ΝΟΜΟΣ] Antegressae legi alteram hic adjungit, quae permittit vim inferentem impune necari. De ea v. Petitus Leg. Attic. p. 619. et Matthiae de judiciis p. 151. Duplex vis est, quae inferri potest, una hominibus, altera rebus, quae alicujus sunt. De utraque in legibus Atticis constitutum erat, ex iisque nonnullas Plato in suas leges lib. 9. p. 869 D. et p. 874 B. transtulit. Priore loco dicit ἀμυνόμενος ἄρχοντα χειρῶν πρότερον, καθάπερ πολέμιον ἀποκτείνας, ἔστω καθαρός· καὶ ἐὰν πολίτης πολίτην, ὡσαύτως, ἢ ξένος ξένον. altero νύκτωρ φῶρα εἰς οἰκίαν εἰσιόντα ἐπὶ

κλοπῇ χρημάτων ἐὰν ἑλὼν κτείνῃ τις, καθαρὸς ἔστω. In communione harum et similium nostra videtur fuisse. WEBER.

639, 5. ἀδίκως] Hoc additum, ut indicetur qui injuste involet vel impetum in alicujus bona faciat sui commodi caussa, nulla accepta injuria, quam ulciscatur. Comparandum hoc est cum Herodoteis 1. 5. πρῶτον ὑπάρξαντα ἀδίκων ἔργων ἐς τοὺς Ἕλληνας. 4, 1. ὑπῆρξαν ἀδικίης. et 7, 8. ἐμὲ καὶ πατέρα τὸν ἐμὸν ὑπῆρξαν ἄδικα ποιεῦντες. et quae praeterea contulit Valcken. ad Euripidis Phoen. 1576. WEBER.

εὐθὺς ἀμυνόμενος] Haec cautio adjecta est, ut ne quis omni modo spoliatorem trucidaret. Defensio enim eodem temporis puncto fieri debebat, quo ille in eo erat ut res per vim auferret: tum eum etiam interficere licebat; eo praeterito non licebat, quum facta esset copia judicis (δίκης βιαίων). Quare hoc jus interficiendi quia momentaneum erat, defensio debebat esse sine intentione, ut dicunt: quae si praemeditata erat neque ultima necessitate effecta, jus inculpatae tutelae evanescebat et ultor injuriae idemque occisor alterius poenae obnoxius erat. WEBER.

639, 6. τεθνάναι] Subaudi ὑπὸ τοῦ ἀμυνομένου. SCHAEF.

639, 15. κἂν δικαίως κἂν ὡς οἱ νόμοι διδόασιν] Nulla in his tautologia. Leges scriptae a non scriptis differunt, etiam ubi cum illis conveniunt: sed saepe illae cum his discrepant. Paulo post v. 22. leges civiles a jure naturae distinguit. Secundum hoc saepe justum est, quod lege civili hujus vel illius civitatis est vetitum. REISK.

640, 1. ΝΟΜΟΣ] Postquam orator septem legibus capitalibus explicatis antea ostendit Aristocratem eas suo psephismate violasse non uno modo, subjungit hanc legem, ut ii, qui audiunt, antequam ad alia oratione traducantur, statim videant qua poena Aristocrates dignus sit: in qua re non praetermittenda est oratoris moderatio, nihil addentis de suo, quo gravari adversarius possit, sed in sola legis verborum interpretatione versantis. Iis simul sibi transitum praeparat ad ea quae subsequuntur. Draconis esse hanc legem liquet ex usu vocis θεσμὸν, qua illius instituta a Solonis legibus distingui solent, ut apud Andocidem de mysteriis p. 11. τέως δὲ χρῆσθαι τοῖς Σόλωνος νόμοις καὶ τοῖς Δράκοντος θεσμοῖς. Cf. Anecd. Bekkeri p. 264, 13. Num autem θεσμὸς h. l. unam legem et antegressam quidem, quae Meieri (de bonis damn. p. 142.) mens est, an plures uno corpore comprehensas designet, ambigi potest. Alterius sententiae Harpocratio auctor est, s. v. θεσμός: ἐκαλεῖτο μὲν πάλαι καὶ εἷς ἕκαστος τῶν νόμων θεσμὸς καὶ τὸ ὅλον δὲ τῆς πολιτείας σύνταγμα οὕτω κέκληκεν ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους. Neque tamen plane recta est ejus interpretatio: tantum τοὺς φονικοὺς νόμους intellexit orator, non totum reipublicae institutum, licet negandum non sit ipsum Draconem, quum leges suas condidisset, hanc ultimam ad leges et capitales et civiles, quibus tota civitas regeretur, retulisse: id quod etiam e Por-

phyrii libro de abstinentia 4, 22. apparet, ubi principium legum Draconis exstat: Θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις, κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον. Alterae tamen leges civiles Solonis institutis occiderunt, sed capitales duraverunt inde ab ortu non solum Demosthenis aetate, sed etiam extremis civitatis temporibus et ad earum diuturnitatem plurimum valuisse videtur non tam poena violatoribus irroganda, quam quod in religione fundatae rebus Atheniensium optime convenirent. WEBER.

640, 2. συγχυθῆναι] *Ut frangatur.* SCHAEF.

640, 22. καλεῖσθαι] *In judicium vocare, citare:* pro quo usitatius est προσκαλεῖσθαι. Μαρτυρεῖν activum, alibi de testibus frequentatum, hic positum est de litigantibus, qui quidem, licet ipsi non testarentur, tamen testandi actionem praeparare et instruere debebant. Tertium διόμνυσθαι jusjurandum maxime in rebus capitalibus solemne significat, velut apud Lysiam c. Theomn. p. 117. ὁ μὲν γὰρ διώκων ὡς ἔκτεινε διόμνυται, ὁ δὲ φεύγων ὡς οὐκ ἔκτεινεν. Antiph. de saltat. p. 143. διωμόσαντο δὲ οὗτοι μὲν ἀποκτεῖναί με Διόδοτον βουλεύσαντα τὸν θάνατον, ἐγὼ δὲ μὴ ἀποκτεῖναι. WEBER.

640, 25. κλῆσις] Citat Harpocratio s. h. v.

641, 10. καὶ ἥδιους ἔσεσθε ἀκούσαντες] *Et juvabit vos audivisse.* SCHAEF.

641, 16. πολλὰ μὲν δὴ—ἄλλου δικαστηρίου] Haec verba ad exemplum mediocris dicendi generis, quo Demosthenes prae omnibus aliis oratoribus excelluerit, Dionysius Halic. vol. 6. p. 997. exponit. WEBER.

641, 19. Dele comma post μυθώδη.

641, 22. τοῦτο μὲν] Non sequitur τοῦτο δὲ, sed variatur constructio v. 28. Ita saepius fieri solet. SCHAEF.

τὰ παλαιὰ] Id est κατὰ τὰ παλαιὰ, *temporibus antiquis.* REISK. Non probo. Subaudi ταῦτά ἐστι, coll. v. 28. Itaque post παραδέδοται ponendum signum coli. SCHAEF. Recte monet.

ὡς ἡμῖν ἀκούειν παραδέδοται] Iisdem verbis Pseudo-Plutarchus de educat. p. 6. c. ex hoc, ut videtur, loco sumtis. WEBER.

641, 23. Verba ἐν μόνῳ τούτῳ τῷ δικαστηρίῳ usque ad οἱ δώδεκα θεοὶ citant, ubi de vi et ratione τῆς γλυκύτητος orationis loquuntur, veteres dicendi magistri, Hermogenes vol. 3. p. 313. (praecipue eam quaerens in ἐννοίαις μυθικαῖς). Maximus Planudes vol. 5. p. 533., Joannes Siceliota vol. 6. p. 393. anonymus vol. 7. p. 1064. WEBER.

641, 26. Ἁλιρροθίου] De hac caussa praeter alios Pausan. 1, 21, 7. 28, 5. ἔστι δὲ Ἄρειος πάγος καλούμενος, ὅτι πρῶτος Ἄρης ἐνταῦθα ἐκρίθη· καί μοι καὶ ταῦτα δεδήλωκεν ὁ λόγος, ὡς Ἁλιρρόθιον ἀνέλοι, καὶ ἐφ' ὅτῳ κτείνειε. κριθῆναι δὲ καὶ ὕστερον Ὀρέστην λέγουσιν ἐπὶ τῷ φόνῳ τῆς μητρός. WEBER.

641, 28. τὰ δ' ὕστερον] Subaudi ταῦτά ἐστι. V. not. ad v. 22. SCHAEF.

641, 29. οὐχὶ—ἀφελέσθαι τετόλμηκεν] Quamquam potestas Areopagi Ephialtis decreto deminuta fuerat, in nullo tamen

reipublicae statu ei judicia de caede erepta sunt: quod diserte testatur gramm. in append. ad Photii Lex. p. 674: *κατεστάθησαν (οἱ νομοφύλακες), ὡς Φιλόχορος, ὅτε Ἐφιάλτης μόνα κατέλιπε τῇ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῇ τὰ ὑπὲρ τοῦ σώματος.* Nec repugnat Lysias p. 94, 31., quae quorundam opinio fuit: de quo l. v. Hermann. Opusc. vol. 4. p. 301. WEBER.

642, 2. *τὸ δίκαιον εὑρεῖν*] Quae Areopagitae fecerint, ut, quid quaque in re justum esset, invenirent, Aeschin. in Timarch. p. 13. ita definit: *οὐ γὰρ ἐκ τοῦ λόγου μόνον, οὐδὲ ἐκ τῶν μαρτυριῶν, ἀλλ' ἐξ ὧν αὐτοὶ συνίσασι καὶ ἐξητάκασι, τὴν ψῆφον φέρουσι. τοιγάρτοι διατελεῖ τοῦτο τὸ συνέδριον εὐδοκιμοῦν ἐν τῇ πόλει.* Unde Dinarchus quoque in Demosth. p. 90. Areopagum appellat *ἀξιόπιστον βουλὴν τὸ δίκαιον καὶ ἀληθὲς εὑρεῖν.* WEBER.

642, 6. *οὐδεὶς πώποτε—τὰ κριθέντα*] Negavit hoc postremis suis temporibus ipse Demosthenes, cum ab Areopagitico senatu acceptae ab Harpalo pecuniae damnaretur. REISK. Fortasse etiam prius fuerunt qui negarent: *ἀλλ' οὐδεὶς ἐξήλεγξεν.* SCHAEF. Eodem modo de summa Areopagi justitia judicat Lycurgus p. 149: *κάλλιστον ἔχοντας τῶν Ἑλλήνων παράδειγμα τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ συνέδριον, ὃ τοσοῦτον διαφέρει τῶν ἄλλων δικαστηρίων, ὥστε καὶ παρ' αὐτοῖς ὁμολογεῖσθαι τοῖς ἁλισκομένοις δικαίαν ποιεῖσθαι τὴν κρίσιν.* Cf. Aristid. vol. 1. p. 121. ed. Dind. WEBER.

642, 11. *συκοφαντίαν*] *Calumniarum ansas.* WOLF.

642, 16. *τὸν τυχόντα τιν' ὅρκον τοῦτον ποιήσει*] Ita oratorio more circumscribit, quem Antipho de caede Herodis p. 130. *ὅρκον τὸν μέγιστον καὶ ἰσχυρότατον* dicit. Offendit Schaeferus in pronomine *τιν'*, ut vellet pro eo legi *τόν*, sed nihil in eo offensionis est, modo meminerimus *τυχόντα* ea vi, quam h. l. habet, sine articulo dici non posse: cujus loco adjectivum si positum cogitaveris, neque articulo opus erit neque in *τινὰ* haerebimus. WEBER.

642, 17. *στὰς ἐπὶ τῶν τομίων κάπρου καὶ κριοῦ καὶ ταύρου*] Tale sacrum, quod e tribus animalibus, apro, ariete et bove constabat, *τριττὺς* sive *τριττύα* vel *ἐντελὴς θυσία* vocabatur; hinc *ὀμόσαι καθ' ἱερῶν τελείων.* Romani dicebant suovetaurilia. Super eorum prosecta, quae sine dubio testiculi erant, ii, qui jusjurandum sanctissimum dejerabant, stantes vel manus imponentes, si scientes fallerent, sibi suisque et toti generi perniciem imprecabantur. Antiph. de caede Herod. p. 139. Pausan. Eliac. 5. 24. dicit *ἐπὶ κάπρου κατόμνυσθαι τομίων* et paulo post *τὸν κάπρον, καθ' ὅτου τῶν τομίων Ἀγαμέμνων ἐπώμοσεν.* Dionys. A. R. 5, 1. *στάντες ἐπὶ τῶν τομίων ὤμοσαν.* et Antiph. de caede Herod. p. 130. *δέον αὐτοὺς τὸν αὐτὸν ὅρκον σοὶ διομοσαμένους καὶ ἁπτομένους τῶν σφαγίων καταμαρτυρεῖν ἐμοῦ.* WEBER.

642, 23. *ἀπενεγκάμενος*] *Tanquam mercedem auferens.* SCHAEF.

643, 3. *τὰ μὲν τῆς διωμοσίας ταὐτά*] *Ratio jurisjurandi eadem.* *τὰ τῆς διωμοσίας* vertit H. Wolfius *calumniae jusjurandum*, quasi scriptum sit *ἀντωμοσίας*. Sed *διωμοσία* valet etiam de reo: de qua re vid. Schoemann. de lite Att. p. 625. WEBER.

643, 4. De verbis τὸν πρότερον—λόγον cf. Polluc. 8, 117. μετὰ δὲ τὸν πρότερον λόγον ἐξῆν φυγεῖν πλὴν εἴ τις γονέας εἴη ἀπεκτονώς. et ibid. 8, 99. ibique Kuehn. Utrique, et accusatori et reo, permissum erat bis orare, huicque post priorem orationem, si caussae suae diffideret, solum vertere. Vid. Matthiae de judiciis p. 167. WEBER.

643, 9. οἵτινές ποτ' ἦσαν, εἴθ' ἥρωες εἴτε θεοί] Hermogenes vol. 3. p. 223. ubi de vi et natura τῆς σεμνότητος ejusque variis generibus disserit: ὡς γὰρ εἰδότας ἀκριβῶς. inquit, δεῖ λέγειν καὶ μετ' ἀξιώματος, ἀλλ' οὐκ ἐνδοιάζοντας, ὅτε τούτου φροντίζοιμεν, τῆς διαρκοῦς λέγω σεμνότητος, ἀλλὰ μὴ ἄλλου τινός. τὸ γάρ, εἴτε ἥρωες ἦσαν εἴτε θεοί, σεμνὸν ὄν, πλέον ἔχει τοῦ πολιτικοῦ καὶ πιθανοῦ κατὰ τὴν ἐνδοίασιν. quocum contendas anonymi scholia vol. 7. p. 962. Ulpian. ad h. l. Increbuit per legum latores opinio diis esse ea tribuenda, quorum ipsi auctores erant, sive quod, ut Diodori 1, 94. verbis utar, admirabile et divinum prorsus judicarent esse illud commentum, quod utilitatem societati humanae allaturum esset, sive quod multitudinem ad excellentiam et potentiam eorum, qui leges invenisse dicerentur, respicientem, dicto magis audientem fore existimarent. Cf Strab. 16. p. 762. Sed orator rem proponit ut dubiam, ita tamen ut dignitas orationi non desit eique probabilitas concilietur. Eadem de re disputatur apud Platonem in principio libri 1. de Legibus. Antipho tamen p. 111. habuit opinionem, esse leges a diis traditas: Δέομαι δ' ὑμῶν,—τιμωρῆσαι πρῶτον μὲν νόμοις τοῖς ὑμετέροις, οὓς παρὰ τῶν θεῶν καὶ τῶν προγόνων διαδεξάμενοι κατὰ τὸ αὐτὸ ἐκείνοις δικάζετε. ab eo non differt auctor orat. 1. in Aristogit. p. 774. πᾶς ἐστὶ νόμος εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν, δόγμα δ' ἀνθρώπων φρονίμων. Cf. Georgii progymnasm. vol. 2. p. 586. Verbis proximis effertur humanitas legum latorum, quo magis judices asperitatem scriptoris psephismatis sentiant: in quod attenderunt scholia Hermog. vol. 4. p. 416. Maximus Planudes vol. 5. p. 287. et anonymus vol. 7. p. 340. s. WEBER.

643, 16. παρ' ἑνὸς τούτου δικαστηρίου καὶ τοὺς γεγραμμένους νόμους καὶ τἄγραφα νόμιμα τὸ ψήφισμα εἴρηται] Hanc scripturam ut vulgatae praeferrem παρ' ἓν τοῦτο τὸ δικαστήριον καὶ παρὰ τοὺς γεγ. etc., quae in aliis codicibus est, eo potissimum motus sum quod pronomen αὐτοῦ post γεγραμμένους aegre desiderarem: quod additum est infra in loco simili p. 645, 13. τρίτον τουτὶ δικαστήριον καὶ τὰ τούτου νόμιμα παραβεβηκὼς φαίνει, minus desideratur p. 644, 15. ταῦτα μὲν δὴ δύο τηλικαῦτα καὶ τοιαῦτα δικαστήρια καὶ νόμιμα ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου παραδεδομένα οὕτως ἀναιδῶς ὑπερπεπήδηκε. Non diffiteor tamen non eam esse hujus argumenti vim quae alteram illam lectionem evertat, qua et duplex Aristocratis peccatum gravius effertur et servatur consentiens librorum omnium scriptura παρὰ τοὺς γ., ubi παρὰ ejectum est ex Reiskii conjectura, qui ipse quoque pronomen desiderans τούτου post γεγραμμένους inseruit.

643, 20. τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ] Locum hunc citat Harpocratio s. v. ἐπὶ Παλλαδίῳ. REISK. De hujus ceterorumque, quae infra ab oratore memorantur, judiciorum nominibus, origine et muneribus testimonia veterum collecta sunt ab Matthiaeo in commentatione de judiciis et ab Meiero et Schoemanno in libro de lite Attica eodemque in Antiq. juris publici Athen. p. 291 seqq., ne alios memorem non paucos qui idem argumentum tractarunt: quae nemo erit qui hic repeti ab nobis cupiat.

644, 1. αἰδέσηταί τινα] αἰδέσηταί τις margo ed. Paris. 1570. Bene habet τινα, αἰδεῖσθαί τινα dicebant Attici in sermone forensi pro *placare aliquem, ut de actione sua aut jure suo aliquem persequendi aut patria arcendi desisteret.* REISK. Respicit ad h. l. Harpocration s. v. αἰδέσασθαι. De ritu αἰδέσεως v. ad p. 1069, 2.

644, 20. τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ] Citat Harpocratio s. v. ἐπὶ Δελφινίῳ. REISK.

644, 24. λογιζόμενοι—ἀποφυγγάνει] Citat schol. Hermog. vol. 4. p. 828. s., omisso ὁμολογῶν, eumque Aristides vol. 9. p. 345. insignem exemplo τῆς σεμνότητος laudat, re e summa antiquitate petita. WEBER.

645, 7. τὴν δ' ἑτέραν] Revocanda vulgata scriptura τὴν ἑτέραν δ'. In S. est τὴν δ' ἑτέραν δ', sed prius δ' puncto notatum. Similiter p. 1159, 4. ubi vulgo τὸν δ' Εὔεργον, in S. est τὸν δ' Εὔεργον δ', ubi librarius alterum δ' puncto notare neglexit.

645, 12. αὐτὴν—τὴν αἰτίαν] Merum crimen, merum nomen homicidii, sine adjunctione liciti vel illiciti. SEAGER. *Diar. Classic.* 58. p. 362.

645, 14. τέταρτον—ἐπὶ Πρυτανείῳ] Citat h. l. Harpocratio s. v. ἐπὶ πρυτανείῳ. REISK.

645, 22. τῇ τύχῃ] Dele has inconcinnas voculas, quas nihil aliud esse judico praeter marginalem glossam istius locutionis, quae paulo ante occurrit v. 21., ἐὰν τύχῃ. TAYLOR. τῇ τύχῃ volunt expungere, quoniam ἐὰν τύχῃ praecessit. Sed bene constare illa duo secum, si quid video, possunt. *multo magis erit impium atque scelestum, indicta caussa, tamen rapiendi facultatem rei dare, ejus, qui fortassean, si ita fors ferat, insons sit, aut fac sontem esse, homo tamen certe est communique nobiscum humanae naturae sorte usus est per fortunam.* Potest hoc *per fortunam*, τῇ τύχῃ, significare aut *nascendi sorte* aut *per illud facinus infortunium.* Humanum enim est hominem occidere, hominesque alios ab aliis tolli seu fraude seu fortuito videmus quotidie. REISK. Non persuadet. Quod enim fortuito (τῇ τύχῃ) fit, non fit necessario. Atqui homines eandem inter se naturam necessario participant. Itaque assentior Tayloro delendum censenti τῇ τύχῃ. Nisi forte scribendum sit τῇ ψυχῇ. SCHAEF. Mihi recte judicasse videtur Taylorus.

645, 25. ἔτι τοίνυν πέμπτον etc.] Citat h. l. Harpocration v. ἐν Φρεαττοῖ. REISK. Item Etymol. M. p. 344. tanquam ex orat. c. Aristogit. SCHAEF.

646. 9. *θαλάττῃ*] Apud Harpocrationem *θαλάττης*, uno tamen codice *θαλάττῃ* praebente.

646, 11. *ἐν τῇ γῇ*] *ἐπὶ τῆς γῆς* Harpocr.

646, 12. *δικαίως*] *δικαίαν* Harpocr.

646, 14. *ἐπὶ τῷ πρότερον*] *ἐπὶ ἑτέρῳ* Harpocr.

646, 17. *ἀναίτιον*] *ἐναίτιον* Taylorus, *eum, qui est ἐν τῇ αἰτίᾳ, qui accusatione premitur, insimulatum sceleris.* Non male ille quidem. Verumtamen posse videtur etiam vulgata defendi. Perspicua enim est oppositio inter *τὸν ἀδικοῦντα* (*sontem*) et *τὸν ἀναίτιον* (*insontem*). Sententia est: Ut scelus est sceleratum abire sinere salvum indicta caussa, quae si cognita fuisset, meritas ille poenas supplicio luisset, ita rursus non minus est scelus insontem ad poenam tradere, caussa non cognita, quae si discussa fuisset, abisset ille absolutus. REISK.

646, 25. *Ἔτι τοίνυν—ἀπάγειν ἔξεστιν εἰς τὸ δεσμωτήριον*] Expositis variis in quinque judiciis capitalibus homicidae persequendi rationibus, orator postremo ad casum attendit singularem, qui incidere potuit neque legislatoris prudentiam in legibus condendis fugerat. Etenim fieri potuit ut quis, cui unus e cognatis occisus fuerat, occisorem ejus quacunque de caussa in judicium non vocasset, eum tamen tanquam culpa vacantem in templis et in foro circumeuntem conspiceret. Contra eum *ἀπαγωγὴ εἰς τὸ δεσμωτήριον* concessa fuit lege, quam bene orator adhibuit hoc loco, ubi refutationem prioris psephismatis partis finiens ostendit quemadmodum scriptor ejus a regula et praescriptione juris abeat, qui occisorem Charidemi caussa incognita *ἀγώγιμον* esse voluerit. Lege eandem actionem continente, sed in homicidas convictos et exsilio in patriam reversos data, usus est orator supra p. 629. principio demonstrationis suae. Sumendum est actionem *ἀπαγωγῆς εἰς τὸ δεσμωτήριον*, quae hoc loco commemoratur, civibus puris et insontibus opem tulisse ad arcendos sceleratos homines, ut incommodum sarciretur, quod civitati ex intermissa caedis accusatione factum esset. Quia enim scelere contaminatus, si templa et forum frequentaret, praesentia sua sedem deorum violare consortioque suo coetum hominum polluere putabatur, per apagogen licitum erat homicidam, qui quidem nondum accusatus et damnatus erat, sed tamen eo iverat, quo ei non licebat, undecimviris tradere atque in vincula conjicere. Hoc accidit Agorato, qui quum, ut ex Lysiae in eum habita oratione apparet, favens triginta tyrannis multos cives perdidisset, postea demum, quum tempora dubia et iniqua praeteriissent, per apagogen in judicio sistebatur, eademque sors aliis fuit, e quibus nonnulli in libro Meieri et Schoemanni p. 231. nominantur. Etsi tali homicidae non denunciatum fuerat ut locis sacris et conventu civium abstineret, quod vel sententia ejus, qui caussam inquirebat, vel ab accusatore ipso fieri fere solebat, (vulgatae sunt hujus rei voces *προαγορεύειν*, *προειπεῖν*, *προαγόρευσις*, *πρόρρησις*) id tamen non impedimento erat quominus in eum *ἀπαγωγὴ* adhiberetur, quia loca illa frequentare

ipsa lex vetabat atque pro tota civitate vetare censebatur, ut Plato dicit Leg. 9. p. 871 A. Vid. Heraldus Animadv. p. 591. Ipsam quaestionem non dubium est quin primo undecimviri instituerint et, si res postularet, thesmothetae susceperint: explorabatur num, quod loca illa adiisset, ei crimini dari posset nec ne, non autem, num ea frequentasset, quia inde ἐπ' αὐτοφώρῳ ληφθεὶς abductus erat. Si reus negasset se jure abductum esse, quaerebatur de caede, quam patrasse putabatur, resque in Heliaea agebatur. Vid. orat. in Timocrat. p. 733. Nunc accusatoris erat argumenta afferre, quibus abductus caedis convinci posset, quae si firma essent et ad persuasionem judicum satis certa, mortis condemnatio conficiebatur, sin minus, absolutio, et accusator mille drachmis mulctabatur. Eo referenda sunt Pollucis verba 8, 49. Ἡ δὲ ἀπαγωγὴ, ὅταν τις ὃν ἔστιν ἐνδείξασθαι μὴ παρόντα, τοῦτον παρόντα ἐπ' αὐτοφώρῳ λαβὼν ἀπάγῃ· ὁ δὲ κίνδυνος ἐν χιλίαις. Praeter hoc periculum, quo cautum erat ne accusator parum cogitate ageret, imponi solebat etiam poena infamiae, qua ei potestas adimebatur aliquem in jus vocandi. Tota autem ἀπαγωγῆς actio satis dura nobis videri posset, quum, si post caedem factam γραφὴ φόνου instituta fuisset contra homicidam, is post primam defensionem sua sponte in exsilium ire posset, nisi sciremus, violationem deorum cultus et religionum et commaculationem hominum maximum scelus fuisse, quod sola morte lui posset. Quare haec ἀπαγωγὴ pariter atque supra commemorata in rebus divinis sita erat, neque, quae Meieri sententia est p. 233. proposita, e civilis prudentiae rationibus profecta. WEBER.

646, 28. παρεληλύθασιν οἱ χρόνοι] I. e. quinquennio transacto, ultra quod accusatio caedis et actio forensis prolata locum in jure nullum amplius habebat. Hoc cautum erat lege, quam τὸν τῆς προθεσμίας νόμον appellabant: de qua v. Meier. et Schoemann. l. c. p. 637. WEBER.

647, 7. χιλίας προσοφλήσει] Quum actor quintam suffragiorum partem non tulisset, mille drachmis mulctabatur et infamia notabatur, ita ut posthac ab jure eas actiones instituendi arceretur. Infamia tamen nonnunquam non videtur simul imposita fuisse; certe ut hic, sic etiam alibi juxta illam non commemoratur. Vid. Schoemannus de lite Att. p. 734 sqq., Meierus de bonis damn. p. 133, Boeckhii Oecon. Athen. vol. 1. p. 407. WEBER. V. Schoemann. Antiq. publ. p. 293.

647, 10. τὸν μὲν—παραχρῆμα ἐκδίδοσθαι] Distinguendum τὸν δὲ, ἄκριτον παραχρῆμα ἐκδίδοσθαι. τὸν μὲν, accusatorem. ἀθῷον, μὴ προσοφλόντα χιλίας, ἐὰν μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων· τὸν δὲ, τὸν ἀνδροφόνον. SEAGER. Diar. Classic. 58. p. 362. Recte interpretatur. Sed post τὸν δὲ non opus distingui: sin, distinguendum etiam post τὸν μὲν. SCHAEF.

647, 20. Ἀρά τις ἡμῖν ἔτι λοιπός ἐστι νόμος;] Ad scribam conversus interrogando simulat se nescire an supersit adhuc lex quaedam ad caussam pertinens. Hac simulatione ignorationis

suae artem texit oratoriam, qua ea, quae subjecit, quamvis praeparata, finguntur tanquam ex tempore fusa. Quae dicendi forma in animis eorum qui audiunt, levat suspicionem se posse eloquentia decipi, quod ad h. l. observat Ulpianus. In eandem rem praecepit Hermogenes vol. 3. p. 422. ἐν τῇ δικανικῇ κἂν ἐσκεμμένος ἥκῃς, προσποιοῦ αὐτόθεν λέγειν, ὅπερ ποιοῦσι πάντες οἱ παλαιοί. γράψαντες γὰρ πάντες ὑποκρίνονται σχεδιάζειν. διὰ τί; ὅτι ὁ δικαστὴς ὑποπτεύει τὸν ῥήτορα καὶ δέδοικε μὴ ἐξαπατηθῇ τῇ δυνάμει τῆς ῥητορικῆς. αὐτὸ τοίνυν τοῦτό ἐστι τεχνίτου ῥήτορος, τὸ δοκεῖν αὐτόθεν λέγειν, ἵνα καὶ οὕτως ὁ δικαστὴς ταραχθῇ. Add. Gregor. Cor. ib. vol. 7. p. 1268. Praeterea citavit hunc locum Alexander de figuris p. 432. sed corrupte. Duo alia exempla attulit Walzius vol. 8. p. 545, unum ex p. 414. μικροῦ γε, ἃ μάλιστα ἔδει πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, παρῆλθον, alterum ex p. 1025. ἀρτίως γὰρ καὶ τοῦτο ἀνεμνήσθην. Add. p. 632. et p. 482., ubi orator jubet scribam accuratius inspicere, ut psephisma inveniat, quod ad orationem sibi opus sit. WEBER.

647. 22. ΝΟΜΟΣ] Haec ultima lex est e legibus capitalibus exscripta. Pertinet ad alteram Aristocratis psephismatis partem, qua iste decreverat ut unusquisque vel privatus vel civitas, quae homicidam Charidemi abduci non sineret, ἔκσπονδος esset. Quemadmodum leges supra allatae ad homicidas intra fines Atticae versantes referendae sunt, ita haec spectat ad caedem extra Atticam in alieno solo factam, ad quam ulciscendam cognatis occisi jus ἀνδρολήψιον datum erat, propterea quod e veterum opinione sanguis ubicunque effusus vindictam flagitabat, qua omissa se sibi grave malum contracturi essent. De origine, natura et more ἀνδροληψίου multi cum inter veteres tum inter recentiores scripserunt. Grammaticorum testimonia, velut Harpocrationis s. v., Etym. M. s. ἀνδριάς, Suidae, Hesychii, Bekkeri Anecd. p. 213. 395., Pollucis 8, 41. 50., scholiastae Demosthen. in cod. Bavar. ad h. l. quamquam inter se discrepare partim manifestum est, idonea tamen ex iis doctrinae de ἀνδροληψίῳ firmandae praesidia petierunt inter recentiores Budaeus adnotat. in Digest. p. 114., Petitus Leg. Attic. p. 623., Salmasius de modo usurar. p. 550., Schoemannus de comitiis Atheniens. p. 180, 284., et inprimis, qui ipsa legis verba interpretati sunt, Heraldus p. 307., Hugo Grotius de jure belli et pacis 3, 2. 3., Meierus de lite Att. p. 278—280. WEBER.

647. 24. τὰς ἀνδροληψίας] Schol. ἀνδροληψία καὶ ἀνδρολήψιον. Illam formam Meierus antiquiorem, hanc esse posteriorem contendit. Apud Demosthenem illa bis reperitur, in hac lege et in orat. trierarch. p. 1232. altera ter legitur in hac oratione. Ego vero ἀνδροληψίαν usu ita differre ab ἀνδρολήψιον existimo, ut illa Demosthenis aetate comprehensionem hominis significet, haec autem jus comprehensionis sive actionem publicam, quemadmodum ἀποστασίου δίκην, non ἀποστασίας dicunt, quamquam haec altera nominis forma exstat: deinde autem apud inferiores scriptores, ut apud Appianum de bellis civilib. 4, 6. et 13. et Philo-

stratum p. 915. et 937. ἀνδρολήψιον de sola comprehensione hominum usitatum fuisse. WEBER.

647, 25. ὑπόσχωσιν] Subaudi παρ' οἷς ἂν τὸ πάθος γένηται, ut p. 648, 17. illi, apud quos caedes erit perpetrata et a quibus tres cives abducentur pignoris loco futuri, donec poenae peremti dentur. REISK.

648, 21. τοὺς—ὑποδεξαμένους] Articulus multis verbis interpositis ab nomine suo sejunctus, ut in loco ab Webero comparato p. 72, 28. τοὺς ὅτ' ἐγὼ γεγουνίας ἤδη τῆς εἰρήνης ἀπὸ τῆς ὑστέρας ἥκων πρεσβείας τῆς ἐπὶ τοὺς ὅρκους, αἰσθόμενος φενακιζομένην τὴν πόλιν, προὔλεγον καὶ διεμαρτυρόμην καὶ οὐκ εἴων προέσθαι Πύλας οὐδὲ Φωκέας, λέγοντας ὡς ἐγὼ μὲν ὕδωρ πίνων εἰκότως δύσκολος καὶ δύστροπός εἰμί τις ἄνθρωπος, Φίλιππος δ'—.

649, 4. ΝΟΜΟΣ] Duae sequuntur leges, quae etsi non e numero capitalium sunt, tamen commode ad finem demonstrationis suae, in qua τὸ παράνομον tractatur, apposuit orator. Haec enim prior vetat in privos homines leges ferri quae non ad omnes aeque pertineant, id est, privilegia in privatorum gratiam aut damnum irrogari. Quod sicuti non licebat per leges fieri, ita multo minus per psephismata, quae illis non deberent contraria esse: quale fuit Aristocratis, ut quod Charidemo faveret, damnosum autem ejus interfectori et ipsi civitati esset. Nam in hac lege, quae ab Aenea Gazaeo, Neoplatonico, in Theophrasto sive dialogo de immortalitate, Solonis esse dicitur, situm erat τῆς πολιτείας fundamentum. Eandem Demosthenes adhibuit in Timocr. p. 719. et Andocides de myster. p. 12., adjuncta hac exceptione: ἐὰν μὴ ἑξακισχιλίοις δόξῃ κρύβδην ψηφιζομένοις. Recurrunt legis verba orat. 2. in Stephan. p. 1132., sed in media oratione, neque sub legis titulo allata: ἀλλὰ μὴν οἵ γε νόμοι ἀπαγορεύουσι μηδὲ νόμον ἐξεῖναι ἐπ' ἀνδρὶ θεῖναι, ἂν μὴ τὸν αὐτὸν ἐφ' ἅπασιν Ἀθηναίοις, in quibus omissa est pariter atque hoc loco illa exceptio, ad probandum psephismatis παράνομον non necessaria. Cf. quae de hac lege scripserunt Petitus Leg. Attic. 2, 1, 8. p. 188. Schoemannus de comitiis Atheniensium p. 273., Meierus de lite Att. p. 284. WEBER.

649, 20. ΝΟΜΟΣ] Haec lex conjuncta cum superiore etiam apud Andocidem de myster. p. 12. invenitur. Eam in transcursu attingit Demosthenes in Timocrat. p. 709. Quum Athenis omnes civilis administrationis partes lege et jure continerentur, psephisma nullum neque senatus neque populi leges latas auctoritate superare poterat. Inter leges enim et psephismata, ut Sigonius de rep. Atheniensium 1, 5. dicit, illud interfuit, quod leges in universum latae sunt et summam reipublicae attigerunt, ita ut nec senatus, nec populus, nec judices, nec magistratus, nec si qua alia in civitate consilia fuerint, quidquam, nisi ex praescripto legum, decernere potuerint; psephismata vero uni plerumque et de quotidianis rerum eventis scripta sint, ita tamen, ut neque latis legibus repugnarent et ex receptarum legum praescripto ad senatum populumque ferrentur. Sed paulatim

factum est, crescente libertate immoderata ac licentia concionum, ut multa plebs sciseeret, quae legibus repugnarent multaque nascerentur psephismata a legibus aliena. Nec tamen legi illi quidquam de auctoritate sua detractum est; etsi enim leges sibi invicem et veteribus contrariae datae sunt ipsarumque auctoritas multitudine psephismatum perturbata vel imminuta est, tamen quisque e civibus poterat eum, qui *παράνομον* quid rogaverat, in jus vocare et potestatem legum violatarum tueri, quod Euthycles in hac oratione ope Demosthenis adversus Aristocratem suscepit. Quod si non fiebat, aut si, quum factum esset, accusator caussam suam deserebat, tum illud, quod contra leges erat, tam diu valebat, donec in judicio impugnatum et abrogatum esset: de qua re accurate docuit Joann. Dider. Riemerus in dissert. de hac orat. p. 70. Praeter hunc de hac lege scripserunt Petitus Leg. Attic. p. 199., C. F. Hermannus de jure et auctoritate magistratuum apud Athenienses p. 4., eamque obiter attigerunt Schoemannus de comitiis p. 167., Meierus de lite Att. p. 283. WEBER.

649, 22. *Πάνυ μικρὸν—τὸ ψήφισμα*] Ex his verbis Aristides vol. 9. p. 376. cepit documentum *τῆς ἀξιοπιστίας*, quae fit *κατὰ γνώμην*, siquidem oratorem praemuniente oratione significare dicit, caussam suam justam esse et facilem probatu. WEBER.

650, 13. *φησὶν*] Unusquisque eorum qui ejusmodi plebiscita scripserunt. WEBER.

650, 23. *τοῦθ'*] I. e. *τὸ δεδωκέναι τὴν πολιτείαν Χαριδήμῳ· quasi jus civitatis Charidemo dedisse vobis sit ἀγαπητόν τι, ut adeo debeatis gratiam illi, qui accipere dignatus sit.* SCHAEF.

651, 13. *οἴομαι*] Secundo loco objicit id, quod Aristocratem dicturum putat, irritum esse psephisma; nam id esse a senatu quingentorum probatum et senatus consulta e legis praescriptione annum durare. Quod quum negare accusator non posset, sed concedere deberet, *ἄλυτον τὴν ἀντίθεσιν* sinit esse, atque hoc praecipue demonstrare studet, psephisma animo in rempublicam inimico factum esse ejusque rejectione cavendum ne alii ex Aristocrate sibi sumentes exemplum similia scripturi sint. Istam confutandi rationem magistri dicendi *ἐπιδρομὴν* dicunt vel etiam *συγχώρησιν*, de quibus vid. Ernesti lexic. rhetor. s. his vv., eamque attigit Maximus apud Walzium vol. 5 p. 586. hunc locum probandi caussa afferens. Aristocrates eo, quod ei dicere licebat, irritum esse psephisma, judices decipere poterat et efficere ut de re ejus leviter expensa, quam quidem civitati non amplius noxiam esse opinarentur, prospere deciderent: quod si ei contigerat, proximum erat ut legis poenam, quae in male rogatum psephisma usurparetur, effugeret. Idcirco opponit orator, quod sit psephisma irritum, id scriptori ejus non posse utile esse, quum ipse sua intercessione rem huc deduxerit, ut illud nullius esset amplius auctoritatis, ille autem id composuerit, non ut eo irrito nihil civitati fieret incommodi, sed ut deceptis judicibus quidam ea, quae cum publicis utilitatibus pugnant, consequeren-

tur. Ut autem intelligamus qua de caussa psephisma irritum dici potuerit, tenenda sunt verba oratoris. Id enim ad senatum delatum approbatione ejus *προβούλευμα* factum erat, neque quidquam restabat aliud, nisi ut a populo ferretur sententia. Vid. p. 625. Sed quum senatus in eo esset ut populum de eo proposito in suffragia mitteret, statim surrexit Euthycles et se in judicium vocaturum esse rogationis latorem et *παρανόμων γραφὴν* instituturum juravit eoque modo rei cognitionem distulit. (Vid. Schoemann. de comitiis Athen. p. 159., Meier. de lite Att. p. 285.) Hac dilatione per Euthyclem facta praeteriit annus ejus senatus, qui psephisma comprobaverat et cum ejus decessione cessit etiam psephismatis auctoritas, ut apparet e Lex. rhet. in Bekkeri Anecd. p. 289. *προβούλευμα: τὸ τὴν βουλὴν τῶν πεντακοσίων πρότερον κρίνειν τὸ ψήφισμα, εἰ καλῶς ἔχει, καὶ οὕτως εἰσφέρεσθαι εἰς τὸν δῆμον· καὶ τοῦτο καλεῖται προβούλευμα· τὸ δὲ προβούλευμα κύριον ἦν ἄχρι ἐνιαυτοῦ, μεθ' ὃ ἄκυρον ἐγίνετο.* neque id a novo senatu, judicio adhuc pendente, denuo probari et in senatusconsulti formam redigi poterat, de qua re vid. Pollux 8, 56. *ὑπωμοσία δέ ἐστιν, ὅταν τις ἢ ψήφισμα ἢ νόμον γράφοντα γράψηται ὡς ἀνεπιτήδειον· τοῦτο γὰρ ὑπομόσασθαι λέγουσι· καὶ οὐκ ἦν μετὰ τὴν ὑπωμοσίαν τὸ γραφὲν, πρὶν κριθῆναι, κύριον.* Cf. Demosthen. adv. Euerg. et Mnesib. p. 1149. *Γενομένου τοίνυν τοῦ ψηφίσματος τούτου ἐν τῇ βουλῇ, καὶ οὐδενὸς γραφομένου παρανόμων, ἀλλὰ κυρίου ὄντος.* Quamobrem verum quidem est quod orator Aristocratem dicentem facit, psephismate, si absolvatur, nihil mali in rempublicam venturum esse, quia anno illius senatus, qui id fecerat *προβούλευμα,* praeterito non amplius valebat, attamen, si absolutum erat, facile evenire poterat ut eadem res denuo recepta et ad senatum delata ab eoque probata tandem jussu populi eo promtius sanciretur, quo certius de ea judices suam sententiam atque voluntatem jam declaraverant et quo plures in concione aderant, qui Charidemum in partes reipublicae trahi cuperent. Itaque fraus Aristocratis, si hac objectione uteretur, in eo cernebatur, quod ea absolutionem adeptus non modo poenam legitimam effugiebat, sed etiam id, quod ipse ejusque socii vellent, ratum facere poterat. WEBER.

651, 26. *γραψάμενοι*] Sc. *παρανόμων.*

καὶ δι' οὓς] Non debebat *καὶ* deleri ab Schaefero. Tria enim sunt quae maxime urgere vult orator, dicens se non solum accusasse et rem distulisse, sed etiam intercessione sua effectum esse ne ratum esset psephisma. Alii idem non efficiebant: intercedebant quidem probuleumatis, sed ea non irrita faciebant. Similiter p. 237. *τίνες οὖν ἦσαν οἱ παρὰ τούτου λόγοι τότε ῥηθέντες καὶ δι' οὓς ἅπαντ' ἀπώλετο;* Lycurg. p. 147. *δέομαι δ' ὑμῶν—μὴ ἄχθεσθαι—, ἀλλὰ τοῖς αἰτίοις ὀργίζεσθαι καὶ δι' οὓς ἀναγκάζομαι νῦν μεμνῆσθαι περὶ αὐτῶν.* WEBER.

652, 4. *ἴσως ἂν φορητὸν ἦν τοῦτο*] Vulgatam scripturam *ἴσως ἂν ἧττον ἦν δεινόν* in libro suo habuit Sopater vol. 5. p. 36. *καὶ ὅταν λέγῃ, ὡς ἄδεια τεθήσεται τοῦ παρανομεῖν, ὡς ἐν τῷ κατὰ*

Ἀριστοκράτους λέγει· "εἰ μὲν γὰρ μηδεὶς ἦν, ὃς ἤμελλεν ὁμοίως τῶν ὑμετέρων νόμων καταφρονήσας τὰ αὐτὰ γράφειν, ἧττον ἂν ἦν δεινόν· νῦν δὲ ὄντων οὐκ ὀλίγων." Ταῦτα πάντα στοχαστικῶς ἐξετάζεται, ἀρίστη οὖν ἂν εἴη αὕτη ἡ ἀπολογία.

652, 7. τίς οὐκ errore typothetae legitur pro τίς δ' οὐκ.

652, 25. γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ δικάσειν] Haec verba non ex annuo Heliastarum jurejurando, quod totum p. 746. invenitur, sumta sunt, sed haud dubie e singulari illo, quod in quoque judicio, antequam judicarent, jurare solebant. Eadem recurrunt p. 492. περὶ ὧν ἂν νόμοι μὴ ὦσι, γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ κρινεῖν. i. e. *ex aequo et bono nulloque cujusquam amore aut odio.* Adde p. 1006. 1318. Cf. Polluc. 8, 122. ὁ ὅρκος ἦν τῶν δικαστῶν περὶ μὲν ὧν νόμοι εἰσὶ, κατὰ τοὺς νόμους ψηφιεῖσθαι· περὶ δὲ ὧν μή εἰσι, σὺν γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ. cujus tamen verba, quae paulo antecedunt, ad Heliastarum jusjurandum referas, ut ille utriusque formulam commiscuisse putandus sit. Vid. Petitus Leg. Attic. p. 414. F. A. Wolfius ad Leptin. p. 492, 25. Schoemannus de sortitione judic. p. 4. et de lite Att. p. 135. WEBER. Opinio illa de duplici jurejurando, altero annuo altero singulari, non alio nititur argumento quam quod in formula orationi Timocrateae inserta desiderantur verba γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ δικάσειν, de quo quid statuendum videatur dicetur in annotatione ad p. 746, 19.

652, 26. ἡ δὲ τῆς γνώμης δόξα] Ulpianus sic interpretatur: ἡ ὑπόνοια καὶ τὸ οὕτως ὡς ἔφησαν νομίσαι δίκαιον. Reiskius in Indice: ἡ δὲ τῆς γνώμης δόξα (id est δόξασις) visum illud mentis, quod sententiam pronuntiandam concipit quasi et format in mente, exsistit ex iis, quae auribus accipiuntur. Orat. c. Leptin. p. 493. dicit Demosthenes τὸ τῆς γνώμης πρὸς ἅπαντα ἀνενέγκατε τὸν νόμον. WEBER.

653, 2. εἰ γὰρ ἠγνόησε] Sensus: Nam si quid eum latuit, quod tacitum teneret qui caussam exponeret. SCHAEF.

653, 4. προδέδωκεν] Hic de eo dicitur, qui transit vel dissimulat et occultat dicenda vel cursim et breviter attingit, quae longam orationem multasque rationes desiderant, ut adimat judicibus caussae recte judicandae facultatem. WEBER.

653, 7. λέγων] Ante et post hoc vocabulum Reiskius commata posuit, ut cum κῆρυξ conjungatur. Praestat altera ratio, quacum Schelling. de Solonis leg. p. 25. comparavit de cor. p. 319. καίτοι τίς ὁ τὴν πόλιν ἐξαπατῶν; οὐχ ὁ μὴ λέγων ἃ φρονεῖ; τῷ δ' ὁ κῆρυξ καταρᾶται καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν δικαίως etc.

653, 8. μὴ δὴ τοῦθ' ὑμῖν ἐᾶτε λέγειν] Haec sunt, ut Tauri philosophi apud Gellium 10, 19. verbis utar, adversus eum dicta, qui peccatum suum peccatis alienis exemtum purgatumque ibat. Affertur quidem ibi non hic locus, sed alter ex oratione in Androt. p. 595., qui tamen nonnullis verbis mutatis hic repetitus est. Cujus generis repetitiones frequentes sunt apud Demosthenem aliosque, et Ulpianus ad hunc locum indicavit, caussa, cur ita factum sit, adjecta. Attendit etiam in hanc rem Theo

in progymn. vol. 1. p. 155., ubi, postquam de similitudine earundem sententiarum apud varios scriptores expressa praecepit, ita pergit dicere: ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ Δημοσθένης πολλάκις ἑαυτὸν παραφράζει (i. e. sua ipsius verba reddit verbis aliis), οὐ μόνον τὰ ἐν ἄλλοις λόγοις αὐτῷ εἰρημένα ἀλλαχόσε μεταφέρων, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑνὶ λόγῳ πολλάκις φαίνεται ταὐτὰ μυριάκις εἰρηκώς· τῇ δὲ τῆς ἑρμηνείας ποικιλίᾳ λανθάνει τοὺς ἀκούοντας. WEBER.

653, 17. οὐ γὰρ εἴ τι πώποτε—ἄλλος οὐ γράψει] Exposuit ad exemplum hoc enthymematis genus, in quo proposito dissimili vel contrario ratio subjungitur, Quinctilianus 5, 14, 4. sic id interpretatus: *Non enim, si quid unquam contra leges factum est, idque tu es imitatus, idcirco te convenit poena liberari: quin e contrario damnari multo magis. Nam ut, si quis eorum damnatus esset, tu haec non scripsisses, ita, damnatus tu si fueris, non scribet alius.* Bis hunc locum attigit Demetrius de elocut. vol. 9. p. 105. στρογγύλην et δεινὴν horum verborum docens compositionem, et p. 19. ostendens extremam periodum de vi sua perdere multum, si formam ejus sic solveris: μὴ ἐπιτρέπετε τοῖς τὰ παράνομα γράφουσιν· εἰ γὰρ ἐκωλύοντο, οὐκ ἂν νῦν οὗτος ταῦτα ἔγραφεν, οὐδ' ἕτερος ἔτι γράψει, τούτου νῦν ἁλόντος. Cf. vol. 8. p. 618. Commemorant etiam Apsines vol. 9. p. 524., anonymus vol. 3. p. 704. atque Theo vol. 1. p. 156. hic ut doceat quemadmodum Demosthenes eandem sententiam non tantum iisdem fere verbis repetierit, sed aliis etiam expresserit, nostrum et Androtioneae locum juxta Midian. p. 526. collocans, ubi haec: τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὑμῶν τοῦ μὲν πολλὰ τοιαῦτα γίγνεσθαι τὸ μὴ κολάζεσθαι τοὺς ἐξαμαρτάνοντας αἴτιον ὄν, τοῦ δὲ μηδένα ὑβρίζειν τὸ λοιπὸν τὸ δίκην τὸν ἀεὶ ληφθέντα, ἣν προσήκει, διδόναι μόνον αἴτιον ἂν γενόμενον; εἰ μὲν τοίνυν ἀποτρέψαι συμφέρει τοὺς ἄλλους, τοῦτον καὶ δι' ἐκεῖνα κολαστέον. WEBER.

653, 18. ἀποφεύγειν] In annot. v. ἀποφευγεῖν typothetae error est pro ἀποφυγεῖν.

653, 29. λόγον] Subaudi ex communi λέγειν ἐπιχειροῦντα. REISK.

654, 7. οὕτω—παράνομον] Aristides vol. 9. p. 377. Ἀποδείξας τὸ παράνομον, ὑπολειπομένου ἐξετασθῆναι τοῦ ἀσυμφόρου, ἀξιοπίστως προσλαβὼν προσεποιήσατο ἔτι καὶ τοῦ παρανόμου φανερώτερον τὸ ἀσύμφορον, τὸ ζητούμενον τοῦ ἀποδεδειγμένου ἐν οἷς λέγει "οὕτω γὰρ σφόδρα ἐναντίον τοῖς νόμοις τὸ ψήφισμα μᾶλλον ἀσύμφορόν ἐστιν ἢ παράνομον."

654, 15. ἄλλους τινὰς] Hi in oratione de cor. p. 231. οἱ μισοῦντες Λακεδαιμονίους appellantur et intelligendi sunt Arcades, Messenii, Argivi: ubi v. Dissen. WEBER.

654, 17. τοῖς Χερρόνησον οἰκοῦσι τῶν πολιτῶν] I. e. κληρούχοις, de quibus Libanius argumento ad orat. de Cherson.: εἰς ταύτην ἀπέστειλαν κατὰ τοὺς Φιλίππου καιροὺς κληρούχους ἑαυτῶν. ἔθος δὲ ἦν τοῦτο παλαιὸν τοῖς Ἀθηναίοις, ὅσοι πένητες ἦσαν αὐτῶν καὶ ἀκτήμονες οἴκοι, τούτους πέμπειν ἐποίκους εἰς τὰς ἔξω πόλεις τὰς ἑαυτῶν. WEBER.

654, 21. τὸ τοίνυν ψήφισμα τουτί—ἰσχυρὸν καθίστησιν] Haec verba Hermogenes vol. 3. p. 273. ex memoria exposuit ad exemplum copiosae et productae dicendi formae. Ὅταν τε οὖν, inquit, αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἐπεμβάλλωνται οἱ μερισμοὶ, μεστότητα ποιοῦσι, καὶ ὅταν ἀλλήλων ἐξηρτημένοι ὦσιν· οἷον, τοῦτο τοίνυν τὸ ψήφισμα τῷ μὲν ἑνὶ τῷ Κερσοβλέπτῃ συμπράττοντι τὴν ἀρχὴν Χαριδήμῳ ἀσφάλειαν διδὸν, τοῖς δὲ τῶν ἑτέρων βασιλέων στρατηγοῖς φόβον καὶ δέος, μή τινα αἰτίαν ἔχωσι, παριστάν· εἶτα πρὶν ἀπολῦσαι τὴν διάνοιαν ἐπισυνῆψεν, ἐξαρτήσας τοῦ προτέρου ἄλλον μερισμὸν, τοὺς μὲν ἀσθενεῖς, τὸν δ' ἕνα ὄντα ἰσχυρὸν καθίστησι. μεστὸν οὖν ἐποίησε τὸν λόγον. Item Tiberius de figuris vol. 8. p. 565., ubi de συζυγίᾳ loquitur, laudat eorum artificiosam membrorum et incisorum connexionem. WEBER.

654, 24. φόβον καὶ δέος] V. ad p. 579, 6.

654, 29. Μιλτοκύθης ἀπέστη Κότυος] Orat. c. Polycl. p. 1207. Μιλτοκύθης δ' ἀφειστήκει ἀπὸ Κότυος καὶ πρέσβεις ἐπεπόμφει περὶ συμμαχίας, βοηθεῖν κελεύων καὶ τὴν Χερρόνησον ἀποδιδούς. Haec Olymp. 104. 3. (ante Chr. 362) archonte Molone facta sunt. Vid. Clintonis Fast. Hellen. vol. 2. p 118. WEBER.

655. 2. τοῦ πολέμου] Belli. quod gerebant Athenienses de recuperanda Chersoneso. WEBER.

Ἐργοφίλου] Dux classis Atheniensium in Thracia fuit, ut ex p. 398. apparet. Harpocrat. s. h. v. illum nonnisi στρατηγὸν Ἀθηναίων fuisse dicit. WEBER.

655, 3. Αὐτοκλέους] Orat. c. Polycl. p. 1210. προσταχθέν μοι ὑπὸ τοῦ δήμου Μένωνα τὸν στρατηγὸν ἄγειν εἰς Ἑλλήσποντον ἀντὶ Αὐτοκλέους ἀποχειροτονηθέντος. pro Phorm. p. 961. de fals. legat. p. 398. WEBER. V. Kiessling. ad Hyperid. p. 235 seqq. Sievers. Hist. Gr. p. 303.

655, 6. τοῦ τε ὄρους τοῦ ἱεροῦ] Castellum fuit in maritima Thraciae ora situm. quod Cotys illo tempore Miltocythi cum omnibus ibi congestis opibus eripuit. Vid. Taylor. ad Aeschin. p. 268. n. 61. Winiewskii comment. p. 124. WEBER.

655, 9. οἱ δὲ χρόνοι—ἐξεληλύθεσαν] Verba sic conjungas cum Schaefero: οἱ χρόνοι τῆς γραφῆς κατὰ τοῦ τὸ ψήφισμα εἰπόντος. Quod ad rem attinet. lege cautum erat ne latores psephismatum exacto a psephismate lato anno ἔνοχοι τῇ τῶν παρανόμων γραφῇ essent. V. Schoemann. de comitiis p. 278. n. 64. et de lite Att. p. 637. n. 18. WEBER.

655, 18. πάλιν ὁρᾶτε] Quod jam vidistis Miltocythe oppresso. WEBER.

655, 20. ὃ—ποιῆσαι] *Quod magis exspectes facturum quam, si possit, non facturum esse.* ἐλπὶς h. l. idem valet quod p. 638, 24. SCHAEF.

655. 22. ἀσθενῆ] Male libri plures πάλιν ἀσθενῆ: nam potentia Cersobleptis nondum infirmata ab Atheniensibus non potuit denuo infirmari. Haud dubie illi. qui πάλιν h. l. dederunt. id sic intellexerunt, ut significaret *in pristinum infirmitatis statum restituere.* WEBER.

655, 23. ἂν οὖν εἴπωσιν ἡμῖν ὅτι "ὑμεῖς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι] Loquentes hoc loco inducit Thraces. Quam figuram ἑτεροπρόσωπον appellat Phoebammon vol. 8. p. 504. sic definiens, ὑποβολὴ προσώπου τοῦ λέγοντος, ἃ σπουδάζοντες εἰπεῖν ὀκνοῦμεν δι' ἑαυτῶν ἐπιπλῆξαι καὶ τοὺς λόγους ὡς ἀπὸ ἑτέρου προσώπου λέγομεν. Tiberius ibid. p. 540. προσώπου ὑποβολήν, p. 537. ἠθοποιΐαν, ut Alexander p. 449. Attigit etiam auctor rhet. ad Herenn. 6. 52. *Sunt item sermocinationes consequentes hoc genus: Nam quid putamus illos dicturos, si hoc judicaveritis? Nonne hac omnes utentur oratione? Deinde subjicere sermonem.* Memorabile exemplum est in orat. de Cherson. p. 98 et 99., ubi Demosthenes Atheniensibus socordiam exprobrat sub persona Graecorum. Alia v. in Leptin. p. 468. Mid. p. 530. de F. legat. p. 347, 406. de coron. p. 239. WEBER.

656, 1. ἐφ' οἷς—κακῶς ἐβουλεύσασθε] I. e. ad ea in integrum restituenda quae et in vos et in nos male consulentes amisistis, ut interpretatur Wolfius.

656, 6. εἰ γὰρ μηδὲν εἴχετε τῶν ἄλλων λογίσασθαι] Recte Schaeferus cum Hier. Wolfio τῶν ἄλλων pro neutro habet idque et proximum ταῦτα inter se opponi dicit, verborum vim bene sic reddens: *si enim in ceteris rebus omnibus caecutiretis, quos tamen ut Athenienses constet satis acute cernere.* WEBER.

656, 8. Ὀλυνθίους τουτουσὶ] ἀναφορικῶς intelligendum est, *qui vobis noti sunt, quibuscum nunc reconciliati estis.* Vid. Olynth. I. p. 10. III. p. 30. De hoc anaphorico pronominis usu vid. Apollon. de pronom. p. 75: Δεικτικώτεραι γινόμεναι προσλαμβάνουσι τὸ ι; οὑτοσὶ, ὁδὶ, ἐκεινοσί· σπανίως γὰρ ἐπ' ἀναφορᾶς, ὡς παρὰ Δημοσθένει, Σάτυρος οὑτοσί. WEBER.

οἳ—χρῶνται] *Qui quo a Philippo munere devincti quo eum modo tractant.* SCHAEF.

656, 9. χρῶνται] Non recte alii libri κέχρηνται. Narrantur enim, ut monet Schaeferus, quae Olynthii in Macedonem nunc ipsum designant.

656, 10. Ποτίδαιαν—ἀπέδωκεν] Hanc urbem Atheniensibus ereptam Philippus Olynthiis, quos sibi devinciret et in fide retineret, Olymp. 105, 4. restituit, quam prius possederant, ut Xenophon Hellen. 5, 2, 15. narrat. Vid. Olynth. II. p. 19. WEBER.

656, 12. Χερρόνησον] Diodor. 16. 34. Κερσοβλέπτου τοῦ Κότυος διά τε τὴν πρὸς Φίλιππον ἀλλοτριότητα καὶ τὴν πρὸς Ἀθηναίους φιλίαν ἐγχειρίσαντος τοῖς Ἀθηναίοις τὰς ἐν Χερρονήσῳ πόλεις πλὴν Καρδίας ἀπέστειλεν ὁ δῆμος κληρούχους εἰς τὰς πόλεις. WEBER.

656, 15. ἐπεχείρησεν] Dicit orator Macedonem oppidum, quod sibi tanto constitisset, Olynthiis animo libentissimo donasse. Quo jucundius illis tale munus esse debuit. ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνοι κ. τ. λ. SCHAEF.

ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνοι κ. τ. λ.] Igitur Philippum dicit insigniter in donanda Potidaea eminuisse prae Cersoblepte, qui invitus Chersonesum Atheniensibus tradidisset. WEBER.

656, 18. *μείζω—πίστεως*] Tam potentem, ut prior illius apud se fides labefiat. Similiter p. 658, 25. *μείζων τοῦ δοῦναι δίκην*, potentior quam ut puniri possit. SCHAEF. Diffisi Olynthii Philippo foedus ejus ruperunt; viderant eum continuis expugnationibus urbium brevi tempore tam validum factum, ut societatem cum eo sibi periculosam esse arbitrarentur. Vid. Winiewskii comment. p. 66. WEBER.

656, 24. *φίλους πεποίηνται—συμμάχους ποιήσεσθαι*] Olynth. III, p. 40. *ὑπῆρχον Ὀλύνθιοι δύναμίν τινα κεκτημένοι, καὶ διέκεινθ᾽ οὕτω τὰ πράγματα· οὔτε Φίλιππος ἐθάρρει τούτους οὔθ᾽ οὗτοι Φίλιππον. ἐπράξαμεν ἡμεῖς κἀκεῖνοι πρὸς ἡμᾶς εἰρήνην.* Postquam Olynthii de pace cum Atheniensibus egerant, reconciliatione facta, societas belli adversus Philippum non statim, sed quattuor annis post demum (Olymp. 107, 4.) inter utrosque populos exstitit: de qua re v. Winiewskii comment. p. 66. WEBER.

656, 26. *εἶτ᾽ Ὀλύνθιοι—οὐχὶ ποιήσετε;*] Hermogenes vol. 3. p. 237. refert haec verba ad *σχήματα τραχέα τὰ κατ᾽ ἐρώτησιν ἐλεγκτικά*, i. e. quae per interrogationem redarguunt. Cf. Maxim. Planudis scholia vol. 5. p. 497. anonymus de figur. vol. 8. p. 631. Index asperitatis est *εἶτα* particula, ab interrogantibus vel admiratione vel indignatione impletis usurpata. WEBER.

656, 27. *ὄντες Ἀθηναῖοι*] *Qui sitis Athenienses*, h. e. prudentia insignes. Pari modo participium antecedit cum vi p. 461. *τηλικούτων μέντοι καὶ τοιούτων πραγμάτων κύριος εἷς ἀνὴρ Φίλιππος γέγονε διὰ τούτους, οὔσης τῆς Ἀθηναίων πόλεως, ᾗ προεστάναι τῶν Ἑλλήνων πάτριον.* WEBER.

657, 3. *Ἀριστόμαχος*] De hoc vid. p. 624, 26. quem quod prius aliquando in concione eadem protulisse atque Aristocrates nunc dicturus sit, per occasionem commemorat, eo statim ab initio suspectam facit et infirmam istam objectionem: nam Aristomachus notus erat Thracum fautor et patronus. cf. Ulpian. ad h. l. WEBER.

657, 9. *ἃ τότ᾽ ἂν κλεισθείη*] Haec enunciatio relativa hypothetica sic explicanda est: *quae bello exorto Aristocrates suspicatur fore ut occludantur.* Xenoph. Anab. 4, 7. 4. *ὃς ἂν καταληφθείη, οὕτω διατίθεται.* Emporia h. l. intelligenda sunt ea, quae ad ditionem Cersobleptae in Thracia pertinebant. WEBER.

657, 11. *τριακόσια*] Vulg. *διακόσια.* Correxi *τριακόσια* ex codd. Sic evidentius est discrimen atque pugna inter *triginta* et *trecenta*, quam inter *triginta* et *ducenta*. REISK. Repugnat Weberus, cui haud levis momenti esse videtur quod, si aliorum portoriorum rationes, quas Boeckhius in Oecon. Ath. 1. p. 341. collegit, comparemus, trecenta talenta majora vectigalia sint quam quae in portubus Cersobleptae exacta fuisse putanda sint.

657, 12. *τὰ πλείω*] Intelligas *λαμβάνειν*. Cf. p. 384. *ζητῇ πολλ᾽ ἀναλίσκειν ἐξὸν ἐλάττω, καὶ πάντας θεραπεύειν βούληται, δυ᾽ ἢ τρεῖς ἐξόν*: WEBER.

φήσουσιν] Intelliguntur ii, quos orator sibi una cum

Aristocrate oblocuturos fingit: factionem fuisse, quae Charidemo faveret, etiam ex aliis locis liquet. WEBER.

657, 20. τὰς ἐξ Ἀμφιπόλεως.] Optime sciebat Philippus quantum sua interesset Amphipolim possidere. Diodor. 16, 81. ἡ δὲ πόλις αὕτη κειμένη κατὰ τῆς Θρᾴκης καὶ τῶν σύνεγγυς τόπων εὐφυῶς πολλὰ συνεβάλετο τῷ Φιλίππῳ πρὸς αὔξησιν. Praeterquam quod ea ut propugnaculum oppositum erat Thracibus et inde ipsius Thraciae partes expugnari poterant, alias magnas suppeditabat opportunitates, quae Philippo ad imperium amplificandum exoptatae essent. V. Thucyd. 1, 108. Liv. 45, 30. Quare non mirum est quod Philippus ad eam occupandam magna pericula subibat, neque sumtibus parcebat ullis. WEBER.

657, 22. οἱ τὸν πατέρα αὐτοῦ ποτ' ἐξέβαλον] De hac re nihil certi constat. Cum Demosthene consentit scholiastes Aeschinis, Amyntam dicens a Thessalis regno expulsum. Si Diodorum 14, 92. 15, 19. testem audimus, id factum est urgentibus Illyriis et Olynthiis, quos Isocrates in Archidamo p. 125. in animo habere videtur, quum rex ab eo dicitur ἡττηθεὶς ὑπὸ τῶν βαρβάρων τῶν προσοικούντων μάχῃ καὶ πάσης Μακεδονίας ἀποστερηθείς. Fortasse eos hac in re Thessali adjuverunt nec non ipsi Macedones, quos Syncellus Chronograph. p. 262. tyranni expulsores appellat. Sed Thessali quoque Amyntam reduxisse in regnum dicuntur a Diodoro l. c., quod idem 15, 19. ope Lacedaemoniorum factum dicit, Isocrate l. c. et Panegyr. p. 67. et Xenoph. Hellen. 5, 2, 38. confirmantibus. Cf. Winiewskii commentar. p. 38., ubi etiam Athenienses inter ejus restitutores commemorantur. WEBER.

657, 23. ὑμεῖς μὲν—ὅντινα οὔ.] Citant Anecd. Bekk. p. 139. in. V. Bastius ad Gregor. Corinth. p. 57. SCHAEF. Citat etiam Hermogenes vol. 3. p. 288. (ἔτι σχήματα καλλωπίζει πως καὶ τὰ καινοπρεπῆ· οἷον—Θετταλοὶ δὲ οὐδένα πώποτε ὅντινα οὔ) anonymus de figuris vol. 8. p. 645. et iterum Hermogenes l. c. p. 293, ubi de numero orationis loquitur: ἔτι δὲ μειζόνως τὸ ἐκπρεπὲς τῆς τοιαύτης ἀναπαύσεως τοῦ ῥυθμοῦ φανερὸν γίνεται, εἰ μονοσύλλαβον εἴη τὸ τελευταῖον μέρος τοῦ λόγου. οἷον. περὶ τοῦ πῶς ἀκούειν ὑμᾶς ἐμοῦ δεῖ (de coron init.) καὶ Θετταλοὶ δὲ οὐδένα πόποτε ὅντινα οὔ. Ceterum Thessalorum perfidiam orator etiam alibi persequitur. WEBER. V. ad p. 15, 15.

657, 26. μικρὰ λαμβάνειν—προῃρημένον αὐτὸν] Omittit quae ex antegressis facile subaudiantur. Plena oratio: τὸ μικρὰ λαμβάνειν ἀντὶ τοῦ μεγάλα λαμβάνειν καὶ τοὺς ἀπίστους φίλους ἀντὶ τῶν πιστῶν φίλων καὶ τὸ κινδυνεύειν—προῃρημένον αὐτόν. SCHAEF. Oppositiones omittens cavit ne molestia quaedam orationis oriretur, nam supra dicit μικρὰ λαμβάνειν καὶ πολεμεῖν ἂν ἕλοιτο, ἐξὸν τὰ πλείω καὶ φίλος εἶναι: quae eam tantum orationis partem plenam facit, cujus notio in sententia praeminet et primaria est. WEBER.

658, 1. δυοῖν ἀγαθοῖν ὄντοιν κ. τ. λ.] Citat Longinus §. 2. Ὅπερ γὰρ ὁ Δημοσθένης ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῶν ἀνθρώπων ἀποφαίνεται βίου, μέγιστον μὲν εἶναι τῶν ἀγαθῶν τὸ εὐτυχεῖν, δεύτερον δὲ καὶ οὐκ ἔλαττον τὸ εὖ βουλεύεσθαι, ὅπερ οἷς ἂν μὴ παρῇ, συναναιρεῖ πάντως

καὶ θάτερον, τοῦτ' ἂν κ. τ. λ. Demosthenem Longinus ita citavit, ut simul, philosophus oratotem, corrigeret. SCHAEF.

658, 7. *οὐδ' ἔχει—ὅρον ἢ τελευτὴν*] Sic S. Quum *ὅρος* et *τελευτή* cognatae significationis vocabula sint, Weberus vulgatam praefert scripturam *ὅρον οὐδὲ τελευτήν*, collatis similibus locis Demosthenis, ut p. 275. *οὐκ ἦν τοῦ πρὸς ὑμᾶς πολέμου πέρας οὐδ' ἀπαλλαγὴ Φιλίππῳ, εἰ μὴ Θηβαίους καὶ Θετταλοὺς ἐχθροὺς ποιήσειε τῇ πόλει.* p. 566. *οὐδενὸς γὰρ πράγματος οὐδ' ἔργου τοῦτο συγχωρητέον.* p. 579. *οὐδὲ δέδοικα οὐδὲ φοβοῦμαι τὸν μέλλοντα ἀγῶνα.* Erotic p. 1408. *ἔτι δὲ κρίνων τοὺς μὲν τὰ δρομικὰ γυμναζομένους οὐδὲν πρὸς ἀνδρείαν οὐδ' εὐψυχίαν ἐπιδιδόναι.* Idem *οὐδὲ* et *ἢ* permutata ab librariis memorat ex p. 579, 19.

658, 11. *στασιάζοι πρός τινας*] I. e. regulos Thraciae, quos possessionibus exturbare studebat. Ne mora et impedimentum afferretur inceptis suis, cum Atheniensibus, quos mari potentes in illis terris timeret, quandam necessitudinem inierat, quam illi dissolvebant, quum, parata Miltocythis a Cotye defectione, certam sibi Chersonesi recuperationem fore sperarent. Vid. orat. c. Polycl. p. 1207. Hinc bello ab iis cum Cotye per tres fere annos infeliciter gesto perdiderunt etiam possessiones illic acquisitas. Cf. Brueckner. de Philippo p. 37. Idcirco non alienum est ab ipsis Atheniensibus quod Cotyi in crimine ponit orator. WEBER.

658, 15. *ἔχοι*] Alii libri *ἔχει*. Optativus ut apte positus est v. 11., ita hic mihi quidem videtur ineptus. Mallem scriptum *εἶχε*. *sed cum Thraciam sibi subjectam haberet:* id quod Cotys, *τῶν ἀντιστασιωτῶν* aliis post alios debellatis, tandem pervicit. SCHAEF. *εἶχε*, quod jam Wolfius conjecit, occupationem semel factam significat, *ἔχοι* iteratam.

τὰς πόλεις] Sunt inprimis urbes illae paucae Chersonesi intelligendae, quas Athenienses possidebant. Vid. p. 672. et Winiewskii comment. p. 194. WEBER.

μεθύων ἐπαρῴνει] Quomodo Cotys ebrius nimis superbe et crudeliter se gesserit, memorat Athenaeus 12. p. 531, 41. et Harpocrat. s. v. WEBER.

658, 18. *τὸ πρᾶγμα ἀμήχανον ἦν*] *Res erat desperata, cui avertendae nullum posset inveniri remedium.* WEBER.

658, 26. *ἐπιστολὴν ἦν—καὶ ἦν*] Duas Cotys epistolas scripsit, unam, quum post defectionem Miltocythis populi Atheniensium benevolentia et auxilio indigeret; haec erat hominis modesti et officiosi; alteram, tota Thracia occupata et cognita tristi classis Atticae conditione, misit Timomacho, duci Atheniensium. Hic enim venerat Olymp. 104, 4. (361. A. C. vid. Clint. Fast. s. h. a.) successor Menonis, sed opibus et nautis destitutus, de quo vid. c. Polycl. p. 1210. extr. et p. 1211. Inde colligi potest epistolam, quam miserat Timomacho, fuisse plenam superbiae et minarum; quaeque minatus fuerit, mox evenerunt, nam urbes Atheniensium ditionis eripuit. Idcirco orator ambas judicibus recitari jubet, ut cognoscant qualem se praestet homo, quum sit in

augustiis, et quomodo in rebus secundis animum immutet. WEBER.

658, 27. *καὶ ἣν πᾶσαν—*] Sic ex Reiskii conjectura scripsi. Legebatur *καὶ ἣν ὅτε πᾶσαν*—quod etsi sic potest expediri ut plena sententia sit *καὶ ἣν ἔπεμψεν ὅτε, πέμψας αὐτὴν Τιμομάχῳ, τὰ χωρία ἐξεῖλεν*, non est tamen verisimile his ambagibus constructionem impedire placuisse oratori, quum in promtu esset altera sententiae parte paullo aliter, sed ut eodem rediret, conformata scribere *ἣν πέμψας τὰ χωρία ἐξεῖλεν.*

659, 3. *ἂν ἐμοὶ μὴ πεισθῆτε*] *μὴ* in quinque libris omissum, in duobus autem aliis punctis notatum neque in priore editione mihi placuit, in qua omisi, nec nunc ferri posse videtur. Debetur fortasse librario qui non animadvertisset spectare haec verba ad sententiam inferius positam *ἐκείνην τὴν πίστιν βουλήσεσθ' ἔχειν*, a qua verbis *κἀκεῖνο—προσαφείλετο* tanquam per parenthesin interjectis sejuncta sunt. Nam Schaeferi interpretatio, *Quodsi meis verbis non flectimini, certe hoc exemplum videritis praetereaque sciatis Philippum—*, nec per se probabilis est nec commendatur verbis mox sequentibus *ἂν ἐμοὶ χρῆσθε συμβούλῳ*, quibus paullo aliter dictum repeti quod hic dixerat *ἂν ἐμοὶ πεισθῆτε.* recte monet Weberus.

659, 4. *Ἀμφίπολιν ἐπολιόρκει*] Res, quae in Olymp. 105, 3. incidit, memoratur in orat. de Halonn. p. 83: *τῆς δ' ἐπιστολῆς, ἣν πρὸς ὑμᾶς ἔπεμψεν ὅτ' Ἀμφίπολιν ἐπολιόρκει, ἐπιλέλησται, ἐν ᾗ ὡμολόγει τὴν Ἀμφίπολιν ὑμετέραν εἶναι· ἔφη γὰρ ἐκπολιορκήσας ὑμῖν ἀποδώσειν ὡς οὖσαν ὑμετέραν καὶ οὐ τῶν ἐχόντων.* Miserat Philippus callidam epistolam metuens ne inita inter Athenienses et Olynthios, qui urbem illo tempore tenebant, societate conatus sui propagandorum et firmandorum regni finium reprimerentur. WEBER.

659, 6. *βουλήσεσθ' ἔχειν*] Probabile fit e v. 16. oratorem dedisse *βουλήσεσθε πρὸς τὸν Θρᾷκα ἔχειν.* Profecto, nisi addantur ista verba, tacita saltim cogitatione adjungi consultum sit. REISK. Non opus addi: de quo enim hoc intelligendum esset nullus auditorum ignoravit. Infra recte adduntur propter oppositionem Lacedaemoniorum. SCHAEF.

659, 8. *Φιλοκράτην τὸν Ἐφιάλτου*] Philocrates, qui hic dictus est, ab alio vel pluribus ejusdem nominis, genere addito, etiam apud Xenophontem Hellen. 4, 8, 24. distinguitur. Ac verisimile est ea quae orator h. l. refert a Philocrate dicta fuisse contra Teleutiam, ducem Lacedaemoniorum, illo tempore, quo uterque convenisset, hic hostis Evagorae, ille amicus et socius. Convenerant hostiliter Olymp. 97, 3. Cf. Lysias pro Aristoph. bonis p. 155. extr. V. Schneider. ad Xenoph. Hellen. l. c. Ceterum hoc dictum Laconi perperam tribuisse Dion. Chrys. p. 639 C., dicit Valckenar. ad Herod. 9. 54. WEBER. Lysiae quae superest oratio *κατὰ Φιλοκράτους* contra alium, ut videtur, Philocratem habita est. V. Sievers. Hist. Gr. p. 130.

659, 9. *ἐξαπατώντων τι τῶν Λακεδαιμονίων*] Lacedaemonii ho-

nestatem publico metiebantur emolumento, in qua re Alcibiades a Plutarcho imitatus dicitur *τοὺς ἀρίστους Λακεδαιμονίων, οἷς ἓν καλὸν ἁπλῶς καὶ δίκαιόν ἐστι τὸ τῆς πατρίδος συμφέρον.* Hinc saepe perfidi facti sunt et ob perfidiam increpati a scriptoribus. WEBER.

659. 23. *εὔνουν ἡγούμενοι*] Quod vulgo additur *καὶ φίλον* nunc ejectum est uno auctore S.: quod si recte factum est, *καὶ φίλον* ab interpolatore additum habendum erit propter oppositum *εἴ γ' ἐχθρὸν ἡγεῖσθε.* Quanquam his verbis etiam ad defendendum *καὶ φίλον* uti licet, quod, ut alia multa, casu excidisse potest, sed additum numerosiorem facit finem periodi.

659, 27. *Πύθωνα καὶ Ἡρακλείδην*] Hi fratres. Aeno urbe in Thraciae ora ad Hebri ostium sita oriundi, Cotyn interemerunt Olymp. 105. 2. *τῷ πατρὶ τιμωροῦντες,* ut ait Aristot. Polit. 5, 10. Python etiam cognomine *ὁ Βυζάντιος* appellatus est, ad quam urbem Aeno migrasse habitatum dicunt. Quare non differre videtur ab oratore hujus nominis vehemente, qui Philippi rebus inserviit postea (de quo v. ad p. 81, 24. 272, 15.) Sed Heraclides non est idem, qui Byzantium, (circa Olymp. 97, 1.), ut Demosth. c. Leptin. p. 475. memorat, copiis Lacedaemoniorum ejectis, Thrasybulo tradidit. WEBER. Conf. ad p. 161, 3.

Αἰνίους] Ex oratione contra Timocratem citat Harpocration s. h. v.

659, 28. *χρυσοῖς στεφάνοις*] Aureae coronae prius pro magnis meritis dari non solebant, sed solae oleaginis virgis factae, quae etiam tum manebant, quum illas post bella cum Persis gesta opulentia et luxuria induxissent: v. Westermannus in disput. de honoribus p. 49. WEBER.

660, 3. *Ἀλέξανδρον ἐκεῖνον κ. τ. λ.*] Citat h. l. Harpocration s. v. *Ἀλέξανδρος*, ubi pauca quaedam hinc affert, caetera de suo addit. REISK. Spectant hunc locum Anecd. Bekk. p. 375, 23. SCHAEF. Cf. Plutarch. V. Pelopid. c. 27. Diodor. 15, 71. Polyb. 8, 1. Cornel. Nep. V. Pelopid. c. 5. WEBER.

Ἀλέξανδρον ἐκεῖνον, τὸν Θετταλὸν] Accusativum hunc regit verbum *ἀποκτείνῃ* v. 9., ubi perspicuitatis caussa iteratur *Ἀλέξανδρον.* SCHAEF.

660, 5. *Θηβαίους*] Xenoph. Hellen. 6, 4, 35. *ἐπεὶ δ' αὐτὸς παρέλαβε τὴν ἀρχήν, χαλεπὸς μὲν Θετταλοῖς ταγὸς ἐγένετο, χαλεπὸς δὲ Θηβαίοις καὶ Ἀθηναίοις πολέμιος, ἄδικος δὲ λῃστὴς καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν.* ubi v. Schneider. Thessali Thebanos in auxilium vocabant ad deprimendam Alexandri tyrannidem. Plutarch. V. Pelopid. c. 26. Hinc ejus ira in Thebanos. WEBER.

660, 6. *στρατηγὸν αἰτεῖν*] Quum Alexander audiret mitti a Thebanis iratis magnum exercitum, ab Atheniensibus petiit auxilium. Ii miserunt Autocle duce triginta naves cum mille militibus, uti Diodorus 15, 71. refert. WEBER.

660, 10. *ὧν μετὰ τοῦθ' ὕβρισε καὶ προὐπηλάκισεν*] Xenoph. Hellen. 6, 4, 35. *Ἀθηναίοις πολέμιος, ἄδικος δὲ λῃστὴς καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν.* Infestavit Alexander praedatoriis navibus Cy-

cladas insulas, Tenum, Peparethum et alias, vicitque Athenienses pugna navali. Vid. Diodor. 15, 95. Demosth. c. Polycl. p. 1207. de coron. trierarch. p. 1230. Haec facta sunt ann. 3 et 4. Olymp. 104. Cf. Clintonis Fast. Hellen. sub his annis. WEBER.

660, 16. *Ἀργαῖον κατάγοντας λαβών*] De hac re vid. Diodor. 16, 2., qui, postquam de Pausania, e stirpe regia oriundo, regis Thracum auxilio Macedoniam invadere conante narravit, ita pergit: *ὁμοίως δὲ καὶ Ἀθηναῖοι πρὸς Φίλιππον ἀλλοτρίως ἔχοντες κατῆγον ἐπὶ τὴν βασιλείαν Ἀργαῖον, καὶ στρατηγὸν ἀπεστάλκεισαν Μαντίαν, ἔχοντα τρισχιλίους μὲν ὁπλίτας, ναυτικὴν δὲ δύναμιν ἀξιόλογον.* Adjuverunt Athenienses Argaeum, filium Aeropi, qui jam Amyntae aetate aliquot annos Macedoniae regnum tenuerat, spe commoti fore ut, re feliciter gesta Amphipolim recuperarent. Add. c. 4, ubi Athenienses proelio ad Methonen victi et libertate concessa et sarcinis, quas amiserant, restitutis, Athenas ex pacto dimissi commemorantur. Praeterea v. Harpocrationem s. v. *Ἀργαῖος* et Winiewskii comment. p. 39. Haec referenda sunt ad Olymp. 105. 2. (a. Chr. 359.,) ut in Clintonis Fastis s. h. a. indicatum est. WEBER.

660, 18. *τούτων*] Quae Aristocrates puta Charidemo nunc a vobis impetrare vult. Sic quoque p. 661, 3. REISK.

660, 28. *τὸ ποιεῖν—κωλῦσαι*] Paulo intricatior verborun collocatio, quae sic debent construi: *ὥστε αὐτοὺς κωλῦσαι ἑαυτοῖς τὸ ἐξεῖναι ποιεῖν ταῦτα, ut ipsi semet impediant quominus sibi liceat haec facere*, h. e. *ut ipsi sibi eripiant facultatem haec faciendi.* REISK.

ἄχρι τούτου καὶ φιλεῖν] Scilicet *ὥστε τὸ ἀμύνεσθαι σφῶν αὐτῶν μὴ ἀφελέσθαι*: *ἄχρι τούτου μισεῖν*, scilicet *ὥστε διαλλάττεσθαι ἐξεῖναι.* Sic *μέχρι τούτου* legitur p. 668, 16. SCHAEF. Biantis praeceptum ap. Aristot. Rhet. 2. 13. *φιλεῖν ὡς μισήσοντες καὶ μισεῖν ὡς φιλήσοντες*, similemque locum Sophoclis Aj. 679. *ὅ τ' ἐχθρὸς ἡμῖν ἐς τοσόνδ' ἐχθαρτέος ὡς καὶ φιλήσων αὖθις ἔς τε τὸν φίλον τοσαῦθ' ὑπουργῶν ὠφελεῖν βουλήσομαι, ὡς αἰὲν οὐ μενοῦντα*, comparavit Prantelius in Ephemer. liter. Monac. a. 1846. p. 688.

661, 6. *εἰ μὲν τοίνυν πᾶσι ψηφιούμεθα ταῦτα*] Citantur haec et proxima in excerptis ex Hermog. vol. 3. p. 708. et ab anonymo *περὶ σχημάτων* vol. 8. p. 635., ubi de ea forma dicendi conditionali agunt, qua argumenta ducuntur a fictione, quam idcirco *τὸ καθ' ὑπόθεσιν* dicunt et Hermogenes vol. 3. p. 132. *τὸ πλαστὸν ἐπιχείρημα* vocat. WEBER.

λήσομεν — δορυφοροῦντες] *λήσομεν δορυφοροῦντες τ. ἑ. σ. τ.* faciunt primariam notionem: quae interserta sunt, *μισθοφόρων ἕ. ἀ. ποιοῦντες*, secundariam. SCHAEF.

661, 7. *δορυφοροῦντες*] V. Dorvillius ad Chariton p. 242. edit. Lips. Recurrit v. 18. Vix potuit Orator uti verbo, quod magis invisum esset Atheniensibus. SCHAEF.

661, 8. *τῷ μὲν*] Male alii libri *τοῖς μέν*. Charidemus ceteris omnibus opponendus: nam solum Charidemum controversia spectat. SCHAEF.

661, 10. *Μενέστρατος*] De hoc nihil constat. Videtur partibus Atheniensium circa Olymp. 106. 3. favisse, quo tempore illi Plutarcho. tyranno Eretriae. regno ejiciendo occupati erant. WEBER.

661, 11. *Φάϋλλος ὁ Φωκεὺς*] Diodor. 16, 36. *Μετὰ δὲ τὴν Ὀνομάρχου τελευτὴν διεδέξατο τὴν Φωκέων ἡγεμονίαν ὁ ἀδελφὸς Φάϋλλος*. Successit Onomarcho Olymp. 107, 1. (352 a. Chr.) sed eodem anno lenta tabe correptus vitam finivit, substituto in imperium Phalaeco, filio Onomarchi. Diodor. l. c. c. 38. Ut idem Diodorus c. 56. refert, unus erat ex perditissimis sacrilegis. Et Athenienses, qui rebus Phocensium favebant quam maxime, quum majora quam pro numero copiarum, quas auxilio mittebant, stipendia acciperent, ejusdem criminis rei habebantur. Diodor. c. 57. Hinc orator dicit *διὰ καιρούς τινας πολλάκις φίλοι γιγνόμεθα*. WEBER.

661, 12. *ἤ τις ἄλλος δυνάστης*] Apud Aeschinem de fals. legat. p. 45. Phalaecus vocatur tyrannus. Proprie illi duces exercitus Phocensium erant, sed tempore belli sacri infinitam et liberam potestatem nacti imperatores et principes fiebant. WEBER.

661, 15. *καὶ τί—φανούμεθα;*] Citant Anecd. Bekk. p. 133, 4. et 164, 4. SCHAEF.

τῶν Ἑλλήνων ἐπ' ἐλευθερίᾳ προεστάναι φάσκοντες] Hanc Atheniensium laudem saepe celebrat Demosthenes, ut p. 25. 40. 247. WEBER.

661, 18. *φανούμεθα;*] Verba vulgo addita *ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ* (pro quibus in aliquot codd. *ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω*) delevi auctore S., illata fortasse ex p. 665, 15. vel simili loco: nam saepius illo *ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ* utitur Demosthenes. Simili interpolatione *ἐγὼ μὲν ἡγοῦμαι* post interrogationem illatum in libris deterioribus p. 579, 10.

661, 22. *ὡς ἀληθῶς*] Vertas: *si verum volumus*, h. e. *si caussam satis justam quaerimus*. V. p. 665, 6. *εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν* p. 665, 28. SCHAEF.

661, 25. *ὅτι μὲν—ἐάσω· ἀλλ' ὡς—ἐξετάζειν δοκῶ*] Hoc dicendi genus *παράλειψις* a Graecis rhetoribus dictum, a Latinis *praeteritio*. valde usitatum Demostheni est. ubi quasi praetermittens quaedam. nihilominus dicit paucis. deinde ad alia transit *ὡς δεινότερα εἰπεῖν ἔχων*. Cf. Hermogenes vol. 3. p. 408. Gregorius Corinth. vol. 7. p. 1170. Alexander vol. 8. p. 532. Demetrius de elocut. vol. 9. p. 109. et Aquila Romam. de figur. §. 8. WEBER.

661, 26. *πάθωσι* non dubitavi ex Reiskii scribere conjectura pro *πάθῃ*, quod ab librario, cui praecedens nomen numeri singularis fraudem fecisset, illatum orationem facit absurdo modo ambiguam.

661, 27. *ὡς οὐδὲ πιστὸς εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον*] Haec verba

spectant ad illa δεύτερον δὲ τῷ μηδ' ἂν ἀδικεῖν βούληται δυνησομένῳ. Nunc enim ante omnia demonstraturus est Athenienses non tutos fore ab injuriis Charidemi. WEBER.

662, 16. οὐ γάρ ἐστιν—οὐθ' ὅσιον] Citant Anecd. Bekk. p. 139, 7. et 160, 27. SCHAEF.

662, 18. τούτων cohaeret cum περιεῖναι et cum κατηγορεῖν. *quisquis recte sapit, hos homines cavendo vincere debet, non fraudis eos accusare, posteaquam damno suo cognoverit a se fidem ipsis habitam temere nondum usu probatis.* REISK.

662, 22. τὸν Χαρίδημον αὐτὸν] *Ipsum Charidemum.* Opponitur Cersobleptes, de quo statim. SCHAEF.

663, 4. κηδεστὴς ἦν Ἰφικράτει τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ Χαριδήμῳ Κερσοβλέπτης] Cotys fuit socer Iphicratis, ut testatur Cornelius Nepos vit. Iphicr. c. 3.: Menesthea filium reliquit, ex Thressa natum, Coti regis filia. Idem refert Athenaeus 4. p. 131 a., Anaxandridis versus apponens, quibus convivium nuptiale, quod Cotys paraverat, deluditur. Quemadmodum igitur affinitatis ratio inter Cotyn et Iphicratem certa est, ita dubitant interpretes, Cersobleptes socer fuerit Charidemi an gener. Utrumque permittit usus vocis κηδεστής: at meo quidem judicio non dubium est quin orator Cersobleptem intelligi socerum Charidemi voluerit. Nam si Cotys socer Iphicratis erat, uti erat, si illis auctoribus fides habenda est, eam rem Athenienses ut civi suo minime honorificam novisse existimandum est, quum etiam ex orat. in Timoth. p. 1204. constet, Timotheum intentasse Iphicrati accusationem ξενίας, et si istud ejus matrimonium noverunt, non potuerunt, verba κηδεστὴς ἦν Ἰφικράτει—Χαριδήμῳ Κερσοβλέπτης audientes, de alio Charidemi cum Cersoblepte affinitatis gradu cogitare quam quem Iphicrates cum Cotye inierat. WEBER. Sed a. 360. Coty mortuo Cersobleptes μειρακύλλιον ἦν nec filiam a. 352 suam Charidemo in matrimonium dedisse credi potest. Disertis verbis auctor Argumenti 2. p. 620, 25. dicit Charidemum Cersobleptis sororem in matrimonio habuisse. Cui non repugnat quod τὸν αὐτὸν τρόπον dixit Demosthenes, quod, ut Schaeferus monuit, nihil aliud valet quam ὥσπερ nec significat gradum affinitatis. Κηδεστής autem, ut Latinum *affinis*, significationis et amplissimae. REHDANTZ. Vit. Iphicratis p. 148.

663, 10. σιτήσεως ἐν πρυτανείῳ] De victu in prytaneo publice praebito plenius et accuratius quam alii egit Meierus in Comment. de vita Lycurgi p. 91, seqq.

663, 13. ἐναντία τοῖς ὑμετέροις στρατηγοῖς ναυμαχεῖν] Olymp. 104. a Thracibus et Iphicrate, qui illo tempore apud Cotyn dux mercenariorum erat, mari feliciter pugnatum est contra duces Atheniensium Autoclem, Menonem et Timomachum, qui post reditum de rebus male gestis accusati sunt. Vid. p. 654. de fals. legat. p. 398. in Polycl. p. 1210. in Phorm. p. 961 WEBER.

663, 17. οὐδὲν ἂν αὐτὸν ἐκώλυσεν] In S. οὐδὲν ἂν αὐτὸν ἐκώλυεν, ut p. 1230, 22., ubi eadem fere verba (εἰ μὴ—ἐκώλυε) leguntur.

in omnibus libris scriptum οὐδὲν ἂν αὐτοὺς ἐκώλυε τεθνάναι, nisi quod ἂν abest ab S. r.

663, 18. ἀθλιώτατον] Iphicrates infelicissimus omnium factus esset, si Athenienses eo iracundiae in eum processissent, ut eum, relictis Cotyis partibus, in patriam non reciperent. WEBER.

663, 22. δι' ἐκείνου] Minus bene alii libri δι' ἐκεῖνον. Nam Iphicrates facilius etiam a civibus veniam erat impetraturus, si sua ipsius opera τὰ φιλάνθρωπα Atheniensibus contigissent. SCHAEF.

663, 26. αὐτὸς Iphicratis respectu additum est, qui cum antea duxisset τὸ ξενικὸν, nunc ipse Cotys dux ejus factus est. SCHAEF.

663, 28. προσμισθωσάμενος] *Quum insuper mercede sibi conduxisset.* Cotys enim non solum exercitum, quem Iphicrates collegerat, mercenariorum conduxit, sed iis etiam alium ducem praeposuit, quum prior imperium deposuisset. Eadem vi verbum occurrit apud Thucydidem 2, 33. WEBER.

προσέβαλλε] Imperfectum aptius quam aoristus προσέβαλε, qui in aliis libris est. Nam plura deinceps Atheniensium castella Thrax adoriebatur. SCHAEF.

664, 2. Ἄντισσαν—Δρῦν] Harpocratio, Ἄντισσα· μία πόλις τῶν ἐν Λέσβῳ. Δρῦς· Δημοσθένης κατ' Ἀριστοκράτους, πόλις ἐν Ἠπείρῳ. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα ἐν Θρᾴκῃ, ἧς νῦν ὁ ῥήτωρ μνημονεύει. ταύτην Θεόπομπος ἐν εἰκοστῇ πέμπτῃ φησὶν ὑπὸ Ἰφικράτους κατοικισθῆναι.

664, 4. τοῦ Θρᾳκὸς καὶ τοῦ βαρβάρου] Iterati articuli ante βαρβάρου ratio sita est in distinctione fortiori, quae hic ex oppositionis lege oritur. Eodem modo de fals. legat. p. 432. Θρασύβουλον ἐκεῖνον τὸν Θρασυβούλου τοῦ δημοτικοῦ καὶ τοῦ ἀπὸ Φυλῆς καταγαγόντος τὸν δῆμον. p. 369. καὶ τὸν αἴτιον καὶ τὸν παρασκευάσαντα τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἐκείνῳ μισεῖν καὶ τιμωρεῖσθαι. ubi tamen S. Y. τὸν ante participium omiserunt. Bene de hoc articuli usu disputavit Maetznerus ad Antiph. p. 142. WEBER. Adde infra p. 669, 22. Ὀλυνθίοις τοῖς ὑμετέροις ἐχθροῖς καὶ τοῖς ἔχουσιν Ἀμφίπολιν. Conf. ad p. 16, 17.

664, 9. τι in S. supra versum scriptum a prima manu, ut appareat solo calami lapsu primum fuisse omissum.

664, 10. ἐξαρκεῖ] Orator hoc vult: *num vires Thracis contra vos vestra ipsorum opera auctas aequo feretis animo, dummodo Charidemum deceptum videatis?* SCHAEF.

664, 20. κἀκείνοις καὶ σφίσιν αὐτοῖς] Tam illis, qui amantur, quam illis ipsis, qui istos amant. REISK.

664, 22. αὐτὸς—ἐκείνου] Notabilis transitus a plurali ad singularem: figura in hujusmodi enuntiationibus, quae genus significant, satis frequens. SCHAEF.

664, 23. ἤδη] νῦν. Eadem autem hic breviloquentia est, quae toties obtinet in comparationibus. Plena oratio: τὴν ἤδη χάριν τῆς τοῦ μετὰ ταῦτα χρόνου παντὸς περὶ πλείονος ἡγεῖσθαι. SCHAEF.

665, 13. ἁπλῶς καὶ κομιδῇ referenda ad *τετυφωμένως*, cujus vis duobus illis adverbiis augetur. πονηρός—ἁπλῶς p. 784. 2. ἁπλῶς καὶ κομιδῇ τετυφωμένως οὕτως, *sic per puram putam stultitiam.* SCHAEF.

665. 14. ἃ βούλεται διαπράξασθαι συλλάβωμεν αὐτῷ] Id est τούτων συλλάβωμεν: nisi quis hoc verbum cum accusativo construere malit, quod fecit Isaeus p. 77, 17. τούτῳ τὰ ψευδῆ συλλαμβάνει, quod oppositum est praecedenti οὐδὲ τὰ γενόμενα μαρτυρεῖν.

665, 15. ἐφ' ἡμῖν] *Contra nos facientia, nobis noxia.* REISK.

665, 18. οὐδὲν] Hoc est pro τι: accommodatur enim praemisso οὐδέ. REISK.

665, 20. οἰκοῦντί τῳ] πόλιν οἰκεῖν, *fixam habere sedem.* Opponitur v. 27. περιέρχεσθαι κατὰ πᾶσαν χώραν. SCHAEF.

665, 21. νόμοις πολιτευομένῳ] Infra v. 27. νόμοις οἰκεῖν—τὴν αὑτῶν. SCHAEF.

665, 23. Θρᾳκὶ δὲ ἀνθρώπῳ βασιλεῖ] Omnia haec ad Cersobleptem redeunt. Charidemus dicitur imperatoris operam praestare *homini Thraci eidemque regi.* REISK.

666. 7. Λακεδαιμονίοις μὲν ἐγκαλεῖν] Plutarch. V. Agesilai c. 23. πέμπουσιν Ἀνταλκίδαν πρὸς Τηρίβαζον αἴσχιστα καὶ παρανομώτατα τοὺς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντας Ἕλληνας, ὑπὲρ ὧν ἐπολέμησεν Ἀγησίλαος, βασιλεῖ παραδιδόντες. Haec Graecis ignominiosa pax per Antalcidam cum Artaxerxe Mnemone Olymp. 98, 2. sancita quanto dedecori fuerit Lacedaemoniis, etiam in V. Artaxerxis c. 21. commemoratur. Porro hoc nomine a Demosthene de Rhod. libert. p. 199. vituperati sunt Lacedaemonii et ab Isocrate Panegyr. p. 77. ubi inter alia haec: αἱ δ' ἐκδεδομέναι τοῖς βαρβάροις μάλιστα μὲν Λακεδαιμονίοις ἐπικαλοῦσιν. Ipsas pacis leges Xenophon Hellen. 5, 1, 28. Diodorus 14, 110. explicant, in quibus constitutum erat ut omnes Graecae in Asia civitates ab arbitrio regis Persarum penderent. Quare Isocrates, ut hoc loco Demosthenes, dicit: διαρρήδην γράψαντες χρῆσθαι τοῦθ' ὅ τι ἂν αὐτὸς βούληται. WEBER.

666, 18. ἔν τισι καιροῖς καὶ χρόνοις] ἔν τισι καιροῖς, propter tempora, quia res ita vestrae postulabant: ἔν τισι χρόνοις ad praeteritum tempus refertur, quod certum non exprimitur. WOLF. Sic ἦν δὲ ὁ χρόνος οὗτος, —, ὁ καιρὸς δὲ, — p. 1357, 2. ubi vid. annot. εἰ μηδεὶς ὑμᾶς ἀναμιμνήσκει τοὺς χρόνους μηδὲ τοὺς καιροὺς p. 1468, 2. SCHAEF.

Ἀριοβαρζάνην] Erat praefectus Lydiae et Ioniae totiusque Phrygiae: V. Cornelius Nepos vit. Datam. c. 2. et Diodorus 15, 90, ab Tayl. citati. Hoc teste inter eos satrapas fuit qui contra regem Persarum seditionem excitabant: cujus rei etiam Demosthenes in orat. de libert. Rhod. p. 193. mentionem fecit. Cf. Wesseling. ad Diodor. l. c. Ab Atheniensibus enim ad hoc bellum gerendum auxilium petierat, nisus civitate, qua illi prius eum et tres filios unaque Philiscum et Agavum donaverant. Vid. p. 688. hujus orat. Cf. Harpocrat. s. h. v. et

Valesii not. Philiscus fortasse idem est quem, Diodoro auctore 15. 70., Artaxerxes misit Graecos hortatum ut bellis finitis gratiam inter se componerent. WEBER.

666, 24. παῖδας ἐλευθέρους ἀδικῶν] παῖδας ἐλευθέρους ἀδικεῖν significat jura et dignitatem puerorum laedere quam habent libere nati; veluti gravi poena cautum erat ingenuum puerum verberare. ὑβρίζειν vero arctiori vi accepit ut ὕβρις δι' αἰσχρουργίας intelligeretur. WEBER. Recte interpretatur ὑβρίζειν. Similiter ἀδικεῖν accipiendum videtur, quod vitandi obscenioris verbi caussa posuit orator, ut Rehdantzius monuit in censura ed. Weberi in Jahnii Annal. philol. a. 1846. p. 407.

666, 28. Θερσαγόρας ὄνομ' αὐτῷ] Negligentius loquitur: nam dicendum erat τῷ μὲν αὐτῶν Θ. ὄνομα. Quo grammaticus aliquis offensus interpolavit Θερσαγόρας ὄνομ' αὐτῶν θατέρῳ, τῷ δ' Ἐξήκεστος, quod legitur in tertiae classis codicibus. Execesti nomen ex h. l. annotavit Harpocratio.

666, 29. τοῖς παρ' ὑμῖν] Harmodio et Aristogitoni, qui Hipparchum occiderunt: quos etiam mox innuit p. 667, 13. τοὺς μὲν παρ' ὑμῖν etc. MARKLAND.

667, 11. ἐφήπτετό τις] Intellige αὐτῶν, Thersagorae et Execesti.

667, 12. ἐξεδίδοτ' si recte legitur, pro ἐξεδίδοτε accipiendum, quocum ὑπὸ τοῦ ὑμετέρου ψηφίσματος eodem modo constructum foret quo p. 360. τὰ δόγματα, ὑφ' ὧν καθεῖλον αὐτῶν τὰ τείχη, quem locum Weberus comparavit, et quae sunt similia exempla verborum activorum cum ὑπὸ constructorum. Parum tamen verisimile est non sensisse Demosthenem quanto aptius sit passivum ἐξεδίδοντ' ἂν ὑπὸ τοῦ ὑμετέρου ψηφίσματος, quum praesertim Athenienses quidem ut auctores cogitandi sint decreti, τὸ ἐκδιδόναι autem Lesbiorum magistratus officium futurum fuisset. Hoc igitur cum Seagero restituendum arbitror.

667, 13. εἰ τοὺς μὲν παρ' ὑμῖν κ. τ. λ.] Sensus: si, cum Harmodium et Aristogitonem summis honoribus condecoraveritis, Thersagoram et Execestum rapi ad poenam essetis passi. Eadem ad sensum relatio particularum μὲν et δὲ p. 690, 27. 709, 26. SCHAEF.

667, 17. τοῦτο τοίνυν ἐπ' ἐκείνου μὲν, εὖ ποιοῦν, οὐ συνέβη φενακισθεῖσιν ὑμῖν αἰσχύνην ὀφλεῖν] Hoc idem valet ac si dictum esset: τοιαύτη τοίνυν ἡ αἰσχύνη ἐπ' ἐκείνου μὲν, εὖ ποιοῦσα, οὐ συνέβη φενακισθεῖσιν ὑμῖν. Nam τοῦτο explicatur verbis quae sequuntur αἰσχύνην ὀφλεῖν, ut Wolfius vidit. Neque quisquam offendet in eo quod articulus infinitivo non additus est. Sic p. 116. 28: ὅμως οὐθ' ὑμῖν οὔτε Θηβαίοις οὔτε Λακεδαιμονίοις οὐδεπώποτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, συνεχωρήθη τοῦθ' ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ποιεῖν ὅ τι βούλεσθε. et alibi non raro. WEBER. V. ad p. 116, 28.

667, 22. βούλομαι τοίνυν ἤδη κ. τ. λ.] Absoluta parte orationis media, qua demonstratum dedit Aristocrateam rogationem reipublicae pestiferam esse, transit nunc orator ad postremam,

qua planum faciet honoribus tantis indignum esse Charidemum. REISK.

667, 25. ἐν δ' ὑμῖν] Orator hoc dicit: Quaequae nunc exsequar hoc uno capite complector, ut promittam inque me recipiam vobis me demonstraturum esse, Charidemum non solum, etc. SCHAEF.

667, 28. εἴπερ οἱ κακόνοι—κολάζοιντ' ἂν] Haec sic vertas: *si revera malevoli—puniri possint, si tale quid fecerint.* Non infrequens est haec dicendi ratio. Sic Demosth. p. 45. οὗτοι παντελῶς οὐδ' εἰ μὴ ποιήσαιτ' ἂν τοῦτο, ὡς ἔγωγέ φημι δεῖν, εὐκαταφρόνητόν ἐστιν. p. 748. ἀλλ' οὐδὲ σπέρμα δεῖ καταβάλλειν ἐν τῇ πόλει οὐδένα, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τοιούτων πραγμάτων, οὐδ' εἰ μή πω ἂν ἐκφύοι, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐγχειροῦντα λέγειν ἢ ποιεῖν τι τοιοῦτον δίκην διδόναι. WEBER.

668, 5. Aristides vol. 9. p. 378. Ἀξιοπιστίας δὲ καὶ τὸ ἰσχυρίζεσθαι τοῖς πράγμασι, ὅταν λέγῃς "εὖ τοίνυν ἴστε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτι ἐξηπάτησθε· καὶ δι' ἅ γε εἰκότως τοῦτο πεπόνθατε, ἀκούσατέ μου." WEBER.

668, 9. οἷον τί λέγω;] Post οἷον vox paullum quiescit: quod lineola inserta non male significet. *Exempli caussa—quid vultis vobis dicam?* Subaudi: *nam multa sunt quae commemorem.* SCHAEF.

668, 10. εἴ τις—εἴποιτε] Citat Harpocration s. v. ἔθνος, quod observat significare οὐ μόνον τὸ μέγα καὶ πολυάνθρωπον γένος, ἀλλὰ καὶ ἰδίως μέρος τι τῆς πόλεως, quae significatio hic locum habet.

668, 13. τοὺς ἐπὶ μισθῷ λέγειν καὶ γράφειν εἰωθότας] Intelligit quos Isocrates (orat. de pace init.) τοὺς συναγορεύοντας ταῖς ἐπιθυμίαις Atheniensium appellat. Cf. Demosth. de Cherson. p. 98. Sed maxime huc quadrat locus orat. de coron. trierarch. p. 1234. de malis oratoribus. WEBER.

668, 24. ψιλοῦ] Hoc universam velitum classem, quorum pars fundatores erant, non singularem et novam denotans, subjunctum est, quo magis vilitas sortis significaretur, in qua ab initio militiae Charidemus versaretur. Hic enim adolescens parce et tenuiter vivere coactus erat. Quod si quis putet jam satis indicatum nomine σφενδονήτου, quia, ut constat e Xenoph. Cyrop. 7, 4, 15, fundatores infimum inter velites tenebant locum, bene animadvertendum est oratoris esse, si significantius quid et gravius requiratur, amplificare notiones. Atque tenuitatem Charidemi proferre voluisse oratorem, inde patet, quod paullo post ejus penuria et premens necessitas malefactorum caussa dicitur. WEBER.

668, 29. λογισμοὺς ἀναιροῦσιν ἅπαντας] In angustis rebus honesta cedunt utilibus. Similiter Alexander de iniquitate temporis querens, apud Curtium 7, 4, 10. loquitur: *necessitas ante rationem est, maxime in bello.* Seneca dicit controv. 4, 27. *necessitas magnum infelicitatis patrocinium est.* Plura hujus modi

veterum dicta attulit Hugo Grotius de jure belli et pacis 3, 11. 7. p. 872. ed. Francof. WEBER.

669, 5. ἐν μὲν ἁπάντων πρῶτον] Refer ad μετὰ ταῦτα δὲ p. 670, 20. SCHAEF.

μισθωθεὶς ὑπὸ Ἰφικράτους] Illo tempore, quo Iphicrates occupatus erat recuperanda Atheniensibus Chersoneso et Amphipoli. Missus erat in illas regiones Olymp. 107, 3. (vid. Aeschin. orat. de fals. legat. p. 31. Winiewskii comment. p. 39.): ubi versabatur imperator usque ad Olymp. 104, 1., quo tempore ei substitutus est Timotheus (vid. Diodor. 15, 31) qui Athenienses ad recuperandam Chersonesum neglectam impulerat. Isocrat. de Antid. 119. p. 447. WEBER.

669, 7. ἀποστράτηγον ἐποιήσατε] στρατηγοῦντα ἐπαύσατε. Phrasis e rarioribus. V. Valckenarius in Piersoni annotione ad Moerin p. 401. a., qui scribit ὀξυτόνως ἀποστρατηγός. Quae accentus fluctuatio in aliis etiam hujus familiae compositis cernitur. Conf. not. ad schol. Apollon. Rhod. p. 171. SCHAEF.

669, 10. παρ' Ἁρπάλου λαβὼν] Nota hic Harpali nomen, qui diversus ab Harpalo eo. qui postea Alexandrum fugiens Athenas venit. VALES. ad Harpocr. p. 346.

669, 12. τοῦ μὴ λαβεῖν Ἀμφίπολιν τοῦτ' ἐμποδὼν κατέστη] Vid. p. 670. De recuperanda Amphipoli, ut prius ab aliis ducibus Atheniensium, ita nunc Olymp. 105, 1. a Timotheo, non satis copiis instructo. infeliciter pugnatum est. ut apparet e Polyaeno 3, 10, 8., scholiast. Aeschinis p. 755. Clintonis Fast. Hellen. vol. 2. p. 120. Winiewskii commentariis p. 39. et Boehneckii Quaestionibus vol. 1. p. 146: quam rem orator callide ita proponit ac si fraus Charidemi prohibuerit urbis expugnationem. Quamquam Athenienses speraverint Amphipolitas. si obsides eorum Athenis haberent, sua sponte in ipsorum se fidem tradituros. WEBER.

669, 13. μισθουμένου Τιμοθέου—αὐτὸν καὶ τὸ στράτευμα] *Cum Timotheus hoc ageret. ut ille arma sibi jungeret mercede conductus.* SCHAEF.

669, 22. καὶ τοῖς ἔχουσιν] De articulo repetito v. ad p. 664, 4. quibus tollitur dubitatio Thirlwalli Hist. Gr. vol. 5. p. 185. Amphipolin in Olynthiorum. qui urbibus Chalcidicis praeessent, fidem se contulisse in eaque fuisse Olymp. 105, 3, quo anno bellum sociale erupit, narrat scriptor argumenti Demosth. orat. de fals. legat. p. 334. ἔλαβε παρ' Ὀλυνθίων Ἀμφίπολιν, οὖσαν κτῆμα τῆς πόλεως (Ἀθηναίων) καὶ ἦν ὑπ' Ὀλυνθίοις, καθ' ὃν καιρὸν ἀπέστησαν καὶ οἱ σύμμαχοι. Monuit Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 145.

669, 26. καὶ τὸ δεῖν ξένων] *Et quidem propter inopiam militum mercenariorum.* Haec enim adjunguntur prioribus explicandi caussa. WEBER.

670, 4. ἃ πάντες ἐπίστασθε] Quae alia his verbis munera intelligenda sint, ex ipsa oratione non apparet. in qua praecipua illa ἡ πολιτεία et οἱ στέφανοι commemorantur, nisi quod p. 682.

praeter haec etiam εὐεργεσία et δωρεαὶ indicantur. Nomen εὐεργέτου ut honorificum multis solebat tribui et valde expetebatur. WEBER.

670, 5. τό τε ψήφισμα ἀνάγνωθί μοι τὸ περὶ τῶν ὁμήρων κ. τ. λ.] Haec ita cogites facta. Iphicrates perscripsit ad Athenienses, se obsides Amphipolitarum ab Harpalo accepisse et in custodiam Charidemi dedisse; tum decreto populus sanxit ut illi ad se Athenas ducerentur; sed consiliis ejus perfidia Charidemi confractis, renunciat Timotheus quod factum erat atque id ipsum simul additis testimoniis eorum, qui praesentes aderant, confirmavit. WEBER. Qui infra quattuor lemmata posuit, ΕΠΙΣΤΟΛΗ. ΨΗΦΙΣΜΑ. ΕΠΙΣΤΟΛΗ. ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

670, 9. αἰτίας] Scribendum αἰτίαν ex S. Y. O.

670, 15. δεῦρο] I. q. ἐκεῖσε. V. p. 669, 23. SCHAEF.

670, 18. ἐπιστολῆς] Timothei. Is enim bellum ad Amphipolin gesserat. V. p. 669, 8. REISK.

670, 23. Κηφισόδοτον] Cephisodotum Cerameensem, inter caussidicos tum potentes nominatum p. 501. 502. intelligendum videri monet Reiskius in Indice: de quo v. Ruhnken. Hist. orat. p. 141. Sievers. Hist. Gr. p. 302. et Kiesslingii comment. de fragmentis Lycurgi p. 110. Idem haud dubie est qui Apollodoro in judicio praesto fuit: v. p. 1228, 3.

670, 27. κομιεῖσθαι] Sic etiam p. 671, 28. 673, 25. Qui verbi usus rarior est. Solenni usu p. 672, 18. τὴν Χερρόνησον ὅπως κομιεῖσθε ὑμεῖς συμπρᾶξαι. SCHAEF.

671, 1. ἀπόμισθος] Citat h. l. Harpocration v. Ἀπόμισθος. REISK.

671, 3. διὰ τὴν σύλληψιν τὴν Ἀρταβάζῳ συμβᾶσαν τότε ὑπ' Αὐτοφραδάτου] Artabazus, regis Persarum ex filia nepos, ut Plutarchus V. Alexandri dicit, a rege defecerat. vid. Diodor. 15, 90. 16, 22. Demosthen. Philipp. I. p. 46. Ab initio superior bello factus, tandem captus et comprehensus est ab Autophradata, uno ex satrapis, qui contra perduelles pugnabant. Cornel. Nep. V. Datam. c. 2. Sed Autophradatas ipse minus probatus erat. V. Diodor. 15, 91. Ex qua ille captivitate ut liberaretur, Memnon et Mentor, Rhodii, fratres ejus uxoris, quos prius praefectos provinciarum fecerat, Charidemum, quocum vetus consuetudo ipsis esset, mercede conduxerunt cum copiis. Et sive metu hujus ducis, sive aliis caussis commotus e vinculis dimisit Autophradatas captivum. Attamen Artabazus et Memnon, qui et ipse defectionis illius particeps erat, quum non possent intra fines regis diu se continere, coacti sunt cum suis in Macedoniam ad Philippum migrare, ubi aliquamdiu commorati redierunt Mentore arcessente, qui auctoritate sua interim amplificata pro salute cognatorum utebatur. Et Memnon postea magnae vir amplitudinis inter Persas fuit. V. Diodor. 16, 52. ibique Wessel. WEBER.

671, 8. Σκῆψιν καὶ Κεβρῆνα] V. Harpocratio s. his v.

671, 9. Ἴλιον] De Ilii callide per Charidemum facta expugna-

tione citat Valesius ad Harpocrat. Polyaeni strategem. 3. c. 14. Aeneam Tact. Pol. c. 24. et Plutarchi V. Sertorii c. 1., ubi haec: *ἑάλω δὲ τὸ Ἴλιον τρίτον ὑπὸ Χαριδήμου, τὰς πύλας ἵππου τινὸς ἐμπεσόντος ἀποκλεῖσαι ταχὺ τῶν Ἰλιέων μὴ δυνηθέντων.* Plura in totam hanc Charidemi rem docte congesta et illustrata sunt a Boehneckio in Quaest. p. 725. n. 8. WEBER.

671, 19. *ἄνωθεν*] Libri deteriores *ἄνω*, correctione indocta. "Quum significetur unde subvectus sit Artabazo commeatus, idioma Graecae syntaxis pervulgatum vult ut *ἄνωθεν* ponatur. Ut enim *ἡ ἐν τόπῳ σχέσις* poni poscit e. c. *ἐν τῇ ἄνω Φρυγίᾳ*, ita *ἡ ἐκ τόπου* e. c. *ἐκ τῆς ἄνωθεν Φρυγίας*. Rem tetigi Melet. Crit. p. 74." SCHAEF.

671, 26. *φιλανθρωπία*] Hoc non in S. legitur, sed in B. F. Revocandum *φιλανθρωπίαν*, quocum Weberus comparavit p. 231. *ἡ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων εἴτε χρὴ κακίαν εἴτ' ἄγνοιαν εἴτε καὶ ἀμφότερα ταῦτ' εἰπεῖν.*

672, 1. *διὰ τοῦ τὸν Κηφισόδοτον δοκεῖν*] Amicitia cum eo conjunctus, quum ejus odium in Cotyn et Iphicratem nosset, recte opinabatur se quod vellet facilius adepturum et ipsos Athenienses sibi petenti citius satisfacturos, si quod ille optare videretur et ipsi optarent quam maxime se facturum promitteret. Ac verisimile est Athenienses in eligendo novo imperatore, quem in Hellespontum mitterent, in conjunctione, quae Cephisodoto cum Charidemo esset, magnam spem rationum suarum collocasse, id quod e p. 675. elucet. WEBER.

672, 15. *ἐφ' αὑτοῦ*] Solus, non transvehentibus navibus nostris. SCHAEF.

672, 20. *Κριθώτην*] In annot. h. *vetere scripturae* error est typothetae pro *verae scripturae*.

672, 21. *ταῦτα* referendum ad proxima *ὥστε πάλιν—ἐπολιόρκει*, non ad remotiora *ἐπελθεῖν τῷ Κότυϊ—συμπρᾶξαι*. Conf. p. 673, 2. SCHAEF.

672, 26. *οἱ Σηστὸν καταλαβόντες*] Ab Abydenis et Cotye occupata erat Sestus, quae Olymp. 75, 2., Xanthippo imperatore, Persis expulsis, sub ditionem Atheniensium ceciderat et inter socios vectigales recepta civitati eorum, maxime temporibus belli Peloponnesiaci, magno usui fuerat. Sed Olymp. 106, 3 aut 4. rursus est capta a Charete. Vid. Diodor. 11, 37. 16, 34. Thucyd. 1, 89. 8, 62. WEBER.

672, 27. *ὃν*] Libri deteriores *ἥν*, scriptura non improbabili, sed cujus necessitas tamen non potest demonstrari ex Stephano Byzant.: *Σηστὸς, πόλις πρὸς τῇ Προποντίδι. Λέγεται δὲ ἀρσενικῶς παρ' Ἐφόρῳ, οἱ δ' Ἀθηναῖοι* (ut Thucydides) *ἐν τῇ Σηστῷ φασιν.*

672, 29. *πεπεμμένης*] Male libri deteriores *πεμφθείσης*, alii *ἀπεσταλμένης*, quod in marg. B. F. annotatum ex interpretatione ortum est tum hic tum p. 1248. ubi in libris aliquot *ἀποστέλλω* pro *πέμπω* scriptum est. Illud autem *πεπεμμένης* memorabile est propter rariorem hujus participii, quod non differt ab verbi *πέττω* participio, usum: nam in indicativo *πέπεμπται*, quem ex

Aeschylo affert Schaeferus, nihil est observatu dignum. Quo spectat Photius, Demosthenis fortasse locum in mente habens, p. 412, 4. *πεπεμμένην λέγουσιν, οὐ μόνον ἀπεσταλμένην.* Neque apud recentiores scriptores frequentia sunt exempla, velut Lucian. Alex. c. 32. *τὰ πεπεμμένα βιβλία.*

673, 9. ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ] Scribendum ΕΠΙΣΤΟΛΗ ex S.: nam solum hic recitatur Charidemi epistolae initium. Reliquae partes ejus infra sequuntur. Monuit Rehdantz. in censura edit. Weberi p. 181.

673, 16. *καὶ* ante *τὰ μὲν* in libris lectum recte delevit Reiskius. Illatum enim ab correctore est, quum *ἐπαινῶν* pro *ἐπαίνων* scriptum esset.

673, 26. Dele comma post *Χαριδήμου.*

673, 29. *ἐπιδείξας*] Sententia est: Recita tu, o scriba, aliarum particulas epistolarum. Sed prius eas mihi monstra, ut videam quae sint, tibique locos a te recitandos demonstrem. REISK. Recte. Vult orator delectum facere epistolarum e quibus scriba recitaret. Conf. p. 674, 5. SCHAEF.

674, 11. *τὰ λοιπὰ*] Ea Cherrhonesi oppida locaque, quae vobis adhuc ejus supersunt. REISK. V. p. 672, 20. SCHAEF.

γράψας δὲ ὡς Ἀλεξάνδρου κ. τ. λ.] Hoc scripserat in epistola ad populum vel ad Cephisodotum data et in ea quidem parte, ubi quae propter emolumentum Atheniensium fecisset laudaverat. Res autem hic commemorata circiter Olymp. 104. 3. a. Ch. 362 aut 361 facta videtur, quum Alexander Thessalus Cycladas insulas infestaret, Tenum Atheniensibus eripuisset eosque pugna navali vicisset. V. Demosth. c. Polycl. p. 1207. Diodorum 15, 95. Polyaen. 6, 2, 1. WEBER.

674, 13. *οὐ προσεδέξατο*] Scilicet *τοὺς πρέσβεις*, quod latet in *πρεσβευσαμένου.* SCHAEF.

674, 25. *ἧκε δὲ Κηφισόδοτος στρατηγῶν*] Olymp. 105, 2. Huic expeditioni interfuerat Demosthenes trierarchus, teste Aeschine in Ctesiph. p. 61. *τί γὰρ δεῖ νῦν ταῦτα λέγειν,—τὰ περὶ τὴν Κηφισοδότου στρατηγίαν καὶ τὸν τῶν νεῶν ἔκπλουν τὸν εἰς Ἑλλήσποντον, ὅτε εἷς ὢν τῶν τριηράρχων Δημοσθένης καὶ περιάγων τὸν στρατηγὸν ἐπὶ τῆς νεὼς καὶ συσσιτῶν καὶ συνθύων καὶ συσπένδων, καὶ τούτων ἀξιωθεὶς διὰ τὸ πατρικὸς αὐτῷ φίλος εἶναι, οὐκ ὤκνησεν ἀπ᾽ εὐαγγελίας αὐτοῦ κρινομένου περὶ θανάτου κατήγορος γενέσθαι.* WEBER.

675, 2. *ἔφησεν*] Non male *ἔφησεν ἂν* in tertia codicum classe, quod probavit Reiskius, qui interpretatur, *agente ibi locorum imperatore quidem nostro, at non eo ex imperatorum numero, quos ille sibi invidos atque infestos esse caussatus esset.*

675, 12. *διήγαγεν ἡμᾶς πολεμῶν*] Pronomen si cum *πολεμῶν* est construendum, *ἡμῖν* scribendum erit ex A. k. r. s. neque enim verisimile est Demosthenem hoc uno in loco *πολεμεῖν* cum accusativo conjunxisse, quod non raro fecerunt Polybius, Diodorus, Josephus, aliique recentiores scriptores. Quamobrem si *ἡμᾶς* scripsit Demosthenes, ab *διήγαγεν* pendebit, ut Reiskius intellexit, *ductitavit, extraxit nos bellando.*

675, 20. *μετὰ ταῦτα δὲ κ. τ. λ.*] Omnia haec usque ad p. 676, 3. unam periodum concinne vinctam, quamvis multa complexam interserta, efficiunt. Itaque interpunctionem refinxi. SCHAEF.

675, 22. *οὐδὲ γὰρ—Θρᾴκης*] Haec et mox iterum ἢ X.—*καταποντιστῶν* in parenthesi posita, cujus signa addidit Reiskius. Nam sic haec procedunt, *οὐκ ἐπὶ τῆς Θρᾴκης τόπον οὐδένα χωρίον, ἀλλ' ἐπ' Ἀλωπεκόννησον, ἐνταῦθα δ' ἐλθόντων—*. Particulam δὲ post *ἐνταῦθα* ex superioribus verbis *μετὰ ταῦτα δὲ πλευσάντων ἡμῶν* repetivit propter longiores parentheses.

675, 23. *ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν* dictum intellecto ex proximis verbis *τι*, quod non poterat commode bis poni. Eodem modo *ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν* p. 685, 8. dictum post praecedens *ἕνεκα τοῦ κακόν τι ποιεῖν.*

675, 26. *καὶ ἦν ὑμετέρα*] Antiqua fuit Atheniensium possessio, sed Olymp. 105. 2. latronibus occupata. V. Winiewskii comment. p. 196. WEBER.

676, 4. *καὶ πρότερον*] Verba totius loci bene sic explicavit Reiskius: *Charidemus Cephisodotum a se obsessum, hac admota necessitate, prius coegit non optime reipublicae vestrae consulere, quam pateretur a Cephisodoto sibi persuaderi, et utrum condominum, quibus subscripsisset et satisfacturum recepisset, vel uni satisfaceret.* Attendas praeterea urbanitatem oratoris vel potius cautionem, qua vitia Cephisodoti in illa oppugnatione Alopeconnesi commissa texit. Quam melius intelligeremus, si accusationis capita, quae trierarchi, inter eos ipse Demosthenes, in Cephisodotum depromserunt, sciremus. Haud dubie ducem nimia Charidemi fiducia detinuit, quominus celeriter quae opus essent reperiret illique fortiter occurreret. WEBER.

676, 10. *ὥστε ἀπεχειροτονήσατε μὲν τὸν στρατηγὸν—τὸ μὴ θανάτου τιμῆσαι*] Si Androtionis Ἀτθίδων libri superessent, multo plura et certiora de hac Cephisodoti expeditione et insecuta capitis caussa comperta haberemus. Nunc acquiescendum est in paucis quae de his rebus tradita accepimus. Harpocration (a Photio exscriptus) sub v. Κηφισόδοτος: *Ἀνδροτίων ἐν πέμπτῃ Ἀτθίδος ἱστορεῖ ὡς Ἀλωπεκόννησον πολιορκῶν ἀπεχειροτονήθη καὶ κριθεὶς ἑάλω καὶ ἀπέτισε πέντε τάλαντα.* Ob rem male gestam ad Alopeconnesum postquam de imperio decedere jussus erat, Athenas redire ad caussam dicendam coactus est. Accusatus erat Olymp. 105, 3., facta *εἰσαγγελίᾳ*, proditionis: quo crimine teneri solebant duces, qui in bello commiserant aliquid, quo commodis populi non consuluisse viderentur. Demosth. p. 481. *μίαν μὲν πόλιν εἰ ἀπώλεσεν ἢ ναῦς δέκα μόνας, περὶ προδοσίας ἂν αὐτὸν εἰσήγγελλον οὗτοι, καὶ εἰ ἑάλω, τὸν ἅπαντ' ἂν ἀπολώλει χρόνον.* Cf. Lex. rhetor. in append. ad Phot. p. 667. Sed hoc etiam ex orat. de fals. legat. p. 398, manifestum est, ubi plures memorantur, qui detrimenta civitati intulerant, partim morte, partim magna pecunia multati, et in his fuit Cephisodotus. Nam qui ibi commemoratus est, non alius est quam hic Cephisodotus Aristocrateae, cui mulcta quinque talentorum irrogata est, ut lumen alter locus

alteri adhibere debeat. Praeterea ab Aeschine in Ctesiph. p. 61., ubi ejus imperium et navigatio Hellespontia attingitur, dictus est *ἀπ' εἰσαγγελίας κρινόμενος περὶ θανάτου*, ejusque accusator Demosthenes fuit, qui illo tempore munere trierarchiae functus erat. Et scholiastes ad h l.: *Κηφισόδοτος, πολιορκήσας Ἀλωπεκόννησον, εἰσαγγελθεὶς διὰ τὴν συνθήκην τὴν πρὸς Χαρίδημον γενομένην καὶ καταψηφισθεὶς πέντε ταλάντοις ἐζημιώθη.* De diversitate muletarum vid. Boeckhii Oecon. Athen. vol. 1. p. 414. Apud Demosth. in Timocr. p. 740. aliquis dicitur *προδοσίας ἁλοὺς τρία τάλαντα ἀποτῖσαι.* WEBER.

676, 10. *ὥστε—ζημιώσαντες*] Citant Anecd. Bekk. p. 146, 18. SCHAEF.

676, 11. *τρεῖς δὲ—τιμῆσαι*] Citant Anecd. Bekk. p. 175, 11. SCHAEF.

676, 14. *τὴν ἀλογίαν*] Harpocration, *ἀλογία: τὸ μηδένα ἔχειν λόγον, ἀλλ' ἀλογιστὶ πράττειν· Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους, καὶ Πλάτων.*

676, 28. *Σμικυθίωνος*] Harpocration s. h. v.

677, 9. *Ἀθηνόδωρος*] Non dux erat copiarum Atheniensium, ut Schaeferus opinatur, sed prospexit tantummodo, quando occasio ferret, eorum rationibus. Quo referas verba *ἰδὼν τὸν καιρὸν τοῦτον.* Habitabat enim in Thracia urbem, quam ipse condiderat, colonis, quos eo duxerat, cinctus. V. ad p. 624, 5. Qui quum videret, Berisadem et Amadocum iratos Charidemo arma cepisse, conjunctus cum illis et ipse ad pugnandum surrexit, manu mercenariorum collecta, ne Athenienses absentes detrimentum in Chersoneso caperent. Quod autem is infra p. 677. 679. dicitur copias dimisisse, nulla Athenis pecunia, qua stipendium persolveret militibus, accepta, inde non conjiciendum est eum ducem certum fuisse Atheniensium. Quoniam eorum commodi caussa ad bellandum paratus erat, sperabat se ab iis stipendium de publico accepturum, ipsis tamen illo tempore quam maxime de pecunia laborantibus. WEBER.

677, 16. *τὴν χώραν*] *τὴν Χερρόνησον.* Eadem intelligenda p. 679, 26. SCHAEF.

678, 4. *ἐξ ὑμῶν αὐτῶν*] Hoc dictum ut in formula usitata *ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων* (v. Corp. Inscr. vol. 1. tit. 107, 30.) REHDANTZ. in censura ed. Weberi in Jahnii Annal. philol. a. 1846. vol. 47. p. 407.

678, 10. *τριβόντων*] *τοὺς χρόνους* ex praecedente *τοῖς χρόνοις* intelligendum esse monet Reiskius.

678, 12. *ἐβοηθοῦμεν εἰς Εὔβοιαν*] Olymp. 105, 3. vocati in auxilium ab altera parte Euboeensium sibi infestorum, quum alteram Boeoti adjuvarent, missis statim copiis, insulam ingressi bellum brevi tempore composuerunt. Cujus rei feliciter gestae quaque occasione mentionem fecit orator, ut in Mid. p. 570. *ὅτε τὴν ἐπὶ Θηβαίους ἔξοδον εἰς Εὔβοιαν ἐποιεῖσθε ὑμεῖς* Olynth. I. p. 11. Philipp. I. p. 44. de Cherson. p. 108. pro Megalopolit. p. 205. in Androt. p. 597. WEBER.

678, 12. Χάρης ἧκεν ἔχων τοὺς ξένους] Reversus Athenas, postquam contra Amphipolim missus, jusso populi non obsequens, Chium, Rhodum et alias insulas et terras vexaverat. Tum denuo imperator electus in Hellesponti regiones profectus est Olymp. 105, 3., quum bellum sociale exarsisset. Cf. argument. orat. Isocrat de pace et Leloupius ad h. orat. p. 53. Haec Winiewskii sententia est in comment. p. 35., Diodor. 16, 7. afferentis. Alii vero, narrationem Diodori 16. 34. secuti, Chersonesum Chareti censent traditam Olymp. 106, 4., quam opinionem Winiewskius refutare studet p. 194. Quare illi, ut Reiskius, verba oratoris ἧκεν ἔχων τοὺς ξένους referunt ad id tempus, quo Chares ex Asia redierat ab Artabazo, ad quem adjuvandum sub finem belli socialis profectus erat cum copiis. Fortasse discrepantia harum sententiarum sic solvetur, si statuerimus initio belli socialis foedus a Charete cum Cersoblepte de tradenda Chersoneso pactum, sed, inimicitiis ejus in duos reges et Athenienses durantibus, finito demum illo bello et Sesto expugnata idem renovatum et confirmatum fuisse, quo tempore, auctore Diodoro, cleruchi in illas regiones mittebantur. V. Boehneckii Quaest. p. 727. n. 2. WEBER.

678, 24. τὴν ἐπιστολὴν] Sunt literae per quas de turpi Cephisodoti pacto nuntiatum est. Sed a quo scriptae? Num ab ipso Cephisodoto? Dubito. Fortasse ab ipso Demosthene vel ab alio Cephisodoti trierarcho. Id quidem mirum, quod orator nomen auctoris reticuit praeter consuetudinem, praesertim in afferendis documentis. WEBER. Non satis caussae est cur de Cephisodoto epistolae auctore dubitet Weberus.

679, 14. ΣΥΝΘΗΚΑΙ] Designat illud foedus, de quo p. 677, 12. REISK.

679, 15. γράψας] Charidemus puta. Tribuit Charidemo foedus, quod modo iniisse dixerat Cersoblepten. Recte vero: ambo enim eandem caussam agebant et Charidemus erat Cersobleptae imperator et legatus. REISK.

679, 18. Ἰφιάδου] Hunc Schaeferus opinatur fuisse principem factionis Atticae Sesti nunc oppressae: ideoque ejus filium obsidis loco in Thraciam abductum esse, ne quid illi rerum novarum molirentur. At si Aristotelem Polit. 5, 5, 9. sequimur, is fuit Abydenorum princeps et dux factionis. Cf. Aen. Tact. Poliorc. c. 28. Ac verisimile est factionem ejus Sestum occupasse, de qua re v. p. 672. WEBER.

679, 23. ΣΥΝΘΗΚΑΙ] Designat illud foedus, de quo p. 677, 25. commemoraverat. REISK.

679, 25. ἠξίου] Scilicet Cersobleptes in tabulis hujus cum Chabria pacti foederis. REISK.

679, 29. πρὸς τὸν Ἀθηνόδωρον] Jungendum non cum sequente παραδώσειν, sed cum praecedente ὤμοσε. *juraverat* (Cersobleptes) *in manus Athenodori* vel *ei fidem jurejurando fecerat, sese velle filium Iphiadae tradere.* REISK.

οὐδ' ὑπισχνεῖται] ὑπισχνεῖται opponitur antegresso ὤμοσε. Antea

fidem fecerat jurejurando: nunc ne rogantibus quidem pollicetur. SCHAEF.

680, 1. τὸ ψήφισμα] Glaucone rogante factum: v. p. 678, 3. REISK.

680, 6. οὐδ' ὁτιοῦν ὡμολόγει δίκαιον] V. p. 678, 11. SCHAEF.

680, 7. οἱ δ' ἕτεροι] Berisades et Amadocus. SCHAEF.

680, 8. ΕΠΙΣΤΟΛΗ] Epistola Cersobleptae. V. p. 678, 15. REISK. Hunc locum citare non debebat. Haec enim epistola pariter ut proxime sequens referenda ad illas fraudes dilatorias, de quibus p. 678, 11. SCHAEF.

680, 9. τῶν βασιλέων] Sunt Amadocus et Berisades. REISK.

680, 10. ὑμῖν cohaeret cum δοκοῦσι, non cum ἐγκαλεῖν. *num vobis videantur nil queri,* de Cersoblepte puta et Charidemo. REISK.

680, 17. Μετὰ ταῦτα τοίνυν] Jam recipit narrationem factorum Charidemi recitandis documentis interruptam. ὅσον μὲν χρόνον, id est, per bellum sociale ab Olymp. 105, 3. usque ad Olymp. 106, 2. V. Diodor. 16, 7. et 21—22. Winiewskii comment. p. 195. WEBER.

680, 27. εἰ μὴ δι' ἡμᾶς καὶ ταύτην τὴν γραφὴν] *Absque nobis et hac actione.* Cf. p. 370. ἐκεῖνα δὲ τούτοις ἂν προσῆν, εἰ μὴ διὰ τούτους. p. 364. WEBER.

681, 1. φοβούμενοι τὴν διὰ τοῦ ψηφίσματος συκοφαντίαν] Est calumnia, cui hoc decreto locus datus erat falsis criminibus comminiscendis insectandi et venandi. V. Meier. de lite Att. p. 335. WEBER.

681, 6. τὴν Καρδιανῶν πόλιν] Cardia ad Melanem sinum posita in Isthmo Chersonesi Thraciae, maxima hujus terrae urbs, ut Demosthenes Philipp. III. p. 120. dicit, et peropportuno incolis situ fuit, unde et in fines Thraciae aquilonaris et in ipsam Chersonesum incursus pateret. Quare, ut tuta esset ab injuriis et incursionibus Chersonesus, Athenienses hujus loci possessionem et a Cersoblepte et postea, quum Philippus valeret, maxime appetebant. Quam quum sibi retineret Cersobleptes, id aegre ferebant Athenienses, se fraudatos rati sua vetere possessione, quippe qui quum Chersonesum possedissent, etiam Cardiam ad se pertinere dicerent. At Thraces, qui totam illam terram longo usu non dubiam sibi possessionem esse censerent, non poterant commoveri ut Chersoneso tradita etiam Cardiam a sua ditione sejungerent. Neque quidquam aliud in caussa erat cur ita agerent quam suae terrae cura. Sed hanc rem valere non sinit orator: indignatur et exprobrat Charidemo inimica consilia. Quare statim ab initio ejus est v. ὁρμητήριον, quod sedem belli significat. propugnaculum, unde quis exit impetum in hostes facturus et quo se recipit laborans. WEBER.

681, 7. ἐξαίρετον αὐτῷ γέγραφε] Verba haec et proxima ἀφείλετο παρ' ὑμῶν ad indignationem movendam apta sunt. Charidemus enim quum in omnibus pactis Cardiam sibi reciperet,

mitem se gessit, quasi eam non suam sed Atheniensium duceret et in suos tantum usus reservaret, sed ultimo tempore (τὸ τελευταῖον, i. e., Olymp. 106, 4. vid. Diodor. 16, 34.) eam haud cunctanter civibus eripuit. Videlicet Athenienses Cardiam cum peninsula amissam non desiisse suam esse arbitrabantur. WEBER.

681, 13. οἱ μὲν ἀφιγμένοι, οἱ δ' ἄλλοι τούτων ἀκούοντες] Tempore, quo habita est oratio de Halonneso, Chersonesus Atheniensibus propter colonias eo deductas notissima erat. Quare ibi p. 87. de regione illa dictum est: ὅσην οἱ πολλοὶ ὑμῶν ἴσασιν. Sed Olymp. 107, 1., cui assignanda est Aristocratea, vix demum recuperata Chersoneso, plurimi erant Athenis, qui quae de Chersoneso scirent fama et auditione accepissent. Idcirco orator eos qui audiunt in duas partes distribuit, in eos, qui ibi versati terram noverant et in eos, qui remoti de ea ab aliis audiverant. WEBER.

681, 16. παρ' ἡμέραν] *Justo unius diei itinere.* WEBER.

681, 17. ὥσπερ—πόλις] Est exemplum imaginis seu breviter enunciatae similitudinis, quam Graeci εἰκόνα vocant. Minucianus vol. 9. p. 604: ἡ δὲ εἰκὼν ἔστι μὲν ἡ αὐτὴ τῇ παραβολῇ, ἐναργέστερον δὲ ποιεῖ τὸν λόγον, ὥστε μὴ μόνον ἀκούειν, ἀλλὰ καὶ ὁρᾶν δοκεῖν. et Gregor. Corinth. vol. 7. p. 1150. εἰκὼν δὲ σωμάτων ὁμοιότης ἀπὸ τόπων, οἷον ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους φησὶν, "ὡς ἡ Χαλκὶς τῷ τόπῳ τῆς Εὐβοίας πρὸ τῆς Βοιωτίας κεῖται, οὕτω καὶ Χερρονήσου πρὸ τῆς Θρᾴκης ἡ Καρδιανῶν κεῖται πόλις." Cf. Ciceron. de invent. 1, 30. auct. ad Herenn. 4, 49. Quinctil. 5, 11, 24. WEBER. Verba recte vertit Jurinus, *qui enim Chalcidis in Euboea situs est versus Boeotiam, idem in Chersoneso Cardianae urbis situs est versus Thraciam.*

681, 26. Φιλίππου γὰρ εἰς Μαρώνειαν ἐλθόντος] Hoc factum est Olymp. 106, 4. (353 a. Ch.), quo tempore Pammenes, dux Thebanorum, in illis regionibus versabatur ad opitulandum Artabazo, contra regem Persarum pugnanti. V. Diodor. 16, 34. Tum etiam Chares Hellespontum ingressus Sestum ceperat. Perfidia autem Charidemi haud dubie in eo cernebatur, quod Chersonesum Atheniensibus vix traditam denuo iis eripere tentabat. Speraverat enim fore ut hoc opus sibi contingeret, auxiliantibus Philippo, Maronitarum et Abderitarum agros obsidente, et Pammene, quibus fidem obtulerat. Atque verisimile est Cardianos, auctore Apollonide cive, eum instigasse, metuentes ne ipsi in potestatem Atheniensium venirent, quorum cupiditatem ipsorum urbis possidendae novissent. Apollonides idem est qui postea a Philippo agrum in Chersoneso utendum acceperat. V. Halonnes. p. 86. Chares autem, qui quae fiebant non lento animo spectabat, revertenti Philippo insidias fecit et Athenienses deinde literis rem edocuit. WEBER.

682, 9. οὐδ' ὧν μικρὰ ἀναλίσκων—γράφεσθαι] *Neque pro iis, quae ut honorifica sibi ad vos scribantur, laudibus apud vos ornen-*

tur, perficit parva suis facultatibus et in duces et in oratores insumens. Recte Schaeferus ὧν genitivum aptum facit ex ἐπαίνους. WEBER.

682, 13. ὑμᾶς] Praefero ἡμᾶς ex optimis codicibus. Injurias Charidemi una ad se refert orator; ipse interfuit rebus, quibus ille Athenienses laeserat. WEBER.

683, 28. Ἀρχέβιον] V. ad p. 475, 8.

τοὺς δύο τοὺς βασιλέας] Tertius enim, Cersobleptes, inimicus erat Atheniensibus. REISK.

684, 15. Λακεδαιμονίους—Θηβαίους—Εὐβοέας] V. ad p. 205, 24. et 25.

685, 10. ὑπόνοιαν] Fere idem quod πρόφασιν, *causationem.* Conf. p. 1178, 1, 2. s. 5. SCHAEF.

685, 12. καταψηφιούμεθα] Decreto abrogato. WEBER.

685, 27. διὰ τοῦτο] Libri alii διὰ τοῦτό γε vel διά γε τοῦτο. Omissa particula p. 763. ἀλλ' εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο ἠδίκει, κατὰ τοῦτο ἄξιός ἐστιν ἀπολωλέναι. sed discrepant inter se libri p. 605. ὥστ' εἰ μηδενὸς ἄλλου ἕνεκα, διὰ ταῦτα καταψηφιστέον. Adde Prooem. p. 1421. βουλοίμην δ' ἂν ὑμᾶς, εἰ καὶ μηδὲ δι' ἓν τῶν ἄλλων, δι' ἐκεῖνο ὑπομεῖναι τοὺς λόγους ἀμφοτέρων. WEBER.

685, 29. οἱ πάλαι] Quae narrat de majoribus, ut audientibus jucunda erant, nam nulla re magis delectabantur Athenienses quam auditione laudis majorum, ut Demosthenes ipse orat. de Rhod. libert. p. 200. dicit: ita etiam mentes eorum permovere et impellere debebant, ut odissent et rejicere vellent psephisma Aristocratis. Rursus hic dictum Ciceronis ex oratore c. 24. laudandum est, ubi haec: "Commemoratio antiquitatis exemplorumque probatio summa cum delectatione et auctoritatem orationi affert et fidem." Saepenumero autem laudes majorum oratori locum exspatiandi dederunt amplissimum, quae non modo suam caussam sustentarent, sed in civibus etiam virtutis aemulationem vitiorumque emendationem gignerent. Cf. Olynth. 3. p. 35. Philipp. 2. p. 68. Philipp. 3. p. 120. orat. adv. epistol. Philipp. p. 158. de Coron. p. 295. de Fals. Legat. p. 427. c. Leptin. p. 460. Praeterea conferenda sunt cum hoc toto loco verba Aeschinis in Ctesiph. p. 79.: qua in parte, quales majores in tribuendis honoribus fuerint propemodum pari ratione exponitur. WEBER.

686, 4. τὸ πράττειν] Plenius foret τὸ πράττειν ὃ πράττετε. SCHAEF.

686, 4—687, 12. πρῶτον—μόνον] Haec iisdem fere verbis leguntur in oratione non Demosthenica περὶ συντάξεως p. 172, 14—173, 13.

686, 5. τὸν τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν νικήσαντα καὶ Μιλτιάδην τὸν ἡγούμενον Μαραθῶνι] Quod ἐν Σαλαμῖνι dictum est neque item ἐν Μαραθῶνι, communis paene loquendi mos est. infra v. 18. orat. de coron. p. 297. Isocrat. Philipp. p. 112. Plat. Menexen. p. 241 B. Thucyd. 1, 74. Aeschin. in Ctesiph. p. 79.

dicit ἐν τῇ περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίᾳ et paullo post ὁ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην, Plat. Gorg. p. 516 D. Μιλτιάδης ὁ ἐν Μαραθῶνι. Aristotel. Rhet. 2, 22. ut Herodot. 6, 132. 136. 7, 1. sed Demosth. de Fals. Legat. p. 441. οἱ Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι. WEBER. Σαλαμῖνι sine ἐν Aristoph. Eq. 783.

686, 7. οὐκ ἴσα] Non obtrectandi neque detrahendi studio sic dicit, sed exaggerandi. Subaudi ἀλλὰ πολλῷ μείζω. *non dicam paria factis nostrorum imperatorum, sed dicam potius multis etiam modis majora.* REISK.

686, 16. τῶν ἔργων τῶν τότε, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐδενὸς ἀπεστέρηται ἑαυτούς] Nomen imperatoris, a quo praeclare gesta erant, prioribus temporibus non inscribebatur monumentis publicis. Ὅτου γὰρ ἄν τις, inquit Demosthenes c. Leptin. p. 478, παρ' ἡμῶν ἀγαθοῦ τοῖς ἄλλοις αἴτιος γένηται, τούτου τὴν δόξαν τὸ τῆς πόλεως ὄνομα καρποῦται. Aeschin. in Ctesiph. p. 80. ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ δῆμος μεγάλας, ὡς τότ' ἐδόκει, τρεῖς λιθίνους Ἑρμᾶς στῆσαι ἐν τῇ στοᾷ τῇ τῶν Ἑρμῶν, ἐφ' ᾧτε μὴ ἐπιγράφειν τὰ ὀνόματα τὰ ἑαυτῶν, ἵνα μὴ τῶν στρατηγῶν, ἀλλὰ τοῦ δήμου δοκῇ εἶναι τὸ ἐπίγραμμα. Cf. c. Leptin. p. 491. Sed jam Conon, de quo orator priore loco Leptineae locutus est, singulari modo honoratus est nomine liberatoris sociorum inscriptione pervulgato. Eundem honorem Pausanias, rex Lacedaemoniorum, victis Persis, sibi arrogaverat, irascentibus sociis, ut orat. in Neaer. p. 1378. scriptum est, ὡς αὐτοῦ τοῦ ἔργου καὶ τοῦ ἀναθήματος, ἀλλ' οὐ κοινοῦ τῶν συμμάχων. Postea adeo Iphicrates ad id processit audaciae, ut praedae ab hostibus factae suum nomen ducis tantum inscribi jusserit, et multos imitatores nactus est. V. Suidam s. v. Ἰφικράτης. WEBER.

686, 21. πολλοὶ τοῦτο λέγουσιν] Tres proxime commemoratas victorias conjunctim celebrant. Aeschines in Ctesiph. p. 88., Dinarchus in Demosthen p. 54. et e scriptoribus posterioris aetatis Aristides c. Leptin. §. 104. et Plutarchus Mor. p. 350 F. WEBER.

Κέρκυραν εἷλε Τιμόθεος] Timotheus occupavit Corcyram Olymp. 101, 1. v. Xenophon Hellenic. 5, 4, 63. Diodorus 15, 36, Cornelius Nep. Timoth. 2. De temporum ratione dixerunt Dodwellus in chronologia Xenophontea et Boeckhius in comment. Academ. Berol. a. 1818. p. 79. WEBER.

686, 22. τὴν μόραν κατέκοψεν Ἰφικράτης] Hanc rem, quae in bello Corinthiaco Olymp. 96, 4. facta est, copiose refert Xenophon Hellenic. 4, 5, 11—18. Cf. Diodorus 14, 91. Plutarchus l. c. et v. Agesil. c. 22. Cornelius Nep. Iphicrat. 2. Adde Harpocrationem s. v. Ξενικὸν ἐν Κορίνθῳ. Κατακόπτειν est necare, concidere, ad internecionem caedere, eoque scriptores in hac re commemoranda uti solent praeter Aeschinem et Dinarchum, quorum ille ἀπέκτεινε, hic ἀνεῖλε usus est. WEBER.

686, 23. τὴν περὶ Νάξον ἐνίκα ναυμαχίαν Χαβρίας] Ad Naxum insulam Olymp. 101, 1. pugnatum est, si Clintonis Fastis s. h. a.

et Dodwello in chronologia Xenophontea fidem habemus. Devicit Chabrias Pollin, ducem classis Spartanae, in proelio adjutus a Phocione adolescente. Rem copiose enarrat Diodorus 15, 34. 35. Adde Xenophont. Hellenic. 5, 4, 61. Demosthen. c. Leptin. p. 480. Plutarch. vit. Phocion. 6. Camill. 19. de glor. Atheniens. 7. Polyaen. 3, 11, 11. Aliam temporum rationem (Olymp. 100, 4.) constituit Boeckhius l. c. p. 80. WEBER. Conf. Sievers. Hist. Gr. p. 220 seqq.

686, 25. *ταῖς ὑπερβολαῖς*] V. ad p. 500, 10.

686, 26. *πολιτικὰς δωρεὰς*] Civibus dati honores erant statua aenea, corona, immunitas, victus Prytanei; peregrini accipiebant praecipue civitatem, immunitatem, nonnunquam etiam nomen *εὐεργέτου*. WEBER.

τε—καὶ] Hic quoque ita vinciunt, ut simul serviant comparando. V. Ind. ad Odyss. p. 183. et not. ad p. 549, 8. Epigramma ap. Plutarch. V. Pyrrhi c. 26. *αἰχμηταὶ καὶ νῦν καὶ πάρος Αἰακίδαι. nunc ut olim.* SCHAEF.

686, 27. Deleatur comma post *ἐδίδοσαν*.

687, 1. *δόντι πρὸς τὸν ἐπ' Ἠιόνι τῇ πρὸς Ἀμφιπόλει πόλεμον*] Eion ad Strymonem fluvium sita, viginti quinque stadiis ab Amphipoli remota ejusque portus erat. Alia ejusdem nominis ad Pieriam pertinebat. WEBER. Referenda autem haec sunt ad expeditionem Olymp. 76, 1. susceptam, de qua v. Thucyd. 1, 98. Diodor. 11, 60. Quod animadvertit Weissenbornius in Hellen. p. 141. WEBER.

687, 2. *πενέσταις*] Harpocration s. h. v.

687, 4. *πολιτείαν*] *οὐκ ἐψηφίσαντο πολιτείαν, ἀλλ' ἀτέλειαν ἔδωκαν μόνον* p. 173, 6. Quae discrepantia utriusque loci quomodo explicanda sit docet F. A. Wolfius in Prolegomen. ad Leptin. p. 74. WEBER.

687, 5. *πάλιν*] *Rursus, porro*, sine temporis significatione, quam posito *πρότερον τούτου* intulit alterius orationis scriptor p. 173, 7.

Περδίκκᾳ] Memoria h. l. oratorem fefellit, (ut observavit Reiskius in Indice histor. s. v. Perdiccas) quod quae Alexandri patris sunt, filio Perdiccae 2. tribuit, qui, Xerxe in Graeciam invadente, aut nondum natus aut non multorum annorum erat. Qui error eo profectus videtur, quod Perdiccas, rebus belli Peloponnesiaci multis modis illigatus, et notior esset Graecis et magis in mente oratoris haereret quam ejus pater Alexander, h. l. intelligendus. Nam hic tempore Xerxis in Macedonia regnavit, et, bello cum barbaris nondum exorto, beneficia dedit Graecis, ut *φιλέλλην* diceretur et *πρόξενος καὶ εὐεργέτης* Atheniensium fieret. V. Valckenar. ad Herodot. 7, 6. 173. 8, 143. Harpocration. s. v. *Ἀλέξανδρος: οὗτός ἐστιν ὁ ἐπικαλούμενος φιλέλλην βασιλεὺς, υἱὸς μὲν Ἀμύντου, πατὴρ δὲ Περδίκκου, ἐστρατεύετο δὲ ὑπὸ Μαρδονίῳ, ἀφ' οὗ καὶ ἐπέμφθη ἐπὶ γῆς καὶ ὕδατος αἴτησιν πρὸς Ἀθηναίους.* Adde Bekkeri Anecd. p. 375, 19. Legationem, a grammaticis commemoratam, obiit Olymp. 75, 2.

(a. Chr. 479.) non ita multo ante pugnam Plataeensem. Ad eam electus est a Mardonio haud dubie ut *πρόξενος* Atheniensium. Sed mirum cuipiam videri potest, quod non solum aptissimus ejusmodi mandatis existimatus est, sed etiam in pugna Plataeensi a partibus stetit Persarum, fugatos autem trucidasse a Demosthene dicitur. Num etiam in hac re errasse oratorem credamus? Herodotus, qui in his enarrandis longus est, tacet de caede fugientium per Alexandrum facta, quamquam 9, 89. multos e militibus Artabazi, qui, post mortem Mardonii imperio praefectus, per Thessaliam et Macedoniam fugisset, a Thracibus in ipsorum terra occisos refert. At idem 9, 44. index est Alexandri Persis infensi et in Graecos proni animi. Vectus enim equo media de nocte ante pugnam castra Graecorum ad prodenda Mardonii consilia intravit. Fides accedit rei ab auctore epistolae Philippi p. 164. *πῶς οὐ δικαίως ἡμεῖς αὐτὴν ('Αμφίπολιν) ἔχομεν, 'Αλεξάνδρου τοῦ προγόνου πρώτου κατασχόντος τὸν τόπον, ὅθεν καὶ τῶν αἰχμαλώτων Μήδων ἀπαρχὴν ἀνδριάντα χρυσοῦν ἀνέστησεν εἰς Δελφούς;* Quae verba optime congruunt cum Herodoteis: nam ad Thraces, qui fugientes Persas trucidasse dicuntur, Amphipolitani pertinebant, quos Alexander incitasse ad caedendum putandus est. Vid. Thucydid. 2, 99. Ceterum conferas Clintonis Fast. Hellenic. vol. 2. p. 223. WEBER.

687, 13. *πολίταις*] Libri deteriores *πολίτας*. Frequens attractio etiam post infinitivum cum articulo, ut in exemplis ab Webero comparatis, p. 270. *τοῖς δ' ἀπολειφθεῖσι μὲν ὥσπερ σύ, προσποιουμένοις δ' ὑπ' ἀναισθησίας τὸ τοὺς ἀκούοντας ἀλγεῖν ποιεῖν, ὅταν λέγωσιν, οὐ τὸ δοκεῖν τοιούτοις εἶναι περίεστιν.* p. 385. *τοῖς δὲ πρέσβεσι τοῖς τῶν Θηβαίων τί; οὐδὲν πλὴν τὸ τούτων αἰτίοις γεγενῆσθαι τῇ πατρίδι.* et p. 464.

687, 19. *διὰ τὴν τῶν καταράτων καὶ θεοῖς ἐχθρῶν ῥητόρων, τῶν τὰ τοιαῦτα γραφόντων ἑτοίμως, πονηρίαν*] Rursus Demosthenes ad malos oratores illius temporis revertitur (vid. p. 682.), quorum pravitatem, praecipue avaritiam et lucri cupiditatem etiam alii conqueruntur. Similiter p. 1234. *καὶ γάρ τοι πάντα δι' αὐτῶν ποιοῦνται καὶ μόνον οὐχ ὑπὸ κήρυκος πωλοῦσι τὰ κοινὰ καὶ στεφανοῦν ὃν ἂν αὐτοῖς δοκῇ, καὶ μὴ στεφανοῦν κελεύουσι, κυριωτέρους αὐτοὺς τῶν ὑμετέρων δογμάτων καθιστάντες. ἐγὼ δ' ὑμῖν, ὦ ἄνδρες 'Αθηναῖοι, παραινῶ μὴ ποιεῖν τὴν τῶν ἀναλίσκειν ἐθελόντων φιλοτιμίαν ἐπὶ τῇ τῶν λεγόντων πλεονεξίᾳ.* Cf. Isocrat. de pace p. 185. Meier. de bonis damnat. p. 55. Quamquam quod h. l. Demosthenes oratoribus objicit, idem eum criminatus est Dinarchus p. 95, ita tamen ut verba ipsa mentem calumniatoris prodant. WEBER.

687, 24. *ἀπὸ τῶν λημμάτων* dictum est ut *ἀπὸ μικρῶν ἀναλωμάτων* p. 260. id est, *parvo sumtu*. In Neaer. p. 1349. *ἀπ' ἐλάττονος ἀναλώματος.* cf. Olynth. 3. p. 38. *ἀπὸ τῶν αὐτῶν τούτων λημμάτων.* WEBER.

687, 26. *πρῶτον μὲν ἵνα τῶν τελευταίων πρῶτον μνησθῶμεν*] Pro

altero πρῶτον ad minuendam pleonasmi speciem πρώτων scribendum esse conjecit Lobeck. ad Soph. Aj. p. 333. collata p. 517, 14. ἵνα πρώτης τῆς τελευταίας γεγονυίας μνησθῶ καταγνώσεως.

687, 27. Ἀριοβαρζάνην] V. ad p. 666, 18.

687, 28. τρεῖς ὄντας] Dubium est num Ariobarzanes illo trium numero sit conclusus an exclusus, hoc est, liberi ejus duo an tres fuerint. Utrumque fert loci ratio. REISK. Malim τρεῖς ὄντας de filiis intelligere. Quo major enim numerus, eo gravior oratoris expostulatio. SCHAEF.

688, 1. Φιλίσκον καὶ Ἄγανον] De Philisco v. ad p. 666, 18. et Xenoph. Hellenic. 7, 1, 27. Diodor. 15, 70. De Agauo nihil comperi praeter id, quod h. l. orator refert. WEBER. Accentum nominis Ἄγανος testatur Arcad. p. 45, 15. Male igitur Ἀγανόν in cod. uno.

688, 2. Τιμοθέου δόξαντός τι ποιῆσαι τῶν δεόντων ὑμῖν] Aliquod praeclare factum intelligendum, veluti expeditio in Corcyram facta et victoria de Lacedaemoniis reportata. V. Xenoph. Hellenic. 5, 4, 64. 6, 2, 11. Cornel. Nep. V. Timoth. 2. WEBER.

688, 4. Φρασιηρίδην] Olymp. 105, 3. inter trierarchos erat dictus Anaphlystius. V. orat. c. Polycl. p. 1219. Eum consuetudine conjunctum fuisse cum Timotheo apparet ex orat. c. Timoth. p. 1197. Polysthenes aliunde mihi non notus est. WEBER. Conf. Rehdantz. vit. Iphicr. p. 167.

688, 11. τὸν δ' ὅλως οὐδεὶς οἶδεν] V. ad p. 598, 23.

688, 24. ἐξήλασαν] Ostracismo Olymp. 77, 2. WEBER.

688, 25. Κίμωνα, ὅτι τὴν Παρίων μετεκίνησε πολιτείαν] Idem oratori hic accidit quod p. 687, 5. ut filium pro patre nominaret. Nam Miltiadis adversus Parum insulam conatus in mente habuit, de quibus insecutaque condemnatione Miltiadis v. Herodotus 6, 136. Quod animadvertit H. Sauppius in comment. de caussis magnitudinis iisdem et labis Athenarum Turici edita a. 1836. p. 21. Ceterum Cimoni quoque caussa capitalis (θανατικὴ δίκη ap. Plut. V. Cimon. c. 10.) alius criminis accusato subeunda fuit: quo fieri potuit ut falleretur memoria oratoris.

688, 28. ἐξέπραξαν] γρ. ἐπράξαντο S., quod Demosthenes dixit p. 429. Καλλίαν—μικροῦ μὲν ἀπέκτειναν, ἐν δὲ ταῖς εὐθύναις πεντήκοντα ἐπράξαντο τάλαντα. WEBER.

689, 6. ἂν ἐν ᾖ δύο ἀστεῖα εἴπωσι καὶ—σύνδικοι δεηθῶσιν] Facete dictis oratores utebantur, ut imbecillitatem caussae obtegendo animos ab intentione rerum averterent idque praecipue in rebus publicis. Cf. orat. Philipp. 3. p. 124. Prooem. p. 1461, 25. πολλὰ γὰρ ἄλλα τις ἂν περιέλθοι τῷ λόγῳ καὶ πόλλ' ἂν ἀστεῖα εἴποι, ἄλλως τε καὶ ὥσπερ τούτων ἔνιοι δεινῶν ὄντων. p. 1441, 25. τὰ τῶν λόγων ἀστεῖα, ὡς ἔοικε, τοῦ τὰ μέγιστα αἰσθάνεσθαι κεκώλυκεν αὐτούς. Adhibebant quoque qui in jus vocati erant amicos et tribules et homines magnae auctoritatis, qui sibi in lite adessent et deprecatorum officia et partes suscipientes judicum severitatem mitigarent. Hi appellantur σύνδικοι, συνήγοροι, παράκλητοι, ἐξαιτούμενοι. Graviter hunc morem deprecandi reprehendit Ly-

sias p. 186. παρεσκευασμένοι τινές εἰσι καὶ τῶν φίλων καὶ τῶν τὰ τῆς πόλεως πραττόντων δεῖσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ. et p. 141. 178. Cf. Demosthen. p. 341. Andocid. p. 19. Δεῦρο, Ἄνυτε, Κέφαλε, ἔτι δὲ καὶ οἱ φυλέται οἱ ᾑρημένοι μοι συνδικεῖν, Θράσυλλος καὶ οἱ ἄλλοι. Aeschin. de f. legat. p. 52. WEBER.

689, 9.—690, 11. Cum nostro loco conferas orat. in Androt. p. 617. in Timocrat. p. 757. et praecipue Olynth. 3. p. 35. et Pseudo-Demosthen. de syntax. p. 174. quibus locis eadem fere iisdem verbis repetita sunt. WEBER.

689, 28. ἀφανίσαι] Ita consumere. tota ut evanescat s. pereat. SCHAEF.

εἰκότως referendum ad proxime antecedentia. Sensus: Nec mirum istos, quantumvis satagant, hoc facere non posse: adeo gloria majorum exsplendescit. SCHAEF.

689, 29. τῷ κυρίῳ τῶν φόρων γενομένῳ τάξαι Ἀριστείδῃ] Aeschines de f. legat. p. 31. Ἀριστείδης ὁ τοὺς φόρους τάξας τοῖς Ἕλλησιν, ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος. Cf. Plutarch. V. Aristid. 24. Thucyd. 1, 96. Diodor. 11, 47. Cornel. Nep. vit. Aristid. 3. Ejus arbitrio quadringena et sexagena talenta quotannis collecta sunt. WEBER.

690, 4. χρήματα ὑπῆρχε πλεῖστα τῶν πάντων Ἑλλήνων] P. 617. χρήματα μὲν γὰρ πλεῖστα τῶν Ἑλλήνων ποτὲ σχὼν (ὁ δῆμος) ἅπανθ' ὑπὲρ φιλοτιμίας ἀνήλωσεν. Quibus verbis pariter atque nostro loco Aristidis et Periclis aetas designatur, qua summae divitiae e reditibus annuis et tributis sociorum confluebant. Thucyd. 1, 80. De qua re vid. Boeckhii Oecon. 1. p. 465. 2. p. 19. Et nonnunquam Demosthenes Athenienses suae aetatis alios Graecos opibus superare dicit, ut Olynth. 1. p. 14. Philipp. 1. p. 51. Quid, quod orat. de symmor. p. 185. eo ipso tempore, quo magnis illi conflictabantur malis, ceteris civitatibus prope omnibus pares fecit opibus. WEBER.

690, 6. οἱ μὲν τὰ κοινὰ διοικοῦντες] Obscure significantur, si Ulpiano ad Olynth. 3. p. 36. credimus, Demades, Eubulus, Phryno, Philocrates. Philocratem ipse Demosthenes posteriori tempore inter legatos a Philippo dites corruptione factos nominatim appellat orat. de f. legat. p. 386. WEBER.

690, 16. τῶν ἑτέρων ἀγαθῶν] Id est, τῶν ἑτέροις ὄντων ἀγαθῶν, ut Reiskius interpretatur, ne quis ἑτέρων arcte conjungat cum ἀγαθῶν. Ambiguitatem librarius cod. unius prohibere voluit scribendo τῶν τῶν ἑτέρων ἀγαθῶν, sed non infrequens est hujusmodi genitivorum apud optimos scriptores concursus. Attulit Schaeferus h. l. exemplum ex p. 926. ἐκ τῶν τούτων ἁπάντων. Adde p. 241. διὰ τῶν ἑτέρων κινδύνων. i. e. *periculis, quae aliis imminerent.* WEBER.

690, 23. Χαρίδημον; οἴμοι] Ἀγανάκτησιν ἐμφαίνει τὰ τοιαῦτα, ait Hermogenes vol. 3. p. 341, citans h. l. et p. 618. Idem hos duos locos paulo ante p. 337. refert ad σχετλιαστικὰς ἐννοίας sive σχετλιασμὸν, quem rhetores dicunt, addens ex p. 375. αὐτὸς ὢν οἶμαι θαυμάσιος στρατιώτης, ὦ Ζεῦ. Cf. Aristidis artem rhet. vol.

9. p. 359. Denique idem ille Hermogenes vol. 3. p. 413. sumsit illos locos in exemplum τῆς ἐπαναλήψεως ἐπὶ διαβολῇ, quia nomen Charidemi, quo gravior fieret oratio, iteratum sit. WEBER.

690, 25. ἀλλ' ὅτι καὶ πάντων ἀνθρώπων] Pergit comparando indignationem movere eo consilio, ut cives id ne perficiant, de quo deliberationem habebant. Ad hoc potentissimum hoc ultimo loco id esse debuit, quod quae in simili re apud alios populos laudabiliter facta erant, scite extulit civesque etiam aliis Graecis pejores consilio dixit. Hac arte saepenumero usus est, veluti in hac oratione p. 656. de reb. Chersones. p. 105. de Rhod. p. 196. s. c. Leptin. p. 481. in Timocrat. p. 744. aliis locis. Neque praetereundum, quod in hac comparatione populos Atheniensibus illo tempore invisos contemtosque composuit. Acerbius Isocrates de pace p. 169. Atheniensibus opponens barbaros reprehendit dicens: ῥᾷον μεταδίδομεν τοῖς βουλομένοις ταύτης τῆς εὐγενείας ἢ Τριβαλλοὶ καὶ Λευκανοὶ τῆς αὐτῶν δυσγενείας. Afferenda sunt in hanc rem Ciceronis verba de inventione 1. 54. exponentis ibi, ex quibus locis indignatio tractanda sit, ubi haec extrema: "Quintusdecimus locus est, per quem dicimus, inimicis quoque et hostibus ea, quae nobis acciderint, indigna videri solere. Et indignatio his fere de locis gravissime sumetur." WEBER.

690, 27. Αἰγινήτας μὲν τουτουσὶ] Indicat pronomen homines notissimos, non sine contemtu, quem vultu et voce expresserit orator. Eodem modo p. 691. Ὠρείτας ἐκείνους. p. 113. τοῖς ταλαιπώροις Ὠρείταις τουτοισί. p. 364. τοὺς καταράτους Εὐβοέας τουτουσί. p. 204. In Aeginetas, quia classe valebant eorumque insula propter propinquitatem Piraeo nimis imminebat et alias ob caussas Athenienses acerbissimum odium exprompserunt variis temporibus et variis modis. V. Winiewskii comment. p. 19. WEBER.

690, 29. Λάμπιν] Citat h. l. Minucianus vol. 9. p. 603., ubi disputat de eo, cujus generis exempla esse debeant. εἰ δὲ καὶ πόρρωθεν, inquit, λαμβάνοιτο, δεῖ αὐτὰ προσάγειν τῷ λόγῳ, καὶ μηδὲν ἐξ ἀδόξων λαμβάνεσθαι, ἀλλ' ἢ τὰ πρόσωπα, ἢ τὰ πράγματα, ἢ καὶ ἀμφότερα ἔνδοξα εἶναι· ἀμφότερα μὲν ἔνδοξα ἐν ἐκείνῳ τῷ παραδείγματι.—ἔνδοξον δὲ τὸ πρᾶγμα μόνον τὸ "Λάμπιν Αἰγινήτας κοσμήσαντα τὸ ἐμπόριον αὐτοῖς μὴ πεποιῆσθαι πολίτην, μηδὲ Μεγαρέας Ἕρμωνα τὸν κυβερνήτην· τὰ μὲν γὰρ πρόσωπα μικρὰ, τὸ δὲ ἐν τούτοις φρόνημα οὐ μικρόν. Lampis, fortasse idem qui p. 918. commemoratur. WEBER.

691, 1. κατεσκεύακε] *Ornavit*. V. p. 689. 15. 18. SCHAEF.

691, 3. μόλις τῆς ἀτελείας αὐτὸν ἠξιωκέναι τῆς τοῦ μετοικίου] Hoc immunitatis genus inter cetera, quae commemorantur, veluti portorii, liturgiarum, rarissime invenitur. Praeter hunc locum Boeckhius Oecon. Ath. vol. 1. p. 354. affert Marmora Oxon. 24, 35. ed. Chandl. WEBER.

691, 4. καὶ Μεγαρέας τουτουσὶ τοὺς καταράτους] Citat h. l. Apsines vol. 9. p. 518. sensum, non verba exprimens, et eadem

quidem de caussa ac Minucianus antecedentem et hunc ipsum, sed tamen paulo aliter praecipiens. Εἰ μὲν οὖν ἀπ' ἀλλοτρίου προσώπου, ἀδόξου δὲ, λαμβάνοιτο (παράδειγμά τι), χρὴ κατ' ἐπιτίμησιν αὐτὸ εἰσάγειν· οἷον αἰσχύνομαι νὴ τοὺς θεοὺς εἰ Μεγαρεῖς μὲν τάδε ἔπραξαν, ὑμεῖς δὲ ὄντες Ἀθηναῖοι μὴ πράξετε, Megarenses, non longe Athenis distantes, et prius et eo ipso tempore, quo haec dicta sunt, invisi civibus erant. V. Winiewskii comment. p. 299. Hinc κατάρατοι dicti, quo eodem nomine odium in Euboeenses p. 364. elocutus est. WEBER.

691, 5. Ἕρμωνα] Xenophon Hellenic. 1, 6. 32. Ἕρμων δὲ Μεγαρεὺς, ὁ τῷ Καλλικρατίδᾳ κυβερνῶν, εἶπε πρὸς αὐτόν. Ibi Schneiderus Demosthenis locum respiciens: "Quomodo igitur, inquit, Megareus hic ante pugnam ad Aegospotamos dicitur? Scilicet ut civem se gesserat Megarensem, et jus civitatis denique consequi conatus est adjuvante Lysandro." Contra recte Schaeferus hoc loco: "Non se gesserat civem, sed cum civis postremo factus esset pervincentibus Spartanis, quamvis Megarenses initio repugnassent, Xenophon per anticipationem dixit Μεγαρέα." Civitatem ejus expresse memorat Pausanias 10. p. 819., Hermonem ἐγγραφέντα εἰς τὴν πολιτείαν τῶν Μεγαρέων cum Abante haruspice Lysandri dicens. Cf. Sieversii commentatt. historic. de Xenophontis Hellenic. p. 38 et p. 90. n. 226. WEBER.

691, 6. τριήρεις διακοσίας] Centum et octoginta numero navium classem, quae ad Aegos flumen stetit, memorat Xenophon Hellenic. 2, 1, 20., consentiente Diodoro 13, 105. Ex his navibus novem, referentibus Xenophonte §. 28. et Plutarcho V. Lysand. 11., decem secundum Diodorum 106. et Pausaniam 3, 11. manum Lysandri effugerunt. V. Schneider ad Hellenic. l. c. et Wesseling. ad Diodor. l. c. Orator ponit numerum rotundum, neque id sine consilio. Intererat enim ejus, id quod facere solent oratores, Hermonis opera captarum navium numerum augeri. V. interpretes ad orat. de symmor. p. 186. WEBER.

691, 7. ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς] Hoc factum est Olymp. 93, 4., (404. a. Chr.) V. Weissenbornii Hellen p. 201. WEBER.

691, 8. κελευόντων] Talia Lacedaemonii injuste atque superbe imperantes postulabant a sociis, ad quos Megarenses pertinebant. Cf. Xenophont. Hellenic. 1, 1, 36. WEBER.

691, 11. καὶ Ὠρείτας ἐκείνους] Apti sunt hi accusativi, Ὠρείτας ἐκείνους—οἰκοῦντας, ex illo αἰσχρὸν p. 690, 26. *Qui turpe non sit —hos Oritas, habitantes —*. Jam sequi debebat ἠξιωκέναι. *Charidemum dignatos non esse.* REISK. Caussa τοῦ ἀνανταποδότου σχήματος, cujus notabile exemplum hic locus habet, quae dicenda sit, monere vix attinet: intersertis enim membris imputandum esse satis constat. Haec membra fecerunt ut scriptores nunc inscientes, utpote obliti prioris constructionis, nunc consulto a recta orationis semita deflecterent. Consulto nunc deflexisse oratorem arbitror. Cum enim tria illa membra, ᾧ μήτηρ—πολῖτις ἐκεῖ, πατὴρ δὲ—ἢ πόθεν, οὐδὲν γὰρ—αὐτὸν ἐξετάζεσθαι, quod adhuc

filum texuerat interrupissent, obliquam antea orationem dehinc in rectam ita convertit, nova ut periodum interrogatio graviter finiret, quam aliae deinceps interrogationes magno cum pondere sequerentur. SCHAEF.

691, 11. *μέρος τέταρτον Εὐβοίας οἰκοῦντας*] Reliquae tres partes erant Chalcis, Eretria, Carystus. Scylax Euboeam appellat *τετράπολιν. Αὕτη τετράπολις· εἰσὶ δὲ ἐν αὐτῇ Κάρυστος, Ἐρετρία καὶ λιμὴν, Χαλκὶς καὶ λιμὴν, Ἑστιαία καὶ λιμήν.* Oreus prius Hestiaea dicebatur, in extrema insulae parte septentrionali sita. Cf. Strabo 10. p. 445. scholiastes Thucydid. 1, 114. et Morus ad Isocrat. Panegyr. §. 108. WEBER.

691, 14. *οὐδὲν γὰρ δεῖ*] Tiberius vol. 8. p. 536. *Ἀποσιώπησις δέ ἐστιν ὅταν μέλλων λέγειν πρᾶγμα αὐτὸ μὲν ἀποσιωπήσῃ, τὴν δὲ ὑπόνοιαν αὐτοῦ καταλίπῃ.* allato hoc loco ita pergens: *Οὐδὲν γὰρ ἂν εἶπε τοσοῦτον οἷον τῇ ὑπονοίᾳ παρέδωκεν.* Cf. Alexander vol. 8. p. 450. auctor ad Herennium 4, 54. Alia apud Demosthenem hujus figurae exempla sunt, p. 763. *καὶ βουληθέντι λαβεῖν τὴν ἀδελφὴν (ἐξ οὗ δὲ τρόπου, παραλείψω) λαβὼν ἀργύριον δέδωκεν.* p. 1010. *τῇ δὲ τούτων μητρὶ Πλαγγόνι ἐπλησίασεν ὅντινα δή ποτ' οὖν τρόπον.* p. 1102. *ὃν δὲ τρόπον, οὐκ ἴσως καλὸν υἱεῖ περὶ μητρὸς ἀκριβῶς εἰπεῖν.* Add. orat. I. in Aristogit. p. 787. WEBER.

691, 15. *τὸ ἥμισυ τοῦ γένους αὐτοῦ συμβαλλομένου*] Id est, *ipso conferente dimidiam generis partem, parte tamen altera eum non dignati sunt.* Etenim non est dubium quin Orei eadem civitatis ratio fuerit quae alibi. In plurimi senim Graecorum civitatibus is natura civis erat, quem ab utroque parente civibus natum esse constabat: qui patrem tantum aut matrem civem habebant, *νόθοι* dicebantur vel *ξένοι.* Vid. Aristot. Polit. 3, 1. Meier. de bonis damn. p. 63. Itaque Charidemum, cujus pater peregrinus esset, natura civis non factus est matre cive, et si fieri vellet civis, id quod a patre ei deerat ad civitatem, populus addere debebat donatione. WEBER.

691, 18. *Κυνόσαργες*] Citat h. l. Harpocration v. *Κυνόσαργες* et v. *Νόθοι.* REISK. V. Plutarchi V. Themist. c. 1.

ὑμεῖς δ'—τετιμηκότες ἄλλοις] Citant Anecd. Bekk. p. 175, 17. SCHAEF.

691, 21. *τοῦτ'*] Id est, quod Aristocratis psephisma postulat, Charidemi securitatem atque vitae tutelam. WEBER.

693, 2. *οὗτοι—αὐτοῖς*] Aristocratem dicit ejusque advocatos. REISK.

XXIV.

ADVERSUS TIMOCRATEM.

Habita est haec oratio archonte Eudemo, Olymp. 106, 4. Dionys. Halic. in Epist. ad Ammaeum c. 4. vol 6. p. 725. ἐπὶ δὲ Εὐδήμου τοῦ μετὰ Διότιμον ἄρξαντος τόν τε κατὰ Τιμοκράτους λόγον ἔγραψε Διοδώρῳ τῷ κρίνοντι παρανόμων τὸν Τιμοκράτην καὶ τὸν περὶ τῆς Μεγαλοπολιτῶν βοηθείας δημηγορικὸν, ὃν αὐτὸς ἀπηγγειλε. Plurima habet communia cum illa altera, quae habita est contra Androtionem: idque non mirum, cum Androtio et Timocrates in republica administranda dicam an pessumdanda arctissimo inter se foedere conjungerentur, et idem utriusque accusator prodiret, quisquis demum fuerit, Diodorus. Unde evenit ut Androtionis facinora quaedam iisdem utrobique fere verbis recenseret. Confer

Androt.	p. 607, 23.—610, 16.
	p. 613, 12.—fin.
Timocrat.	p. 750, 2.—752, 22.
	p. 753, 16.—758, 22.

Vide Ulpianum hic ad p. 750, 2. Gravissima sane oratio et in primis admirabilis. Eam utique si cum Leptinea conferas, invenies, ut genere laudis pariter excellere, ita argumenti ratione, si fas sit cum scholis loqui, directe ἀντιστοιχεῖν. In illa enim popularem legem summa cum humanitate commendat, in hac similem non minori cum severitate improbat. Et sane quicunque ad hujus lectionem accedit Attica jurisprudentia leviter imbutus, summa cum voluptate leget orationem et gravitate argumenti et literarum elegantia et acumine ingenii cum Demosthenicarum vel optimis conferendam: ut jure scripserit Theo p. 5.: κάλλιστοι τῶν δημοσίων λόγων, ἐν οἷς περὶ νόμου τι ἢ ψηφίσματος ἀμφισβητεῖται. λέγω δὲ τόν τε περὶ στεφάνου καὶ τὸν κατὰ Ἀνδροτίωνος καὶ Τιμοκράτους etc. Rursus p. 21. (edit. Batav. 1626.): εὐπορήσομεν δὲ καὶ νόμων ἀνασκευῆς, πολλαχοῦ μὲν παρὰ πλείστοις τῶν ῥητόρων, ἐντελέστατα δὲ παρὰ Δημοσθένει ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους καὶ Ἀριστοκράτους καὶ πρὸς Λεπτίνην. TAYLOR.

FRAGMENTA SOLONEA

DE LEGIBUS

COLLECTA AB H. SCHELLINGIO[a].

"In quaestione de legum ferendarum abrogandarumque apud Atticos ratione enodanda, quamquam jam multi elaboraverint, de jure Attico optime meriti Sigonius[b], Meursius[c], Petitus[d], F. A. Wolfius[e], Schoemannus[f], et Platnerus[g], tamen tam longa et impedita est ratio legum ferendarum et abrogandarum, qualem eam Solon, qua erat prudentia, jussit, ut neque illorum virorum studium atque doctrina hanc materiam plane exhauserint, nec mihi parvus disputandi locus relictus sit.

Primum loca oratorum de legum ferendarum et abrogandarum ratione proferemus, deinde, quomodo secundum illa loca leges ferendae atque abrogandae fuerint apud Atticos, breviter exponemus.

I. Dem. in Timocr.: 706, 4 — 707, 17.

Ἐπιχειροτονία νόμων.

Ἐπὶ δὲ τῆς πρώτης πρυτανείας τῇ ἑνδεκάτῃ ἐν τῷ δήμῳ, ἐπειδὰν εὔξηται ὁ κῆρυξ, ἐπιχειροτονίαν ποιεῖν τῶν νόμων, πρῶτον μὲν περὶ τῶν βουλευτικῶν, δεύτερον δὲ περὶ τῶν κοινῶν, εἶτα, οἳ κεῖνται τοῖς

a [Ex ejus dissertatione de Solonis legibus apud oratores Atticos, Berol. 1842. p. 42—54. Qui Soloni has legum particulas tribuit, praeeuntibus partim oratoribus ipsis (v. Demosth. Lept. p. 484, 15. 485, 10. Aeschines c. Ctesiph. p. 429.), etsi plura in iis sunt quae post Clisthenem demum aut Periclea aetate scripta esse possunt: de quo dixit Meierus in censura libri Schellingiani in Ephem. Halens. a. 1844. vol. 2. p. 1307 sq. similemque dubitationem movit Frankius in ejusdem libri censura in Ephem. Jenens. a 1844. p. 734.—Post Schellingium commentationem de actis orationi Timocrateae insertis scripsit A. Westermannus, cujus tamen summam tantum exposuit in Actis Societatis literarum Saxonicae a. 1847. fasc. VI. p. 189, 190. Is quae leguntur § 23—26. 38, 39, 68. etsi a falsario composita, tamen ex antiquis fontibus ducta esse judicat, (eademque de lege prima § 23—26. Frankii est sententia, qui eam tractavit l. c. p. 736 seqq.) contra psephisma insertum § 31. recentis et imperiti interpolatoris fetum esse, legis autem formulam § 46, 47. ex solis oratoris verbis esse compositam. Idem de locis orationis Leptineae ab Schellingio tractatis dixit in *Zeitschr. f. d. Alterthumsw.* a. 1844. p. 773 sqq., dissentiens in quibusdam ab illo. G. DINDORF.]

b De magistr. Athen. 2. 4.

c Them. Att. 2. 7.

d De Leg. Att. p. 171—196.

e Proleg. in Demosth. Leptineam p. 125—152.

f De comitiis Athen. p. 243—248.

g De lite Attica p. 25—40.

ἐννέα ἄρχουσιν, εἶτα τῶν ἄλλων ἀρχῶν. Ἡ δ' ἐπιχειροτονία ἔστω ἡ προτέρα, ὅτῳ δοκοῦσιν ἀρκεῖν νόμοι οἱ βουλευτικοί· ἡ δ' ὑστέρα, ὅτῳ μὴ δοκοῦσιν· εἶτα τῶν κοινῶν κατὰ ταὐτά. Τὴν δ' ἀποχειροτονίαν[h] εἶναι τῶν νόμων κατὰ τοὺς νόμους τοὺς κειμένους. Ἐὰν δέ τινες τῶν νόμων τῶν κειμένων ἀποχειροτονηθῶσι, τοὺς πρυτάνεις, ἐφ' ὧν ἂν ἡ ἐπιχειροτονία γένηται, ποιεῖν περὶ τῶν ἀποχειροτονηθέντων τὴν τελευταίαν τῶν τριῶν ἐκκλησιῶν.

Τοὺς δὲ προέδρους, οἳ ἂν τυγχάνωσι προεδρεύοντες ἐν ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, χρηματίζειν, ἐπάναγκες πρῶτον μετὰ τὰ ἱερὰ περὶ τῶν νομοθετῶν, καθ' ὅ,τι καθεδοῦνται· καὶ περὶ τοῦ ἀργυρίου, ὁπόθεν τοῖς νομοθέταις ἔσται. Τοὺς δὲ νομοθέτας εἶναι ἐκ τῶν ὀμωμοκότων τὸν ἡλιαστικὸν ὅρκον· ἐὰν δ' οἱ πρυτάνεις μὴ ποιῶσι τὴν ἐκκλησίαν, ἢ οἱ πρόεδροι μὴ χρηματίσωσι κατὰ τὰ γεγραμμένα, ὀφείλειν τῶν μὲν πρυτάνεων ἕκαστον χιλίας δραχμὰς ἱερὰς τῇ Ἀθηνᾷ. τῶν δὲ προέδρων ἕκαστος ὀφειλέτω τετταράκοντα δραχμὰς ἱερὰς τῇ Ἀθηνᾷ. Καὶ ἔνδειξις αὐτῶν ἔστω πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, καθάπερ ἐάν τις ἄρχῃ ὀφείλων τῷ δημοσίῳ. Οἱ δὲ θεσμοθέται τοὺς ἐνδειχθέντας εἰσαγόντων εἰς τὸ δικαστήριον κατὰ τὸν νόμον· ἢ μὴ ἀνιόντων εἰς Ἄρειον πάγον, ὡς καταλύοντες τὴν ἐπανόρθωσιν τῶν νόμων.

Πρὸ δὲ τῆς ἐκκλησίας ὁ βουλόμενος Ἀθηναίων νομοθετεῖν ἐκτιθέτω πρόσθεν τῶν ἐπωνύμων γράψας τοὺς νόμους, οὓς ἂν τιθῇ, ὅπως ἂν πρὸς τὸ πλῆθος τῶν τεθέντων νόμων ψηφίσηται ὁ δῆμος περὶ τοῦ χρόνου τοῖς νομοθέταις. Ὁ δὲ τιθεὶς τὸν καινὸν νόμον ἀναγράψας εἰς λεύκωμα ἐκτιθέτω πρόσθεν τῶν ἐπωνύμων ὁσημέραι, ἕως ἂν ἐκκλησία γένηται.

Αἱρεῖσθαι δὲ καὶ τοὺς συναπολογησαμένους τὸν δῆμον τοῖς νόμοις, οἳ ἂν ἐν τοῖς νομοθέταις λύωνται, πέντε ἄνδρας ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων τῇ ἑνδεκάτῃ τοῦ Ἑκατομβαιῶνος μηνός.

II. Statim suis ipsius verbis orator rursus exponit sensum legis, quam allegaverat — 707, 24 — 708, 5.

Καὶ πρῶτον μὲν ἐφ' ὑμῖν ἐποίησαν διαχειροτονίαν, πότερον εἰσοιστέος ἐστὶ νόμος καινὸς, ἢ δοκοῦσιν ἀρκεῖν οἱ κείμενοι. Μετὰ ταῦτα ἂν χειροτονήσητε εἰσφέρειν, οὐκ εὐθὺς τιθέναι προσέταξαν, ἀλλὰ τὴν τρίτην ἀπέδειξαν ἐκκλησίαν· καὶ οὐδ' ἐν ταύτῃ τιθέναι, ἀλλὰ σκέψασθαι καθ' ὅ,τι τοὺς νομοθέτας καθεδεῖτε [imo καθιεῖτε]. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ χρόνῳ προσέταξαν τοῖς βουλομένοις εἰσφέρειν ἐκτιθέναι τοὺς νόμους πρόσθεν τῶν ἐπωνύμων, ἵν' ὁ βουλόμενος σκέψηται, κἂν ἀσύμφορον ὑμῖν τι κατίδῃ, φράσῃ, καὶ κατὰ σχολὴν ἀντείπῃ.

III. Demosthenes in Leptinem :

A. 484, 9 — 16.

Ἀλλ' ὁ παλαιὸς, ὃν οὗτος (Λεπτίνης scilic.) παρέβη, νόμος οὕτω κελεύει νομοθετεῖν· γράφεσθαι μὲν, ἄν τίς τινα τῶν ὑπαρχόντων νόμων μὴ καλῶς ἔχειν ἡγῆται, παρεισφέρειν δ' αὐτὸς ἄλλον, λύων ἐκεῖνον, ὑμᾶς δ' ἀκούσαντας ἑλέσθαι τὸν κρείττω. Οὐ γὰρ ᾤετο δεῖν ὁ Σόλων ὁ τοῦτον τὸν τρόπον προστάξας νομοθετεῖν etc.

[h] [ἀποχειροτονίαν male posuit Schellingius pro ἐπιχειροτονίαν, de quo infra dicetur.]

B. 485, 5—22.

Λάβε μοι τὸν νόμον, καθ' ὃν ἐνομοθέτησαν οἱ πρότερον νομοθέται. Λέγε. ΝΟΜΟΣ. Συνίετε καθ' ὃν τρόπον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὁ Σόλων τοὺς νόμους ὡς καλῶς κελεύει τιθέναι; πρῶτον μὲν παρ' ὑμῖν ἐν τοῖς ὀμωμοκόσιν, παρ' οἷσπερ καὶ τἄλλα κυροῦται· ἔπειτα λύοντα τοὺς ἐναντίους, ἵν' εἷς ᾖ περὶ τῶν ὄντων ἑκάστου νόμος —, καὶ πρὸ τούτων γ' ἐπέταξεν ἐκθεῖναι πρόσθεν τῶν ἐπωνύμων καὶ τῷ γραμματεῖ παραδοῦναι. Τοῦτον δ' ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀναγιγνώσκειν, ἵν' ἕκαστος ὑμῶν ἀκούσας πολλάκις καὶ κατὰ σχολὴν σκεψάμενος, ἃ ἂν ᾖ καὶ δίκαια καὶ συμφέροντα, ταῦτα νομοθετῇ.

IV. Demosthenes in Timocr. (710, 16—29) hanc legem affert.

ΝΟΜΟΣ.

Τῶν δὲ νόμων τῶν κειμένων μὴ ἐξεῖναι λῦσαι μηδένα, ἐὰν μὴ ἐν νομοθέταις. Τότε δ' ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ τῶν Ἀθηναίων, ἕτερον ἀντιτιθέντι ἀνθ' ὅτου ἂν λύῃ. Διαχειροτονίαν δὲ ποιεῖν τοὺς προέδρους περὶ τούτων τῶν νόμων. πρῶτον μὲν περὶ τοῦ κειμένου, εἰ δοκεῖ ἐπιτήδειος εἶναι τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων ἢ οὔ· ἔπειτα περὶ τοῦ τιθεμένου· ὁπότερον δ' ἂν χειροτονήσωσιν οἱ νομοθέται, τοῦτον κύριον εἶναι.

Ἐναντίον δὲ νόμον μὴ ἐξεῖναι τιθέναι τῶν νόμων τῶν κειμένων. Ἐὰν δέ τις λύσας τινὰ τῶν νόμων τῶν κειμένων ἕτερον ἀντιτιθῇ μὴ ἐπιτήδειον τῷ Ἀθηναίων δήμῳ ἢ ἐναντίον τῶν κειμένων τῳ, τὰς γραφὰς εἶναι κατ' αὐτοῦ κατὰ τὸν νόμον, ὃς κεῖται, ἐάν τις μὴ ἐπιτήδειον θῇ νόμον.

V. Aeschines in Ctesiph. ita loquitur (429—431):

Οὔτε ἠμέληται περὶ τῶν τοιούτων τῷ νομοθέτῃ τῷ τὴν δημοκρατίαν καταστήσαντι, ἀλλὰ διαρρήδην προστέτακται τοῖς θεσμοθέταις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν διορθοῦν ἐν τῷ δήμῳ τοὺς νόμους ἀκριβῶς ἐξετάσαντας καὶ σκεψαμένους, εἴ τις ἀναγέγραπται νόμος ἐναντίος ἑτέρῳ νόμῳ, ἢ ἄκυρος ἐν τοῖς κυρίοις, ἢ εἴ πού εἰσι νόμοι πλείους ἑνὸς ἀναγεγραμμένοι περὶ ἑκάστης πράξεως, κἂν τι τοιοῦτον εὑρίσκωσιν, ἀναγεγραφότας ἐν σανίσιν ἐκτιθέναι κελεύει πρόσθεν τῶν ἐπωνύμων· τοὺς δὲ πρυτάνεις ποιεῖν ἐκκλησίαν, ἐπιγράψαντας νομοθέτας, τὸν δ' ἐπιστάτην τῶν προέδρων διαχειροτονίαν διδόναι τῷ δήμῳ, καὶ (τούτους) τοὺς μὲν ἀναιρεῖν τῶν νόμων, τοὺς δὲ καταλείπειν, ὅπως ἂν εἷς ᾖ νόμος καὶ μὴ πλείους περὶ ἑκάστης πράξεως. Καί μοι λέγε τοὺς νόμους. ΝΟΜΟΙ.

Hanc, quam ultimo loco excerpsi legem, plerique, Petitus, Schoemannus[i], Platnerus a ceteris plane sejunxerunt, quasi alio

[i] De comit. p. 260. quamquam nuper a sententia sua discessit (Antiquit. publ. p. 227.) [Priorem Schoemanni sententiam rursus probavit Frankius in censura libri Schellingiani p. 736 sqq. et recte, ut videtur. Nam apud Aeschinem de *διορθώσει νόμων* agitur, in qua legibus abrogatis novae non substituebantur, quod contra fieri debuit in *ἀποχειροτονίᾳ* de qua agitur in lege orationis Timocrateae. Hinc concidunt omnia quae opinioni illi ab Wolfio primo significatae infra superstruxit Schellingius: quae tamen, quum res in diversas partes disceptata sit, omittere noluimus. G. DINDORF.]

spectaret, neque eadem, quae illae contineret, etsi vel levissimus aspectus similitudinem ipsam inter et leges primo loco (1.) commemoratas doceat: in utrisque enim publica legum recensio, in utrisque expositio ante Eponymorum statuas, in utrisque Nomothetarum ad rem componendam electio memorata est. Solus Wolfius[k], postquam de loco in Demosthenis Timocratea p. 706 sq. disseruit, de ista similitudine his verbis sententiam suam aperit. "Jungendam denique cum his puto auctoritatem Aeschinis in oratione in Ctesiphontem, quamvis ibi simul aliarum rerum quarundam mentio fiat, quas in illis legibus non reperias. Quam ob rem vulgo quidem videmus a viris doctis de utroque loco sejunctim exponi: nec id ego, re saepius pensitata, penitus damnare ausim. Contra, quum reputo mecum, apud Aeschinem non minus agi de annua emendatione legum priscis legibus constituta, nihilque ab illo dici, quod cum loco Demosthenis pugnet, quumque istis legum fragmentis vix omnis ratio negotii plane descripta videri queat, pronior sum in eam partem, ut Aeschinem, quamvis breviorem, tum de eadem re vel de ejus praeparatione loqui, tum adeo nonnihil novi ab eo nobis offerri arbitrer."

Apparet, non omnem viro clarissimo dubitationem de loco Aeschinis cum ceteris, quae exscripsimus, conjungendo exemptam fuisse; equidem quomodo ille locus cum ceteris cohaereat, satis mihi perspexisse videor, quam rem exponere in sequentibus conabor. Sed antequam ad rationem legum abrogandarum, ad quam locus iste (5) spectat, transeamus, disserendum nobis est

De Ratione legum ferendarum, quam imperavit Solon.

Duobus modis apud Athenienses potuit ex instituto Solonis lex ferri: vel, si populus in prima Hecatombaeonis mensis concione novam legem expostulasset, vel, si quis sua sponte suoque consilio legem rogaret[l].

Duas has legum rogandarum rationes ab iis, qui de hac re commentati sunt, non satis distinctas esse video, quasi prioris tantum notitia habita. Nihilominus clarissime distinguuntur in loco Demosthenis 707, 7—13, ubi legislator de tertia primi mensis concione agit, in qua et lex a populo postulata et ea,

[k] Prolegom. in Lept. p. 149.

[l] [Atqui hoc alterum quoque in prima concione licuisse e lege ipsa apparet. Vera rei ratio haec esse videtur. In prima Hecatombaeonis concione non leges universae explorabantur, quod uno die fieri non potuisset, et ne omnes quidem recitabantur, sed sententiae de legibus certo ordine ferebantur, utrum sufficere (ἀρκεῖν p. 706, 13.) viderentur an non viderentur, i. e. utrum populus propositas ab singulis novarum legum formulas, quae consentiente senatu ad populum delatae vel jam ante publice expositae essent, considerare vellet an nollet. Quod si nollet, transacta res erat: si vellet, nomothetis tradendae erant, sed, si fides habenda legi qualis orationi Timocrateae inserta est, tum demum si nova lex antiquae obrogaret, ita ut populo, si nulla prior lex abroganda esset, novam adoptare liceret etiam sine nomothetarum consilio. FRANK. l. c. p. 738.]

quam suo impulsu quis rogaturus erat, ante populum in tabulis exponi debebat.

Πρὸ δὲ τῆς ἐκκλησίας ὁ βουλόμενος Ἀθηναίων νομοθετεῖν, ἐκτιθέτω πρόσθεν τῶν ἐπωνύμων γράψας τοὺς νόμους, οὓς ἂν τιθῇ, ὅπως ἂν πρὸς τὸ πλῆθος τῶν τεθέντων νόμων ψηφίσηται ὁ δῆμος περὶ τοῦ χρόνου τοῖς νομοθέταις.

Ὁ δὲ τιθεὶς τὸν καινὸν νόμον, ἀναγράψας εἰς λεύκωμα ἐκτιθέτω πρόσθεν τῶν ἐπωνύμων ὁσημέραι, ἕως ἂν ἐκκλησία γένηται.

Duplicem rationem, qua leges ferendas ante populum exponi necesse erat, in his verbis describi apparet: nam in prioribus vocabula "*νόμους, οὓς ἂν τιθῇ*" satis demonstrant de legibus sua voluntate ab aliquo rogatis agi: in posterioribus verbis autem ex articulo "*τὸν καινὸν νόμον*", qui indicat legem, quae ferenda esset, jam ante notam atque memoratam esse, satis patet sermonem esse de lege, quam in prima hujus mensis concione jam a populo rogatam Atheniensium aliquis conceptam nunc atque conscriptam oculis populi ante statuas Eponymorum exponat. In priori loco verba "*ὅπως ἂν πρὸς τὸ πλῆθος* etc." docent intelligendas esse leges, quae quot et quales sint, vulgus nondum cognitum haberet; in posteriori loco deest haec appendix, quum legis ratio populi impulsu facta esset [m]. Sed si diversae fuerunt hae legum ferendarum rationes, in locis tamen oratorum, quos exscripsimus, non modo inter se, sed et cum legis abrogandae rationibus ita commixtae sunt, ut satis difficile sit quae verba ad unam et quae ad alteram spectent discernere. Nos quidem hoc facere tentabimus in notis expositioni harum duarum rationum nunc incipiendae subjectis.

Secundum priorem legis ferendae rationem quotannis ad concionem convocabatur populus die primi mensis undecimo [n]. Qua in concione, referentibus Prytanibus, omnes ex ordine leges perquisitae sunt, num statui reipublicae sufficerent, necne; eaque de re populus in suffragia missus est. Si de qua re, cui leges non satis providerant, novam legem ferri populus jussisset, potuit quivis Atheniensium eam conscribere et singulis diebus usque ad tertiam concionem ante Eponymorum statuas exponere. Tum Nomothetis e numero judicum electis, quibus in eadem concione tempus mercesque muneris decernebantur, lex tradebatur; iique suffragium tulerunt, sitne apta lex necne [o].

[m] Taylorus, quum ad locum primo (1) a nobis exscriptum differentiam illarum duarum rationum non videret, commentus est, secundam constitutionem, in qua idem ritus praescriberetur, aliunde ac priorem sumtam esse.

[n] De statis comitiorum diebus cf. Schoemann. de com. p. 33—52.

[o] Haec omnia, quae exposuimus, continentur verbis loc. I. 706, 8—15. Ἐπὶ δὲ τῆς πρώτης πρυτανείας τῇ ἑνδεκάτῃ ἐν τῷ δήμῳ, ἐπειδὰν εὔξηται ὁ κῆρυξ (cf. cap. 3. nostr. dissert.) ἐπιχειροτονίαν ποιεῖν τῶν νόμων· (h. e. populum in suffragium per manus porrectas—χειροτονία—mittere, legesne recte se habeant, necne;) πρῶτον μὲν περὶ τῶν βουλευτικῶν (h. e. de legibus ad utrumque senatum pertinentibus, non ad senatum quadringentorum tantum, quod voluit Ulpianus ad nostrum locum), δεύτερον δὲ περὶ τῶν κοινῶν (recte Ulpianus: "περὶ τῶν δημοσίων πραγμάτων"), εἶτα, οἳ κεῖνται τοῖς ἐννέα ἄρχουσιν, εἶτα τῶν ἄλλων

Transimus jam ad ritum, qui erat observandus, si quis privatus, populo non rogante, legem ferre statueret. Ad hanc rationem legis ferendae et quidem totam spectat Demosthenis locus in Lept. (3. *A.*)

Primo observandum est, si quis vellet privatus legem de aliqua re rogare, legi autem, quam ipse laturus erat, alia jam prius lata contraria esset, hanc ea, quam infra describemus, ratione, antequam nova ferretur, abrogari necesse fuisse [p]. In ipsa lege ferenda haec erant observanda. Antequam populus ad tertiam primi mensis concionem congregaretur, debebat is, qui sua sponte novam laturus erat legem, eam ante Eponymorum statuas exponere et scriptam scribae tradere [q]; a quo postquam in concione alta voce erat praelecta, cetera eodem modo, quo in priore ratione agebantur; lex Nomothetis tradebatur, qui re saepius pensitata suffragium tulerunt, sitne lex apta atque idonea necne [r].

De legum abrogandarum ratione, quam jussit Solon.

Quemadmodum novae legis rogatio vel populo poscente vel ab homine privato sua sponte fieri potuit, ita duplici quoque modo lex abrogari potuit: aut enim in codice juris duas leges inter se pugnantes inveniri in concione declaraverant Thesmothetae, aut unus e populo inutilem aliquam legem censuerat. Quae differentia jam ideo a commentatoribus legum Atticarum neglecta

ἀρχῶν. Ἡ δ' ἐπιχειροτονία ἔστω ἡ προτέρα, ὅτῳ δοκοῦσιν ἀρκεῖν οἱ νόμοι οἱ βουλευτικοί, ἡ δ' ὑστέρα, ὅτῳ μὴ δοκοῦσιν, εἶτα τῶν κοινῶν κατὰ ταὐτά; et rursus in eodem loco 20—25: τοὺς δὲ προέδρους, οἳ ἂν τυγχάνωσι προεδρεύοντες —et quae sequuntur usque ad verba, ἐὰν δ' οἱ πρυτάνεις μὴ ποιῶσι. Spectant denique ad hanc rationem verba 12—15 (in loco 1.) ὁ δὲ τιθεὶς τὸν καινὸν νόμον etc.

Eadem ratio legum ferendarum describitur a Demosthene in Timocratem 707, 24—708, 5 (loc. sub. 2. exscripto).

p Cf. in loco 3. *B.* (Dem. in Lept. 485, 5—22): πρῶτον μὲν παρ' ὑμῖν ἐν τοῖς ὀμωμοκόσι—ἔπειτα λύοντα τοὺς ἐναντίους, ἵν' εἷς ᾖ περὶ τῶν ὄντων ἑκάστου νόμος. Possit quis ex particulis πρῶτον—ἔπειτα concludere, primum apud Nomothetas de nova lege actum esse, tum demum contrariam esse sublatam—quae res non ita se habet, sed enumerat orator virtutes legis Soloneae. Sensus est: praestantia legis potest cognosci primum ex eo, quod nova lex non vulgi, sed peritorum judicio committitur, tum ex eo, quod antequam nova rogaretur, contrariam jubet abrogari.

In sequentibus autem particula πρό sane de tempore est intelligenda.

Legem alteri contrariam rogari haud licuisse, apparet quoque ex loco 4 (Dem. in Lept. 710, 22): Ἐναντίον δὲ νόμον μὴ ἐξεῖναι θεῖναι τῶν νόμων τῶν κειμένων. Simul poena eodem loco definitur: Ἐὰν δέ τις λύσας τινὰ τῶν νόμων τῶν κειμένων ἕτερον ἀντιτιθῇ μὴ ἐπιτήδειον τῷ Ἀθηναίων δήμῳ ἢ ἐναντίον τῶν κειμένων τῳ, τὰς γραφὰς εἶναι κατ' αὐτοῦ κατὰ τὸν νόμον, ὃς κεῖται, ἐάν τις μὴ ἐπιτήδειον θῇ νόμον.

q Habes hujus rei argumenta in loco 1. (Dem. 707, 7—9): Πρὸ δὲ τῆς ἐκκλησίας ὁ βουλόμενος Ἀθηναίων νομοθετεῖν ἐκτιθέτω, et quae sequuntur usque ad verba περὶ τοῦ χρόνου τοῖς νομοθέταις; et in loco 3. *B.* (Dem. 485, 17). Καὶ πρὸ τούτων γ' ἐπέταξεν ἐκθεῖναι πρόσθεν τῶν ἐπωνύμων καὶ τῷ γραμματεῖ παραδοῦναι· τοῦτον δ' ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀναγινώσκειν—et quae sequuntur.

r Cf. 485, 9—12. (loco sub 3. *B.*) Συνίετε, καθ' ὃν τρόπον ὁ Σόλων τοὺς νόμους ὡς καλῶς κελεύει τιθέναι, πρῶτον μὲν παρ' ὑμῖν ἐν τοῖς ὀμωμοκόσι, παρ' οἷσπερ καὶ τἄλλα κυροῦται κ. τ. λ. In verbis παρ' ὑμῖν ἐν τοῖς ὀμωμοκόσι (scil. τὸν ἡλιαστικὸν ὅρκον) orator judices alloquitur; totum pro parte positum; intelliguntur enim Nomothetae, qui e numero judicum eligebantur.

est, quod locum Aeschinis in Ctesiphontea (5.), ut supra diximus, cum ceteris non comparassent. [Recte eos loco Aeschinis abstinuisse supra dictum est ubi locum illum apposuit Schellingius. G. DINDORF.]

In loco Demosthenis (1) haec verba inveniuntur (15—20) τὴν δ' ἀποχειροτονίαν[s] εἶναι τῶν νόμων κατὰ τοὺς νόμους τοὺς κειμένους. Quaenam nunc sunt istae leges, *secundum* quas abrogatio legum fieri debet? Sine dubio nullae aliae, quam quarum mentionem facit in Ctesiphontea Aeschines (loc. 5; 429, ult.) "προστέτακται τοῖς θεσμοθέταις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν διορθοῦν ἐν τῷ δήμῳ (ἐν τῷ δήμῳ recte vertit Reiskius, "in solenni universi populi concione[t])" τοὺς νόμους κ. τ. λ. Scilicet illa concio, in qua Aeschines leges a Thesmothetis accurate perquisitas esse docet, eadem[u] est, in qua leges apud Demosthenem ἐπιχειροτονίαν et ἀποχειροτονίαν fieri jubent; haec ipsa enim fiebat referentibus Thesmothetis[x], qui omnibus legibus accurate perlustratis, si quam invenissent legem nullius auctoritatis, quae tamen inter ceteras esset, aut plures leges de eadem re, aut etiam instituta inter se pugnantia, omnem rem ad populum deferebant, qui manibus porrectis declarabat, quas leges abrogari, quas non vellet. Si aboleri quasdam visum erat, Prytanes cetera de hac

s Ita recte legit Taylorus pro ἐπιχειροτονίαν. [De Tayloro fallitur Schellingius. Taylorus enim non hoc loco ἐπιχειροτονίαν in ἀποχειροτονίαν mutari voluit, sed v. 18. vulgato ἐπιχειροτονία praetulit quod in aliis libris est ἀποχειροτονίαν. G. DINDORF.] Nam quum legislator in iis, quae proxime antecedunt, non solum quo die et quo praeside ἐπιχειροτονία habenda, sed etiam, quis ritus in concione, quis ordo in legibus recensendis observandus sit, declaraverit, omnia igitur, quae de ἐπιχειροτονίᾳ praescribi poterant, jam exhausta fuerint, ineptum esset, si legeremus: τὴν δ' ἐπιχειροτονίαν εἶναι τῶν νόμων κατὰ τοὺς νόμους τοὺς κειμένους. Etiam ea, quae sequuntur "ἐὰν δέ τινες τῶν νόμων τῶν κειμένων ἀποχειροτονηθῶσι" clarissime in antecedentibus ἀποχειροτονίαν exigunt. Ceterum ἀποχειροτονία est reprobatio legis inutilis aut superfluae per manus porrectas declarata. Cf. Suid. v. ἀποχειροτονεῖν. [Schellingii conjecturam ἀποχειροτονίαν merito rejicit Frankius in censura p. 736. Nam ad ἀποχειροτονίαν in proximis demum verbis transitur, nec potest juberi ut κατὰ τοὺς νόμους τοὺς κειμένους fiat, quum in sequentibus demum quomodo fieri debeat praescribatur. G. DINDORF.]

t Eodem sensu statim ab initio loci 1. (706, 8.): ἐν τῷ δήμῳ ἐπιχειροτονίαν ποιεῖν κ. τ. λ.

u Schoemannus, quum in libro de comitiis Atheniensium omnino recognitionem legum a Thesmothetis factam, quam Aeschines memorat, cum ἀποχειροτονίᾳ τῶν νόμων in loco Demosthenis non conjungendam putaverit, nuper mutata sententia (Antiq. jur. publ. Graec. p. 227. not. 7.), quae Thesmothetae, antequam magistratu abirent, recognitis legibus statuissent, ea in prima insequentis anni concione cum populo communicata fuisse. Equidem non video cur non statuere possimus Thesmothetas in eadem concione recognovisse leges, in qua et populus de ea re in suffragia mitteretur; praesertim, quum tamen etiam in concione sequentis anni esse deberent, qui ad populum referrent. Et si Schoemannus eo fortasse offensus est, quod Thesmothetae primo Hecatombaeonis die creati ab hoc die usque ad undecimum (quo concio habebatur) leges non satis accurate pervestigare potuisse videantur (quae difficultas olim virum doctissimum impulit ut Thesmothetarum recognitionem omnino cum ἀποχειροτονίᾳ non conferendam esse censeret, vid. de comm. p. 260), exempli Prytanum eum commonefacere liceat, qui et ipsi, quum ἐπιχειροτονία in eadem concione haberetur, eodem temporis spatio cognitum habere debebant, num leges, quae exstabant, sufficerent, necne.

x Quam ob caussam vocantur οἱ ἐπὶ τοὺς νόμους κληρούμενοι in Dem. Lept. 484, 15.

re ad tertiam concionem remittebant[y], ubi Thesmothetae in albis tabulis leges abrogandas exponendas curaverunt; in ipsa autem concione Prytanes nomina Nomothetarum, quos eligendos censebant, in tabulis exscripta populo proponebant, eumque in suffragia mittebant, num Nomothetis, quos ipsi proposuerant, assentiret[z]). Nomothetae autem populo probati alteras legum sustulerunt, alteras reliquerunt[a].

Quod attinet ad rationem legis, homine privato auctore, abrogandae, quamquam distincte hanc rem loci, quos attulimus, non doceant, tamen ex analogia vel certissime colligere possumus, hominem quoque privatum, quas leges abrogatas voluerit, ante tertiam concionem exposuisse ad Eponymorum statuas: qua promulgatione illa legis abrogandae accusatio (γραφή) provocabatur, de qua loquitur Demosthenes in Leptinea 484, 11[b].

Tum, postquam quinque syndici jam in prima concione electi legum, de quibus tollendis rogatio lata erat, defensores constituti erant[c], Nomothetis in tertia concione electis lex tradebatur, iique, proëdris referentibus, decernebant num lex civitati detrimento, ideoque abroganda sit, necne[d].

Ceterum legis abrogandae auctorem, si hoc modo lacunam legibus intulisset, eundem oportebat novam ferre legem loco abrogatae[e].

Restat ut loca allata et cum his totam, quam exposuimus, legum ferendarum abrogandarumque rationem originem a Solone duxisse ostendamus.

[y] Cf. loc. 1. (706, 18—20): Ἐὰν δέ τινες τῶν νόμων ἀποχειροτονηθῶσι, τοὺς πρυτάνεις, ἐφ᾽ ὧν ἂν ἡ ἀποχειροτονία γένηται, et quae sequuntur.

[z] Cf. loc. 5. (Aesch. in Ctesiph. 430, 5—13.). Κἄν τι τοιοῦτον εὑρίσκωσιν, ἀναγεγραφότας ἐν σανίσιν ἐκτιθέναι κελεύει πρόσθεν τῶν ἐπωνύμων· τοὺς δὲ πρυτάνεις ποιεῖν ἐκκλησίαν, ἐπιγράψαντας νομοθέτας· τὸν δ᾽ ἐπιστάτην τῶν προέδρων διαχειροτονίαν διδόναι τῷ δήμῳ κ. τ. λ. Verba "ἐπιγράψαντας νομοθέτας" simpliciter verto "postquam Nomothetas (nomina Nomothetarum) in tabulis inscripserunt," scilicet, ut populus suffragium ferret, num illa nomina sibi placerent necne.

In sequentibus verba "τὸν δ᾽ ἐπιστάτην τῶν προέδρων διαχειροτονίαν διδόναι τῷ δήμῳ" minus recte explicasse videtur Eduardus Platnerus (l. c. 2. 31), qui ita ea intelligit, ac si populo decernendum fuisset utra ex duabus legibus inter se pugnantibus abroganda esset, quum tamen hanc quaestionem ad Nomothetas pertinuisse et ex analogia et e loco 4. et ex iis colligi possit, quae nostrum locum subsequuntur, 431, 3 sqq. "Εἰ τοίνυν, ὦ Ἀθηναῖοι, ἀληθὴς ἦν ὁ παρὰ τούτων λόγος καὶ ἦσαν δύο κείμενοι νόμοι περὶ τῶν κηρυγμάτων ἐξ ἀνάγκης, οἶμαι, τῶν μὲν θεσμοθετῶν ἐξευρόντων, τῶν δὲ πρυτάνεων ἀποδόντων τοῖς νομοθέταις, ἀνῄρητ᾽ ἂν ὁ ἕτερος τῶν νόμων."

[a] 430 ult.—431, 1 in Aesch. Ctesiph. "Πρυτάνεις ποιεῖν ἐκκλησίαν, ἐπιγράψαντας νομοθέτας· τὸν δ᾽ ἐπιστάτην τῶν προέδρων διαχειροτονίαν διδόναι τῷ δήμῳ, καὶ τοὺς μὲν ἀναιρεῖν τῶν νόμων, τοὺς δὲ καταλείπειν." Postrema verba ad Nomothetas esse referenda, manifestum est. Schoemann. (l. c. p. 259. not. 28.) satis bene locum se habere putat, si μέσῃ στιγμῇ ante "καί" interpungatur. Sed potius ante "τοὺς" inserendum "τούτους" (scil. Nomothetas), quod vocabulum ob ductuum similitudinem facillime excidere potuit.

[b] Γράφεσθαι μὲν εἴ τίς τινι τῶν νόμων μὴ καλῶς ἔχειν ἡγῆται κ. τ. λ.

[c] Conf. loc. 1. Dem. in Timocr. 707, 15—18.

[d] Conf. loc. 4. et loc. 3. A. "Ὑμᾶς (scilicet δικαστὰς, τοὺς ὀμωμοκότας τὸν ἡλιαστικὸν ὅρκον) δ᾽ ἀκούσαντας ἑλέσθαι τὸν κρείττω."

[e] Cf. Dem. in Leptinem 484, 12; Dem. in Timocr. 710, 19.

Quod rationem attinet, quae homini privato ad legem ferendam et abrogandam ineunda erat, ipse orator in Leptinea (locis 3. *A* atque 3. *B*.) a Solone praescriptam eam fuisse declarat. Tum autem legem quoque loco 4 citatam, quippe eadem capita, quae locus 3. *A*, continentem Solonis fuisse concedere oportet.

Ceteras autem leges, quas colligere possis e locis 1, 2, 5, Soloneas esse jam inde certum et manifestum esset, quod cum illis uno tenore aliae constitutiones conjunctae sunt, quas Solonis esse jam constat, nisi originem clarius etiam alia testimonia docerent. Nam quem alium ac Solonem Demosthenes legum, loco 1, 706 sq. expositarum, de quibus "*οὗτοι πάντες οἱ νόμοι κεῖνται πολὺν ἤδη χρόνον*" affirmat, auctorem faceret, aut quem alium harum legum auctorem Aeschines in Ctesiphontea nomine conditoris *τῆς δημοκρατίας* celebrare potuisset [f], ac illum, qui primus auctoritatem populi legibus sancivit, jureque de se ipse canere poterat:

Δήμῳ μὲν γὰρ ἔδωκα τόσον κράτος, ὅσσον ἐπαρκεῖ [g].

Inter leges Soloneas de legibus ferendis etiam ea referenda est, qua cautum erat ne lex fieret, quae non ad omnes aequaliter pertineret; tum tantum legem de uno homine ferri licuit, si ad minimum sexcenti cives secretis suffragiis id statuissent. Exhibent legis hujus verba:

I. Andocides de myster. 42, 4—9.

Μηδὲ ἐπ' ἀνδρὶ νόμον ἐξεῖναι θεῖναι, ἐὰν μὴ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν Ἀθηναίοις, ἐὰν μὴ ἑξακισχιλίοις δόξῃ κρύβδην ψηφιζομένοις.

II. Demosthenes in Aristocratem 649, 3.

ΝΟΜΟΣ. *Μηδὲ νόμον ἐξεῖναι ἐπ' ἀνδρὶ θεῖναι, ἐὰν μὴ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν Ἀθηναίοις τιθῇ, ψηφισαμένων μὴ ἔλαττον ἑξακισχιλίων, οἷς ἂν δόξῃ κρύβδην ψηφιζομένοις.*

III. Demosthenes in Timocratem 719, 3.

ΝΟΜΟΣ. *Μηδὲ νόμον ἐξεῖναι ἐπ' ἀνδρὶ θεῖναι, ἐὰν μὴ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν Ἀθηναίοις τιθῇ, ψηφισαμένων μὴ ἔλαττον ἑξακισχιλίων, οἷς ἂν δόξῃ κρύβδην ψηφιζομένοις* [h].

IV. Demosthenes in Stephanum 2, 1132, 21.

Ἀλλὰ μὴν οἵ γε νόμοι ἀπαγορεύουσι μηδὲ νόμον ἐπ' ἀνδρὶ ἐξεῖναι θεῖναι, ἂν μὴ τὸν αὐτὸν ἐφ' ἅπασιν Ἀθηναίοις.

---

f 429, 17. "*Οὔτε ἠμέληται περὶ τῶν τοιούτων τῷ νομοθέτῃ τῷ τὴν δημοκρατίαν καταστήσαντι.*"

g Cf. Plut. vit. Sol. cap. 16.

h [De hoc loco quae dixit Schellingius v. in annot. ad p. 719, 6.]

In argumenta Graeca.

694, 5. *εἴ τινι*] *εἴ τις* edd. vet. *εἴ τινι*, quod codices praebuerunt jam Wolfius restituerat ex altero argumento p. 696. 26. "Et ea est solennis et perpetua constructio. Ita p. 712, 19. *Τιμοκράτης εἶπε· καὶ εἴ τινι τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ προστετίμηται κατὰ νόμον.* Et infra p. 715, 11. *οὗτος ἔγραψεν ἄντικρυς, καὶ εἴ τινι τῶν ὀφειλόντων δεσμοῦ προστετίμηται.* Similiter p. 719. 18. *ὅσοις δεσμοῦ προστιμᾶται.* Et p. 732, 18. *ἐάν τις ἁλῷ κλοπῆς καὶ μὴ τιμηθῇ θανάτου, προστιμᾶν αὐτῷ δεσμοῦ.* Ita p. 764. 18. *γράψας ἀναίδως, εἴ τινι προστετίμηται δεσμοῦ.* ubi male editio Moreliana et praeter solitum *προτετίμηται.* Denique, paucissimis interjectis, p. 765, 3. *τίς γὰρ ἢ τούτων ἢ ἐκείνων χρεία, ὅταν, οἷς τετίμηται δεσμοῦ, λύωνται;* Adde p. 713. 11. 723. 25. 725. ult. 730. 1." TAYLOR.

695, 1. *πᾶν χρῆμα*] F. *πάντα τὰ χρήματα* vel *πᾶν τὸ χρέος.* WOLF. Rarior locutio, sed non mutanda. SCHAEF.

695, 16. *καὶ γίνεσθαι—δημόσια*] *Et aestimationes furtorum publicae fierent.* Alii *δημοσίᾳ*, *publice*, *ἐπιρρηματικῶς.* WOLF.

τῶν κλοπῶν] Sub. *τῶν ἐκ τῶν σεσυλημένων πλοίων.* WOLF. Valesius ad Harpocrat. legit *καὶ γίνεσθαι τὰ τιμήματα τῶν ἁλόντων δημόσια.* TAYLOR.

Μαύσωλος] Fortasse *Μαύσωλος γάρ.* et v. 17. *κατεβόων δέ.* WOLF. Soluta talibus vinculis oratio videtur Technico simplicitatem affectanti magis placuisse. Et v. ipse Wolfius ad v. 18. SCHAEF.

695, 17. *τὰς πέραν νήσους*] Sub. *τῆς Καρίας, οἷον Ῥόδον καὶ Χίον καὶ Κῶν. ἡ γὰρ Κύπρος ἀποστᾶσα τοῦ βασιλέως ἐπολεμεῖτο.* WOLF. Similiter fere Argumentum imperfectum in cod. Veneto: *ἐπεχείρησε καταδουλώσασθαι αὐτῷ τὰς τρεῖς ταύτας νήσους, Χίον καὶ Ῥόδον καὶ Κῶν.* Miror autem, quare verteret Wolfius *ulteriores* et non potius *adversum jacentes*, *e regione oppositas.* Quod sane debuit. TAYLOR.

695, 18. *ἔδοξε*] F. *ἔδοξε τοίνυν*, nisi hic auctor contra morem consuetudinemque Graecorum delectetur *ἀσυνδέτοις.* WOLF. V. not. ad v. 16. *ἐμήνυσεν Εὐκτήμων* p. 696, 11. item sine vinculo. SCHAEF.

696, 7. *τῷ διπλασίῳ*] Addendum fortasse *ἔνοχοι.* BEKKER. F. *τοῦ διπλασίου.* SCHAEF.

696, 16. *δηλονότι*] Jungam sequentibus. *Horum nomina autem scripto indicavit, nimirum fugiens*—. SCHAEF.

696, 21. *προστάττοντος δὲ νόμου κ. τ. λ.*] Anonymi errorem notavit Boeckhius Oecon. Athen. vol. 1. p. 364. SCHAEF.

697, 25. *ἀλλ' οὖν γε τοῦ μὴ*—] In meliori scriptore requirerem: *ἀλλ' οὖν τοῦ γε μὴ*—. In Lycurgo quidem §. 145. Bekk. vellem libri dedissent *ἀλλ' οὖν περί γε προδοσίας*—. SCHAEF.

τοῦ μὴ πονηρὸν εἶναι] Subaudi *τὴν αἰτίαν.* Obiter et hic et v. 23. adverte *μὴ* infinitivis additum, ut vulgo loquuntur, *πλεονα-*

στικῶς: cujus idiomatis caussa est in verbis effugiendi ἐκφυγεῖν et διαφεύξεται. Sensus: *Si Timocrates potuit effugere ne legem propter legatos tulisse dicatur, tamen non effugiet ne in crimen incurrat latae legis perniciosae.* SCHAEF.

700, 2. *οὐδ' ἂν—αὐτὸς αὑτῷ*] Citant Anecd. Bekk. p. 123, 21. SCHAEF.

700, 12. *οὐκ ἀποτρέψομαι*] Alii codices dant *οὐκ ἀποκρύψομαι.* Quam lectionem tametsi praefert Taylorus, (et usitatior quidem est, haud enim infitiabor,) nihilo tamen est vulgata neque deterior neque melior. REISK. Subaudi simpliciter λέγειν. Conf. p. 1434, 12. *κἂν ὑμεῖς μὴ πεισθῆτε, οὐκ ἀποτρέψομαι λέγειν.* SCHAEF.

700, 13. *μηδενὸς*] Herodotus 6, 137. *τὴν πρότερον εἶναι κακήν τε καὶ τοῦ μηδενὸς ἀξίην.* SCHAEF.

700, 15. *οὐχ ἵνα—καταθῶσι*] Citant Anecd. Bekk. p. 149, 17. *οὐχ ἵνα κοινῇ τὴν πόλιν ὠφελήσῃ, ἀλλ' ἵνα μηδ' ἃ κλέπτοντες φανερῶς ἠλέγχθησαν, καταθῶσιν.* SCHAEF.

(*πῶς γάρ;*) *ὅς—ἄκυρα ποιεῖ*] Grammaticus Hermanni p. 372. sic scripta citat: *πῶς γὰρ ὅς γε ἀδικεῖς συνέχειν τὴν πόλιν τὰ δικαστήρια καὶ τοὺς νόμους καταλύειν.* Emendatius Lexicon MS. Paris. apud Osannum ad Philem. p. 254: *πῶς γὰρ, ὅς γε ἃ δοκεῖ συνέχειν τὴν πολιτείαν, τὰ δικαστήρια καὶ τοὺς νόμους καταλύει.* SCHAEF.

700, 16. *ταῦτα—τῶν προστιμημάτων*] *ταῦτα ἄκυρα ποιεῖν τῶν προστιμημάτων.* Sic distinguatur hic locus. ἃ—*ταῦτα* inter se cohaerent, quorum posterius *κατὰ πλεονασμὸν* accedit. WOLF. Distinctio Wolfiana proba est, eamque recepimus. Confirmat Ulpianus in scholiis non longe ab initio: *διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν εἰπὼν ὅτι ἄκυρα ποιεῖ τῶν προστιμημάτων τὰ δικαστήρια, τουτέστιν, οὐκ ἐᾷ κυρίαν γενέσθαι τὴν ψῆφον τὴν τοῦ δεσμοῦ.* Ita passim in hac ipsa Oratione: p. 725, 21. *οὐ τοίνυν ἀπέχρησεν αὐτῷ τὰ δικαστήρια ἄκυρα ποιῆσαι τῶν προστιμημάτων, ἀλλὰ—.* et p. 723, 10. *οὐ τοίνυν τὰ δικαστήρια ἄκυρα μόνον ποιεῖ τῶν προστιμημάτων, ἀλλὰ—.* et p. 759. ult. *οὐ γὰρ τοῦτ' ἔθηκεν, ἀλλ' ὅπως ὑμεῖς ἄκυροι τῶν προστιμημάτων γενήσεσθε.* Haec autem ideo a me dicuntur, quoniam nonnulli ita distinxerant: *ὅς γε, ἃ δοκεῖ συνέχειν τὴν πολιτείαν, τὰ δικαστήρια, ταῦτα ἄκυρα ποιεῖ, τῶν προστιμημάτων τῶν ἐπὶ τοῖς ἀδικήμασιν ἐκ τῶν νόμων ὡρισμένων,* non plane nullo sensu, sed a mente scriptoris alieno. TAYLOR.

700, 17. *προστιμημάτων*] Citat Harpocration s. h. v.

700, 23. *οὐ πρότερον*] Scilicet *ἢ παρ' αὐτῶν εἴληφε τὸ ἀργύριον, non prius quam ab illis pecuniam impetravit.* REISK.

701, 3. *εἰώθασι μὲν οὖν κ. τ. λ.*] Lege quae habet Hermogenes ad istud caput: *Πῶς κοινὰ διανοήματα ἰδιώσομεν.* TAYLOR. Cum verbis *εἰώθασι—τοῦτ' ἔστιν* (v. 18.) comparandum simillimum orationis Isocrateae *περὶ εἰρήνης* exordium, quod imitatum esse Demosthenem non improbabilis conjectura est Funkhaenelii in

Zimmermanni Ephemerid. philol. a. 1837. p. 487., qui ibi alios quoque locos similes Isocratis Demosthenisque inter se comparavit. Quibuscum conferenda quae de locis ex Isaeo ab Demosthene expressis diximus ad p. 874, 21.

701, 13. περὶ—ἐστὶ] Sensus: Sic igitur hoc ipsum se habet (i. e. maximi vobis momenti est), oporteatne—. SCHAEF.

701, 23.—702, 20. Eadem fere Androt. initio. DOBR.

701, 23. ἀπὸ τοῦ πράγματος] Citat h. l. Harpocration v. Ἀπὸ τοῦ πράγματος, per ἄπωθεν explicans, sed errore memoriae Androtianam pro Timocratea laudans. REISK. ἄπο S. Y. O. s. v. V. Melet. Crit. p. 51. SCHAEF.

ἐγὼ γὰρ—λέγω] Citat Rufus p. 83. SCHAEF.

γὰρ] Nihil hic deest, quod Wolfius suspicatus est non attendens ille ad usum particulae γὰρ, qui hic obtinet. *nempe, scilicet, nimirum.* REISK.

ἄνδρες] Omittit Rufus. SCHAEF.

701, 26. θεοῖς] θεῶν Rufus. SCHAEF.

Ἀνδροτίωνα] Ἀνδροτίωνι Rufus. Quod praefert Boissonadus ad Tiber. p. 47., me quidem non dissentiente. V. not. ad p. 96, 3. 23. Ἰφικράτους λέγω p. 1457, 15. Fuit cum his in locutionibus magis probarem accusativum. V. Ind. ad Melet. Crit. p. 163. h. meaque in Lobeckii Addend. ad Sophocl. Ajac. p. 443. itemque not. ad Sophocl. vol. 1. p. 232. Nunc, etsi utramque constructionem probam esse bene intelligo, tamen huc inclino, ut in librorum dissensu posthabeam accusativum. Cujus opinionis quae caussa sit etiam tacente me intelligitur. Itaque in Aeschyli S. c. Th. 660. praetulerim Πολυνείκει, loco sic interpuncto, ut nuper interpunxit Wellauerus. SCHAEF.

702, 4. αἰτιασάμενος γάρ με κ. τ. λ.] V. p. 593, 11., ubi locus hic legitur paene iisdem verbis. REISK.

702, 15. καὶ om. A. (aliique codd.) Uncis inclusi. V. p. 703, 12. Utraeque enim illae pecuniae publicae seu urbis erant. Sententia est: multas habentem pecunias tam Minervae quam Eponymis sacras, quae ambae sunt urbis eoque aerarii publici propriae. REISK. Copulam servandam esse docet ille ipse locus, quem Reiskius citavit. Scilicet τὰ ἱερὰ χρήματα τῆς πόλεως sunt τὰ τῆς θεοῦ καὶ τῶν ἐπωνύμων, sed τὰ ὅσια sunt τὰ τῆς πόλεως. Conf. quae mox sequuntur v. 29. Adde quod, deleta copula, vix intelligas, quid oratorem moverit ut τῆς πόλεως adderet. SCHAEF. Vide an delenda καὶ τῆς πόλεως. DOBR.

702, 20. βουλοίμην—βούλομαι] Adverte verbi iterationem post tantulum spatium. SCHAEF.

702, 21. τοῦ δὲ πράγματος—] Videntur quaedam deesse. Haec enim ex abrupto adduntur. WOLF. Nihil deest satisque apte haec coëunt antecedentibus: τὸ πρᾶγμα enim, *negotium,* de peculatu Androtionis intelligendum. SCHAEF.

702, 24. αὐτοῖς] Abest ab A. Non otiosum est. *super his ipsis rebus,* h. e. *unis, solis.* REISK.

702, 25. δικαστηρίοιν δυοῖν] V. ad p. 703, 2.

702, 27. ἔχειν] ἀντὶ τοῦ ἀπολαβεῖν παρὰ τῶν ὀφειλόντων. WOLF. Immo παρὰ τοῦ ὀφείλοντος. SCHAEF.

Τιμοκράτης — τὰ πράγματα] Citant Anecd. Bekk. p. 177, 24. SCHAEF.

702, 28. ὥστε — ἀποστερεῖ] Citat Ammonius p. 104. nonnihil vitiata. SCHAEF.

702, 29. τῶν ἱερῶν—τῶν ὁσίων] V. Ammonium ibique Valck., et ea, quae adnotavimus ad Aeschinem p. 48. not. 78. TAYLOR. V. etiam Photius s. v. Ὅσιον et scholiastes ad Platon. p. 147. Ruhnk. (p. 397. Bekk.). Add. interprett. ad Hesych. vol. 2. p. 794. SCHAEF.

703, 2. τοῦ δικαστηρίου] Conjeci olim τοῖν δικαστηρίοιν. Vindob. τῶν δικαστηρίων. TAYLOR. τοῦ δικαστηρίου bene habere puto, tametsi paulo ante p. 702, 25. dixisset δικαστηρίοιν δυοῖν. Quamvis enim Heliaea a viris uno et mille coacta e duobus judiciis coaluisset, quorum unumquodque e quingentis constaret, unum tamen erat judicium. Et sic quoque, si e mille quingentis coiret Heliaea, hoc est e tribus judiciis, pro uno tamen judicio habebatur. REISK. Reiskio assentitur Schoemannus Dissert. de Sortit. Judic. p. 22. et Antiq. publ. p. 264.

703, 3. ἄδειαν δὲ τὰ κοινὰ διαρπάζειν] Frustra Taylorus ἄδειαν δὲ τοῦ τὰ κοινὰ διαρπάζειν. V. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 265. SCHAEF.

703, 10. Ἀριστοφῶν] V. ad p. 434, 21.

703, 11. ζητητάς] Citant h. l. Harpocration et Photius s. v. ζητητής, ubi legenda etiam quae paulo post sequuntur. SCHAEF.

703, 14. Λυσιθείδην] V. ad p. 565, 13.

703, 17. προὐχειροτόνησεν] Cod. Ital. habet προὐχειροτόνησε καὶ διεσκέψατο. Id quid sibi velit, docebit Harpocratio, unaque ritum, de quo agitur, explicabit. Προχειροτονία. ἔοικεν Ἀθήνησι τοιοῦτό τι γίγνεσθαι. ὁπόταν τῆς βουλῆς προβουλευσάσης εἰσφέρηται εἰς τὸν δῆμον ἡ γνώμη, πρότερον γίνεται χειροτονία ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πότερον δοκεῖ περὶ τῶν προβουλευθέντων σκέψασθαι τὸν δῆμον, ἢ ἀρκεῖ τὸ προβούλευμα. ταῦτα δ' ὑποσημαίνεται ἐν τῇ Λυσίου πρὸς τὴν Μιξιδήμου γραφήν. TAYLOR.

703, 21. Μελάνωπον] Harpocration, Μελανωπός (hoc accentu)· Δημοσθένης κατ' Ἀνδροτίωνος (imo κατὰ Τιμοκράτους)· ὄνομα κύριον· κηδεστὴς Διοφάντου τοῦ ῥήτορος. Pluribus de eo agitur p. 740. Memoratur etiam ab Aristot. Rhet. 1, 14. Plut. V. Demosth. c. 13. Ejus filius Laches est p. 1480, 9., Lachetis, qui in bello Peloponnesiaco dux fuit Atheniensium, nepos. V. Sievers. Hist. Gr. p. 307.

703, 23. ἀπεχειροτονήσαθ' — μὴ φίλια εἶναι] H. e. ἀποχειροτονοῦντες ἔγνωτε μὴ φίλια εἶναι. V. ad p. 697, 25. SCHAEF.

703, 26. Vulg. τότε ἀνέμνησεν ὑμᾶς τοὺς νόμους, οὓς ἀνεγνώκατε. Correxi τότε ἀνέμνησεν ὑμᾶς, τοὺς νόμους ἀνέγνω ex codd. Tametsi vel sic corruptam adhuc primam vocem judico et legendum: ταῦτ' ἀνέμνησεν. *Haec omnia vobis ad mentem* vel *memoriam revocavit, recitavit leges, quarum ex auctoritate, rebus ita gestis, confis-*

cantur opes. Nam in πραχθέντων subauditur τῶν πραγμάτων. REISK. Placeret locus sic scriptus: τότε ἀνέμνησεν ὑμᾶς τοὺς νόμους καὶ ἀνέγνω. SCHAEF. Sed neque orator neque populus (sive judices) ἀνεγίγνωσκεν, sed scriba. Vocem igitur ἀνέγνω deleo ut schol. ad ἀνέμνησεν. DOBR. Conjectura non contemnenda, etsi fatendum ἀνέγνω etiam de oratore dici posse scribam leges recitare jubente. Conf. ad p. 715, 24.

703, 26. πραχθέντων] Sub. τῶν πραγμάτων, vel εἰσπραχθέντων τῶν χρημάτων, vel πραθέντων τῶν ἐκ τοῦ πλοίου. WOLF. Nihil subaudiendum nisi quod toties in hac constructione subauditur. αὐτῶν. V. L. Bosii Ellips. p. 50. SCHAEF.

703, 27. ἐδόκει] Redit ad Euctemonem. REISK.

704, 3. Dele ἔχειν ὡμολόγουν et distinctionem post ἑαυτοῖς. Vulgata orta videtur ex Argumento p. 695, 1. DOBR. Conjectura valde probabilis: certe παρ' ἑαυτοῖς necessario conjungendum cum ζητεῖν.

704, 11. εἰσῆλθεν] Scilicet τὸ ψήφισμα. Docet etiam quod sequitur ἔδοξεν εἰρῆσθαι. SCHAEF.

704, 26. ἐκεῖνοι] Nominati p. 703, 28. SCHAEF.

704, 27. οὐδὲ] Post οὐδὲ videtur aliquid deesse, e. c. ὄναρ, aut καθ' ἕν, aut μικρόν, vel tale quid. REISK. Nihil deest. Sententia plena sic habet: οὐδὲ παρεσκευασμένοι—ποιεῖν, μήτι γε ποιοῦντες. SCHAEF.

705, 18. δέδωκε] Legislator.

705, 20. γράψαντα] Delenda subdistinctio: nam σκοπεῖν arctissime cohaeret cum ἐκθεῖναι. SCHAEF. Recte monet.

705, 28. διελόμενον] "Male acceptum pro *distinguere:* immo *disserere* vertendum erat. Ordo est: λέγειν καθ' ἕκαστον χωρὶς, διελόμενον περὶ ἑκάστου. Sic mihi videtur saltem. διελόντα est *distinguentem.* Vid. in Aristocr. p. 733 D. 738 A. [edit. Francof.]" Dorvillius ad Chariton. p. 595. m. edit. Lips. Sic vero scribendum fuit διαιρούμενον. διελόμενον h. l. idem valet quod διελόντα. ἀνάγκη χωρὶς ἕκαστον διελεῖν ἐστιν p. 817, 10.

706, 4. In annot. crit. y. A. typotheta posuit pro S.

706, 7. ΕΠΙΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑ ΝΟΜΩΝ] Legem, quae sequitur, interpretantur Ulpianus in scholiis et Petitus LL. Attic. lib. 2. tit. 1. Quod si nonnulla restent in hac constitutione, quae offendere possint, veluti quod vel prave repeti, vel minus apte cohaerere, vel quovis demum modo parum expedita esse videantur, intelligendum est hanc minime esse, ut olim judicabant et hodie fortasse judicant, legem continuo tenore allegatam, verum auctorem nostrum, quaecunque in tabulis publicis ad legum ferendarum abrogandarumque ritum spectarent, huc fere contulisse omnia. Quae cum uno quasi spiritu olim recitarentur, evenit ut a librariis uno deinceps et perpetuo ductu pariter describerentur. Simile quid arbitror me adnotasse ad Aeschinem contra Timarchum [p. 36. not. 38.]. Haec autem ita se habere fidem facient quae sequuntur. Scribam enim excitaturus ad recitandum ait v. 3. λάβε τουτουσὶ τοὺς νόμους καὶ ἀνά-

γνωθι. deinde judices ad animum advertendum v. 5. *προσέχετε τὸν νοῦν ἀναγιγνωσκομένοις τοῖς νόμοις.* Facta demum recitatione subjungit p. 707, 18. *Οὗτοι πάντες οἱ νόμοι—.* et procedente paulo oratione p. 709, 22. *εἰδότα τοὺς νόμους, ὧν ὀλίγῳ πρότερον πάντες ἠκούσατε.* Religionem hujus populi in legibus suadendis abrogandisque in Leptinea quoque attingit Demosthenes ad hunc locum conferendus. Quanta autem ea fuerit religio ut intelligere possimus, leges, quae jam adducuntur, non gravabor liberiore quadam oratione, ea forma, qua mihi videntur esse digerendae, hic describere, scilicet:

LEGUM RECENSIO

SIVE

CAPITULA DE RITU LEGUM FERENDARUM.

Anno vertente, in prima populi concione, die scilicet 11. *primi mensis, Hecatombaeonis.* (Prytania enim erat spatium 35 dierum, decima nempe pars anni, pro numero tribuum, quae seriatim *ἐπρυτάνευον*: in singula autem prytania tres legitimas sive solennes conciones haberi mos erat, diebus scilicet istius periodi 11. 20. et 30.) *quamprimum praeco solennia vota peregerit* (vid. Aeschines c. Timarch. p. 48, 13.), *ad populum referunto de legibus: primum de iis, quae spectant ad senatum, deinde quae ad communem reip. statum, novissime vero quae ad magistratus. Roganto autem priore loco an sufficiant leges, quae de senatu sunt, deinde an non sufficiant; atque eodem ritu deinceps de caeteris.*

Rogatio de legibus ferendis abrogandisve eodem more rituque celebrator, qui hodie in caeteris rogationibus lege obtinet.

Si, populi voluntate explorata, visum erit aliquas leges abrogatum iri, novarum ferendarum hic ritus esto. Prytanes, quorum sub praefectura ea abrogatio placebit, necessario providento ut de tribus concionibus in eorum prytania habendis postrema celebretur de iis legibus examinandis perspiciendisque, quas populo videbatur abrogare: proëdri autem, qui in ista tertia concione fuerint, (Quinquaginta enim prytanes in quinque decurias distinguebantur: decem viri autem illi uniuscujusque manipuli proëdri vocabantur. Cum vero in singula prytania tot essent hebdomades, quot erant istiusmodi decuriae, unusquisque Xviratus sua hebdomade imperitabat, unusquisque vir suo die: is erat epistates. Unde eveniret ut tres ex unaquaque proëdria ad summam rerum non admoverentur.) *sacris peractis statim necessario ad populum referunto de nomothetis sortito diligendis, de legibus ad eorum curam et arbitrium deferendis, denique de stipendio iis persolvendo.*

Nemo ad nomothetae munus admittatur, qui non fuerit ex ordine numeroque eorum, qui in heliaea judiciis praesint, et jusjurandum praestiterit ab iis judicibus exigi solitum.

Si prytanes secus fecerint, neque concionem celebrarint juxta formam in legibus praescriptam, aut si proëdri juxta formam non

retulerint, mulctator prytanum unusquisque mille drachmis Minervae consecrandis, proëdrorum vero unusquisque quadraginta similiter. Eorumque deinde nomina ad thesmothetas deferre fas esto eodem modo, uti quis quem detulerit, qui magistratum gesserit, quando fisco publico aerarius fiet. Thesmothetae vero litem legitimam contra eos instituunto juxta leges de delationibus. Si secus fecerint, a senatu Areopagitico excluduntor, quemadmodum excluduntur ii, qui legum emendationem labefactaverint.

Ante diem concionis habendae, quicunque Atheniensium legem novam ferre voluerit, legem istam legesve, quas rogaturus est, describito: descriptas ad statuas eponymorum (Erant hi heroës, quorum nomine singula tribus designabatur.) *publice proponito: ita ut, perspecto numero legum ibi prostantium, populus pro rata decernat, quantum temporis nomothetis ad munus suum exsequendum concedi fas sit.*

Alia constitutio aliunde sumta de eodem ritu:

Quicunque novam legem rogare voluerit, eam is in album describito et publicato ad statuas eponymorum de die in diem, usquedum habita fuerit concio de ista lege deliberatura.

Prima concione, qui erit dies Hecatombaeonis 11., *V viri eliguntor ex omni Atheniensium populo; iique patroni sunto earum legum, de quibus retinendis abrogandisve ad nomothetas relatio facta fuerit.*

Atque haec quidem hactenus: caetera currente rota adnotabimus. TAYLOR. Totam legis formulam a falsario compositam esse, quem tamen antiquis quibusdam fontibus usum esse patet, verissime judicant Frankius et Westermannus, ut supra dictum est p. 959. Primo enim nonnihil discrepat ab lege qualem suis verbis refert Demosth. in Leptinea p. 485. Porro non apparet cur νομοθέται in tertia demum concione, συνήγοροι vero in prima (p. 707, 17.) creentur.

706, 8. τῇ ἑνδεκάτῃ] τοῦ Ἑκατομβαιῶνος μηνός. Infra p. 708, 10. τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ τοὺς νόμους ἐπεχειροτονήσατε, οὔσης ἑνδεκάτης τοῦ Ἑκατομβαιῶνος μηνὸς, δωδεκάτῃ τὸν νόμον εἰσήνεγκεν. SEAGER. Diar. Classic. 58. p. 363.

706, 10. ἐπιχειροτονίαν ποιεῖν] Subaudi δεῖ τοὺς πρυτάνεις. *danto prytanes concioni facultatem leges veteres suffragio suo confirmandi.* REISK.

706, 12. εἶτα τῶν ἄλλων ἀρχῶν] Forte εἶτα περὶ τῶν—. et [v. 14.] εἶτα περὶ τῶν κοινῶν. WOLF. Non opus. Talia omittere est τῆς νομοθετικῆς βραχυλογίας. SCHAEF. Delendum ἀρχῶν· nisi brachylogia pro εἶτα τῶν νόμων τῶν περὶ τῶν ἄλλων ἀρχῶν. DOBR.

706, 13. ὅτῳ—ὅτῳ] De hac constructione v. L. Bosii Ellips. p. 364. Xenophon. Cyrop. 5, 2, 35. αἱ νῖκαι ἔσονται—, ὁπότεροι ἂν πλείονα ὄχλον ἀπαριθμήσωσιν. SCHAEF.

706, 18. ἐπιχειροτονία] Libri nonnulli ἀποχειροτονία. Sed vulgata bene habet. Sententia est: *qui prytanes concionem super legibus confirmandis in suffragia mittunt, iidem legibus, si quae sint*

abrogandae. diem constituento. concionem illius prytaniae postremam. Adhuc dum sermo est de prima anni cujusque ineuntis concione stata, in qua duo haec agebantur: ut veteres confirmarentur leges; tum ut, si visum esset quibusdam. velut leges ut parum sufficientes novis quibusdam augere. aut veterum quasdam tollere. dies certa ei mutationi suscipiendae indiceretur. REISK.

706, 21. *ἐν ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ*] Postrema scilicet primae prytaniae. REISK.

706, 22. *καθ' ὅ τι καθεδοῦνται*] *Quam in formulam*, h. e. quo tempore et ad quantum usque tempus, quo loco, quibus super caussis, *sessuri sint*, h. e. judicaturi. REISK. *σκέψασθαι καθ' ὅ τι τοὺς νομοθέτας καθιεῖτε* p. 708, 1. *χρηματίζειν καθ' ὅ τι ἂν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ δοκῇ* p. 715, 4., ubi v. not. V. Ind. Graecitat. p. 292. SCHAEF.

707, 1. *τετταράκοντα δραχμὰς*] Nescio an *τετταράκοντα μνᾶς*. Quae enim proportio inter 40 drachmas et 10 minas? Prytanum si unusquisque multandus dicitur mille drachmis, qui multo plures erant numero et dignitate inferiores, quanto est convenientius existimare prohedris, qui pauci essent et gradu eminerent. multo majorem multam, quadruplam istius, esse imperatam? REISK. Multa censebatur non numero et dignitate delinquentium, sed gravitate delicti. SCHAEF. *͵β*, i. e. *δισχιλίας*, conjecit Dobraeus. Quadraginta drachmas jam Ulpianus est miratus. qui uteunque explicans *ἄξιον*, inquit, *ζητῆσαι διὰ τί οὕτως ἀνώμαλον ἔταξαν οἱ νόμοι τὴν ζημίαν κατά τε τῶν πρυτάνεων καὶ τῶν προέδρων· καὶ λέγομεν ὅτι βαρύτερόν ἐστιν ὅλως τὸ μὴ συνάξαι τὸν δῆμον εἰς ἐκκλησίαν τοῦ μὴ ὑπερβάλλειν· διὸ ἐπὶ τῶν πρυτάνεων τῶν μὴ συναγόντων τὸ πλέον ἔταξαν.*

707, 5. *ἢ μὴ ἀνιόντων εἰς Ἄρειον πάγον*] Sub. *οἱ θεσμοθέται*: de quibus vide Argumentum Androtianae p. 588. WOLF. *Alioquin ne ascendant* (promoveantur, provehantur) *in Areopagum.* SEAGER. Diar. Classic. 58. p. 364. V. Schoemann. Antiq. publ. p. 245.

707, 9. *ἐκτιθέτω*] Vide an hoc velit: *Before the ecclesia aforesaid* (i. e. the third of the first prytania) *put up a notice; after that ecclesia, till the nomothetae meet, put up a copy of the law itself.* An lin. 9. delendum *γραφάς* et forsan *πρόσθε τῶν ἐπωνύμων*? Nisi totum hoc *ὁ δὲ τιθεὶς—γένηται* lin. 11—14. deleatur. DOBR. Difficultates has Schellingius p. 47. ita tollere studuit ut duplicem rationem. qua leges ferendas ante populum exponi necesse fuerit. in his verbis describi censeret, quarum alteram ad leges spectare sua voluntate ab aliquo rogatas. alteram ad leges, quas in prima concione jam a populo rogatas Atheniensium aliquis conceptas nunc et conscriptas oculis populi ante statuas eponymorum exponat.

707, 24. *ἐφ' ὑμῖν*] Judicibus tribuit, ut oratores non raro faciunt. quod universi populi est. quatenus judices et ipsi pars quaedam populi sunt. Monuit Schoemann. de comit. p. 254.

707, 26. διαχειροτονίαν] Citat Harpocration s. h. v.

708, 1. καθιεῖτε] Futurum multiplices librariorum corruptelas expertum, quas in annotatione critica exposuimus, legitur sine codicum dissensu p. 997, 23. δικαστήριον καθιεῖ.

708, 3. πρόσθεν τῶν ἐπωνύμων] De his decem heroibus, a quorum nominibus Clisthenes tribus suas nominarat, quorum statuae positae erant ante curiam et Prytaneum, v. Wolf. Proleg. ad Leptin. p. 133. Monuit Schoemann. de comit. p. 256.

708, 13. Κρονίων] Hoc festum, de quo dixit Buttmannus Mythol. vol. 2. p. 52., Hecatombaeone mense celebratum esse alterum testem habemus schol. Arist. Nub. 397. Hinc vetus mensis illius nomen fuit Κρονίων, de quo v. Hermann. comment. de mensibus p. 66.

708, 23. Ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος πρώτης—] πρώτης, scilicet ἐν τούτῳ τῷ ἔτει (vel τότε) πρυτανευούσης. In prytania tribus Pandionidis, quae tribus tum temporis vel isto anno prima prytaneatum agebat, et quidem undecimo die, numerando ab initio istius prytaniae. Videntur tribus quotannis sortitae fuisse, quo ordine prytaneatum agerent. REISK. Sortitas fuisse disertis constat veterum testimoniis, velut Harpocrat. s. v. πρυτάνεις.

Ἐπικράτης] Editiones veteres et pars codicum Τιμοκράτης (non τιμοκράτους ut in annot. crit. ad h. l. excusum), de quo Taylorus "Immo Ἐπικράτης. Hoc enim psephisma non rogatur a Timocrate, sed a quodam ejus amico, Timocrateae rogationi succenturiante. Atque in eadem sententia Ulpianum esse video, qui per totam hanc orationem optimam operam praestitit: ψήφισμα (hoc nempe praeparatorium) ἔγραψεν Ἐπικράτης, φίλος τοῦ Τιμοκράτους,—. εἰ γὰρ καὶ τὰ δύο ἐποίησεν ὁ Τιμοκράτης, ὕποπτος ἂν ἐγίνετο. Vide eundem ad v. 21. et p. 709, 13. Porro in omnibus fere codicibus Ἐπικράτης scribitur, non Τιμοκράτης. Expedire autem mihi aliquem velim, unde aliter tot librarii adriperent ignotum istum Epicratem. Proclive erat vicissim, id quod nonnulli faciunt, ab ignoto Epicrate ad notiorem Timocratem deflectere. Vidit hujus correctionis necessitatem Petitus ad LL. Att. p. 87. edit. Wesselingii."

ὅπως] Non *quomodo*, ut Reiskius interpretatur, sed *ut*. SCHAEF.

ἡ διοίκησις] ἡ δαπάνη, ἡ χορηγία. Sic οἱ ἐπὶ τῆς διοικήσεως, οἱ τῶν προσόδων τῆς πόλεως ἐπιμελούμενοι. WOLF. Non vidit Wolfius quam solenni usu et proprietate sermonis aliquando hoc vocabulum denotet *reditum civitatis, bona sive fortunas reip.*, quarum nempe auxilio διοικοῦνται τὰ πάντα. Sic p. 730, 23. ἔτι τοίνυν τὴν διοίκησιν ἀναιρεῖ, τήν θ' ἱερὰν καὶ τὴν ὁσίαν, scilic. reditus tam sacros quam publicos, tam res religionis quam quae sunt universitatis. ibid. v. ult. διὰ τοίνυν τοῦ νόμου τούτου διοικεῖται τὰ κοινά. Hoc est, ut locus ille indicat: *ex hac lege factum est, ut reip. facultates suppetant.* p. 731, 4. οὐ γὰρ ὄντων ἱκανῶν τῶν ἐκ τῶν τελῶν χρημάτων τῇ διοικήσει τὰ προσκαταβλήματα ὀνομαζόμενα διὰ τὸν τοῦ νόμου τούτου φόβον καταβάλλεται. Deinde v. 8. ὅταν

αἱ τῶν τελῶν καταβολαὶ μὴ ἱκαναὶ ὦσι τῇ διοικήσει. p. 732, 12. *τὰς ὑπὲρ τῆς πόλεως στρατείας λυμαίνεται, τὴν διοίκησιν καταλύει.* Similiter in or. c. Neaeram p. 1346, 17. *διαχειροτονῆσαι τὸν δῆμον, εἴτε δοκεῖ τὰ περιόντα χρήματα τῆς διοικήσεως στρατιωτικὰ εἶναι, εἴτε θεωρικά.* Nempe *the surplus of the revenue.* Et v. 20. *κελευόντων τῶν νόμων —τὰ περιόντα χρήματα τῆς διοικήσεως στρατιωτικὰ εἶναι.* TAYLOR.

708, 25. *τὰ Παναθήναια*] Magna Panathenaea, non minora, qui Petiti et Corsini error fuit, refutatus a Clintono Fast. Hell. vol. 2. p. 324. 334 sq.

708, 27. *ἐκ τῶν ὀμωμοκότων*] *τὸν ἡλιαστικὸν ὅρκον.* V. p. 706, 25. SCHAEF.

708, 29. *'Ενεθυμήθητ'*] Vulg. *'Ενθυμήθητε*, quod Wolfius correxit. *Observastis, animadvertistis interea, dum psephisma hoc recitaretur.* Nam imperativus non quadrat. Qui possit attentio judicibus imperari ad legem, non adhuc recitandam, sed jam recitatam. Praeterea quoque insinuatio haec est in gratiam auditorum, qua praeoccupatos eorum animos nobis conciliamus, cum eorum attentionem et sollertiam in momentis caussae ultro observandis, etiamsi a nobis admoniti minus sint, laudamus. REISK.

709, 2. *αὐτὸς*] *Ultro, sponte sua, jure suo*, a nulla alia re quam a libidine sua ductus. REISK. Est simpliciter *ipse:* quippe novitius legislator opponitur veteri illi. SCHAEF.

709, 7. *αὐτοῖς*] Sibi caeterisque sodalibus flagitii, quorum intererat hanc legem ratam fieri. REISK.

709, 11. *χείρονα—βελτίω*] Libri aliquot *βελτίονα.* Quod si cui magis probetur ob *χείρονα*, comparet hoc Platonis Leg. 2. p. 656. HSt. *οὔτε τι καλλίονα οὔτ' αἰσχίω*, ubi tot nuper collati codd. nihil dant diversitatis. SCHAEF.

709, 21. *καίτοι—ἠκούσατε*] Citant Anecd. Bekk. p. 122, 15. SCHAEF.

709, 23. *ἕτερον νόμον*] V. ad p. 649, 20.

709, 24. *ἔννομον*] Opponitur *παρὰ τοὺς νόμους εἰρημένον* v. seq. SCHAEF.

709, 28. *ποιήσασαν*] Vulgata recte habet, tametsi Tayloro displicet. Sententia est: *Indignum est, remp. unicuique hoc tempore securitatem injuriarum spopondisse, quippe quae resp. fecerit ἱερομηνίαν.* Est autem *ἱερομηνία* justitium seu publica cessatio ab exercitio armorum et simultatum, tempus, quo *μένομεν τὰ ἱερὰ*, sacra manemus, iis solis vacamus, omissis tantisper et sopitis rebus aliis omnibus a religione festi diei alienis: quo tempore severe interdictum erat odiorum quaecunque exercitatione. Mavult Taylorus *ποιήσασιν* exclamans prae gaudio super inventi sui praestantia: *Vide quantum praestet!* Ego vero nil video. Quid quod deterior est haec lectio vulgata et plane nequit neque intelligi neque cum constructione conciliari. Quorsum enim referas hunc dativum pluralem? Deinde *ποιεῖν ἱερομηνίαν* longe est aliud atque *ἄγειν.* Utentes justitio dicuntur id *ἄγειν*, *agere, obire, eo fungi*, resp. vero id sanciens, indicens,

imperans dicitur ἱερομηνίαν ποιεῖν. REISK. Bene disputat vulgatam tuens contra Taylorum. Reliqua disputatio habet quae jure reprehendas. Primum enim perperam ait sententiam esse: *Indignum est remp.—spopondisse.* Hoc vero non indignum est, sed vel maxime honestum. Fugit Reiskium Graecorum consuetudo periodi membra per particulas μὲν et δὲ sic vinciendi, ut primaria enuntiationis notio posteriori membro contineatur, prius complectatur secundariam propterea praemissam ἀντιθετικῶς, ut quae sequitur primaria animum per hanc oppositionem valdius moveat. Itaque sententia est: *Indignum est, cum resp.—spoponderit ipsam a Timocrate—maxima injuria affectam esse.* Conf. simillimum locum p. 690, 26. et v. ad p. 667, 13. et p. 920, 2. Deinde vix credibilis est error Reiskii de etymo vocis ἱερομηνία. Etymolog. M. p. 469, 15. Ἱερομηνία, ἱερὰ ἑορτὴ κατὰ μῆνα, ἢ ἐν τῷ μηνὶ ἱερὰ ἡμέρα. SCHAEF.

710, 3. αὐτῆς] Scilicet τῆς πόλεως. REISK.

710, 14. ἐναντίον] Subauditur e v. 11. τοῖς οὖσι νόμοις. REISK.

710, 18. ἐν νομοθέταις] τοῖς νόμοις, οἳ ἂν ἐν τοῖς νομοθέταις λύωνται p. 707, 15. Est *in consessu* s. *consilio nomothetarum.* SCHAEF.

710, 20. διαχειροτονίαν δὲ ποιεῖν] Wolfius: *suffragia ferunto.* Potius: *suffragia ferendi potestatem faciant.* JURIN. Recte. Sic ἐπιχειροτονίαν ποιεῖν p. 706, 10. ἐφ' ὑμῖν ἐποίησαν διαχειροτονίαν p. 707, 25. SCHAEF.

710, 27. ἢ ἐναντίον τῶν κειμένων τῳ] Post τῳ encliticum videtur deesse μὴ λύσας τοῦτον. Duae hic proponuntur conditiones, quae potestatem dant litis in aliquem instituendae ex titulo τῶν παρανόμων: altera, si quis novam legem ferat, sed eam noxiam, tametsi vetustiorem legem ei contrariam sustulerit: altera, si quis legem ferat utilem quidem illam reipubl., verumtamen praeterhabita cautione legem vetustiorem novae legi repugnantem tollendi. Utrum horum quis peccarit, in eum dat haec lex actionem ex titulo illius legis, quae punit eos, si qui legem tulerint civitati haud accommodatam. REISK. Non deest quod Reiskio videtur deesse: quippe id ipsum latet in voce ἐναντίον. Nam si est ἐναντίος τῶν κειμένων τῳ, nempe ὁ κείμενος, ᾧ ἐναντίος ἐστὶν, οὐκ ἐλύθη. SCHAEF.

711, 6. πρῶτον μὲν] Quod ei respondet ἔπειτα, latet in formula ἔτι πρὸς τούτῳ v. 15. SCHAEF.

711, 13. παρὰ] Hoc loco non est *per*, sed *contra*. SCHAEF.

711, 18. τοὺς συνηγόρους, οὓς χειροτονεῖτε] αἱρεῖσθαι δὲ καὶ τοὺς συναπολογησομένους τὸν δῆμον τοῖς νόμοις p. 707, 15. SCHAEF. De συνηγόροις v. Wolfii Proleg. ad Leptin. p. 136.

711, 20. τάχ'] Male libri multi ὡς τάχ'. Scilicet ἐκτιθέναι—πάντας est ὑποφορά: quapropter post πάντας plene interpungendum. Sequitur ἀνθυποφορά: τάχ' ἂν—ἀναγνοῖεν ἄν. Orator hoc dicit. *At Legislator, inquit, leges rogandas publice proponi jubet, ut omnes cognoscant. At hac ratione nondum satis prospectum est civitati. Fieri enim potest ut cordati cives impedituri illi ne*

noriae leges perferantur. publice propositas non legunt. nisi forte fraudem praesenserint. legunt soli ii. qui susque deque habent, tales leges perferantur nec ne. ἀλλὰ γράψασθαι νὴ Δί' ἕκαστον ἔστιν nova est ὑποφορά (Wolfio minus recte dicta ἀνθυποφορά). indice etiam formula solemni νὴ Δία. Post πεποίηκα sequitur ἀνθυποφορά. SCHAEF.

711, 25. ἂν ἀπαλλάξῃ τις] *Si quis amoverit*, quocunque id fiat modo, non tantum corrumpendo. Bene Zonaras p. 255. Ἀπαλλάξας. ἀντὶ τοῦ πείσας ἀποστῆναι. V. Harpocrat. s. v. ἀφεὶς καὶ ἀπαλλάξας. SCHAEF. Quum τις ab F. S. absit, ἀπαλλάξῃς conjici potest. Sic πατάξῃς ex S. restitutum p. 51, 26. pro vulgato πατάξῃ τις.

τὸν ἐπιστάντα] τὸν γραψάμενον καὶ ἀκυρώσοντα. WOLF.

712. 1. διαφθείρας] Subaudi πάντας ὑμᾶς. REISK. διαφθείρας definit generalem notionem alterius participii, ἀπαλλάξας. V. not. ad p. 711, 25. Sensus hujus loci: *Nemo unus enim vos nec decipiendo nec corrumpendo permovere possit. ut deteriorem legem meliori praeferatis.* SCHAEF.

712, 7. ἅπασιν] ἀπαίσιον libri aliquot praebent, vocem natam, ut opinor, e proxima. ἀπαίσιος citeriori Graecitati satis notum fuit: ut non mirabile sit ad talem scripturam aberrari potuisse. V. not. ad Heusingeri Aesop. p. 149. edit. Lips. coll. Boisson. ad Marin. p. 141. SCHAEF.

712, 13. νόμους abest ab aliquot codicibus. Male: neque enim opus est ut παρ' οἵους οἷον continuentur. Sophocles Antig. 942. οἷα πρὸς οἵων ἀνδρῶν πάσχω. Longus p. 125. edit. Lips. οἷος ὢν οἵων ἐρᾷ. Similiter Plato Menex. p. 244. HSt. ὡς εὖ παθόντες ὑπ' αὐτῆς οἵαν χάριν ἀπέδοσαν. SCHAEF.

712, 18. Ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος κ. τ. λ.] V. p. 723, 10, ubi formula haec iteratur, sed exemplo nonnihil ab hoc discrepante. REISK.

712, 21. ἢ τὸ λοιπὸν προστιμηθῇ] Legunt nonnulli et hic et infra p. 713, 12. προστιμηθείη. TAYLOR. προστιμηθῇ legitur etiam p. 723, 15. 726, 2. Et hoc suo in libro habuit Anonymus, cujus est argumentum posterius. V. p. 696, 28. Sed in Libanii libro videtur fuisse προστιμηθείη. V. p. 694, 6. Vulgata bene habet. Eodem modo subjunctivus sequitur indicativum in alia Timocratis lege p. 720, 19. ὁπόσοι—ἢ νῦν εἰσὶν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, ἢ τὸ λοιπὸν κατατεθῶσι. καὶ μὴ παραδοθῇ—. Vicissim indicativus sequitur subjunctivum in syngrapha p. 927, 7. ἐὰν δέ τι ἡ ναῦς πάθῃ ἀνήκεστον, —, σωτηρία δ' ἔσται τῶν ὑποκειμένων, —. quomodo corrigendum. Videturque constructio haec σολοικοφανὴς sedem habuisse propriam in tabulis legum et contractuum. SCHAEF.

712, 22. ἐγγυητὰς καταστῆσαι—, ἦ μὴν ἐκτίσειν] Herodotus 1, 196. ἐγγυητὰς—καταστήσαντα. ἦ μὴν συνοικήσειν. SCHAEF.

712, 23. ὀφλήματος] ὀφειλήματος S. r. Eadem lectionis diversitas p. 768, 29. (in verbis Libanii) et ap. Demosth. p. 1047, 28. Grammatici haec sic distinguunt ut ὄφλημα sit τὸ ἐκ καταδίκης,

ὀφείλημα vero *ὃ ἐδανείσατό τις*: v. Herodian. in Append. ad Phrynich. p. 453. cum annot. Lobeckii. recte haud dubie. quanquam hoc discrimen non ubique servatur. si quid tribuendum librorum auctoritati: v. exempla in Thesauro Steph. ed. Paris. allata.

712, 25. *ἐπιχειροτονεῖν*] *Ratos habere* Wolfius. Quasi vero necesse esset praesidibus, cum quis vades dare voluisset, eos, qualescunque demum essent. illico ratos habere. quod manifeste contra legem est: lex enim jubebat ratos haberi vades, non quoscunque, sed quos populus comprobasset. Clarum est itaque vocem *ἐπιχειροτονεῖν* hoc loco alium sensum habere quam qui vulgo ei adscribitur. Significat nempe non *habere ratos* nec *suffragiis ferendis decernere*, sed *potestatem facere suffragia ferendi*, concione scilicet convocata. utrum rati habendi sint vades necne. JURIN. Voluit igitur esse i. q. *ἐπιχειροτονίαν ποιεῖν* p. 706, 10. *ἐπιχειροτονίαν διδόναι* p. 716, 18. Aliter Reiskius Ind. Graecitat.: "plebis voluntatem significatam insequente suo assensu comprobare et confirmare." Vere, ut opinor. Harpocration, *ἐπιχειροτονία, ἡ τῶν χειροτονητῶν κατάστασις*. SCHAEF.

712, 26. *τῷ δὲ καταστήσαντι*] Lambinus *τὸν δὲ καταστήσαντα*. Nil interesse arbitror utram lectionem optes. In utraque subauditur *ἔστω* vel *ἐξέστω* vel etiam *εἶναι* e v. 22. ut sit haec constructio: *Τιμοκράτης εἶπεν, εἶναι τῷ καταστήσαντι—τὸ ἀφεῖσθαι τῶν δεσμῶν*. Satis quidem plana igitur est oratio, sed stultitiam ejus satis mirari non possum. Patet enim per se et ultro intelligitur. aerarium. praesertim qui nexus non fuisset. dependo aere debito e custodia liberum esse. Planius et concinnius si loqui scisset, sic erat dicturus: *et usque ad nonam prytaniam manento et ipse debitor et ejus vades a vinculis immunes; quod si autem tunc temporis nomen expunctum non fuerit, tum debitor in carcerem migret, vadum bona confiscantor*. REISK. Non satisfacit Reiskii ratio tuentis vulgatam: nam infinitivus *ἀφεῖσθαι* pendet non a subaudito *εἶναι*, sed ab *εἶπε* v. 20, a quo ceteri infinitivi omnes reguntur. Quod si displicet Lambini conjectura, corrigamus licet: *τῷ δὲ καταστήσαντι—ἀφεῖσθαι τὸν δεσμὸν* ex Y. O. r. Supra v. 21. *δεσμοῦ*. Stultitiam orationis Reiskius miratur: ego non item, qui nihil hic videam quod stultum dici debeat. Subaudi ad *ἐὰν ἀποδῷ* quod habet Libanius p. 694, 8: *ἐντὸς ῥητῆς προθεσμίας*. Addere legislator supersedit. quia proxime sequentia *τὴν προθεσμίαν* satis definiunt. Omnino legum in formulis passim leguntur quae, si ad vivum resecces, mirabilia videantur. Velut quod infra p. 716, 15—20. ter legimus *πρὶν ἐκτῖσαι*, cavillatoris sit ita interpretari, quasi tale quid etiam *μετὰ τὸ ἐκτῖσαι* fieri possit. Ad leges rite interpretandas non calumniarum argutiolae, sed sensus communes adhibendi. SCHAEF.

713, 2. *ἐξεγγυηθέντα*] Citat h. l. Harpocration v. Ἐξεγγύησις, per memoriae errorem Aristocrateam laudans. REISK.

713, 3. *περὶ δὲ τῶν—καὶ ἐκλεγόντων*] V. p. 745, 15. SCHAEF.

713, 5. μισθώσιμα] Alii libri μισθώματα. Sed rectius est μισθώσιμα. Caeterum quaeri a nonnullis video quinam sint τὰ τέλη ὠνούμενοι—ἐκλέγοντες—μισθούμενοι: neque a Budaeo, qui hoc in se recepit, id argumenti satis praestari video. Agitur de publicanis. *Omnes* enim (ut ait Ulpianus l. 1 D. de Public.), *qui quid a fisco conducunt, recte appellantur publicani.* Primo loco veniunt τελῶναι, οἱ τὰ τέλη ὠνούμενοι, cum suis praedibus sive fidejussoribus. Hi sunt publicani strictius dicti, nimirum qui vectigalia publica, τὰ τέλη, *the customs*, redimunt et pensitationes annuas sive mercedes pro eorum locatione solvunt. Secundo οἱ ἐκλέγοντες sine vadibus. Hos intelligo ministros esse publicos, fisci servos, qui vectigalia a nemine redemta ad portum exigunt, *vectigaliarii, portitores.* Atque hactenus mihi fidejussor erit Ulpianus ad locum: ὠνουμένων ἐνταῦθα λέγει, οὐκ ἀγοραζόντων, ἀλλὰ μισθουμένων—· ἐκλεγόντων δὲ, ἐπιτετραμμένων τινῶν ἀπαιτεῖν τὰ τέλη· οὐ γὰρ λέγει αὐτοὺς τοὺς τελώνας. Tertio denique οἱ μισθώματα μισθούμενοι, quicunque demum fuerint. Nimirum complecti voluit eos, qui quidvis a populo redemtum habuerunt. Nam, ut ait Caius l. 12 D. eod., *Sed et ii, qui salinas et arenas et cretae fodinas et metalla conducta habent, publicanorum loco sunt. Praeterea et si quis vectigal conductum a rep. cujusdam municipii habet, hoc edictum locum habet.* Vides quot sint μισθώσιμα. Et praeter haec quamplurima. Immo quicquid fere in commercium venit et a fisco redimi possit. De agris publicis et latifundiis P. A. conductis dixi olim ad Marm. Sandvic. p. 64. Noster c. Eubulid. p. 1318, 20. εἰ δὲ δεῖ τὴν δημαρχίαν λέγειν, δι' ἣν ὠργίζοντό μοι τινὲς, ἐν ᾗ διάφορος ἐγενόμην εἰσπράττων ὀφείλοντας πολλοὺς αὐτῶν μισθώσεις τεμενῶν καὶ ἕτερα, ἃ τῶν κοινῶν διηρπάκεισαν. TAYLOR.

713, 6. ἐγγυωμένων] Sub. ὑπὲρ τούτων. WOLF.

τὰς πράξεις] I. e. τὰς εἰσπράξεις. WOLF.

713, 7. ἐὰν δ' ἐπὶ τῆς ἐνάτης—ἐκτίνειν] Delenda credo cum annotatore Bodleiano et Tayloro. Tolerabilius esset ἐὰν δ' ἐπὶ τῆς ἐνάτης ἢ δεκάτης πρυτανείας ὄφλῃ, τοῦ ὑστέρου ἐνιαυτοῦ ἐκτίνειν, ut scilicet e margine alieno loco intrusa sit varia lectio. Sed satius est omnia delere, quod aliquatenus confirmatur p. 728, 5. τῷ τελευταίῳ. DOBR.

713, 19. ΝΟΜΟΣ] Cum hac lege uno aut pluribus annis post Euclidem lata pugnare videtur lex Tisameni apud Andocid. p. 39 sqq. Cum enim lex Tisameni leges Solonis et constitutiones Dracontis juberet ratas esse, si praeterea autem aliis quibusdam legibus opus esse videretur, tum tantum velet ratas esse, cum eas ab iis nomothetis, quos senatus eligeret, in tabulis scriptas et ante statuas eponymorum expositas, senatus primum et postea quingenti a popularibus electi, nomothetae *probassent*, Dioclis lex omnino jubet τοὺς νόμους τοὺς πρὸ Εὐκλείδου τεθέντας ἐν δημοκρατίᾳ καὶ ὅσοι ἐπ' Εὐκλείδου ἐτέθησαν καί εἰσιν ἀναγεγραμμένοι, κυρίους εἶναι. Quae ut componamus, aut dicendum est legem Dioclis sic olim scriptam fuisse. τοὺς νόμους τοὺς πρὸ Εὐ-

κλείδου ἐν δημοκρατίᾳ τεθέντας καὶ ὕστερον δοκιμασθέντας καὶ ὅσοι.—aut, si hoc nolis, tum fatendum est Dioclem aliud dixisse, aliud voluisse. MEIER. de bon. damn. p. 71. Duas alias rationes proposuit Sievers. Histor. Graecae p. 95. qui aut post *δημοκρατίᾳ* excidisse *ὅσοι ἐπ' Εὐκλείδου εἰσὶν ἀναγεγραμμένοι*, aut verba *καὶ εἰσὶν ἀναγεγραμμένοι* ad utrumque legum genus referenda esse censet, quorum prius parum probabile, alterum per linguae leges fieri nequit. Multo probabilius est negligentius esse locutum qui hanc legem composuit.

713, 25. *χρόνος, ὅντινα δεῖ ἄρχειν*] Pro *ὅντινα* margo Lutetianae habet *ἀφ' οὗ*, quod est scholium. *ὅντινα*, id est *καθ' ὅντινα*. V. p. 714, 5. *ἄρχειν* sine dubio hic significat *incipere, ordiri, initium auctoritatis seu validitatis capessere* REISK. Eadem leguntur Ind. Graecitat. Sed fallitur. Verum vidit unus Taylorus. Proxime verum accesserat Wolfius, qui vertit *tempus quo debeat geri magistratus*, hoc uno falsus, quod *ὅντινα* referret ad *χρόνος*. Scilicet *ὅντινα* (i. q. *ὁπόστον*) *δεῖ ἄρχειν* est epexegesis nominis *χρόνος* e notissimo Atheniensium more annum definiendi magistratu Archontis. Post hoc membrum autem, si placet, subaudi *οὗ ἄρχοντος κύριος ἔσται*. SCHAEF. At hoc vix dici poterat *χρόνον, ὅντινα δεῖ ἄρχειν*. Recte ad Jurini interpretationem rediit Dobraeus " *ὅντινα* (sc. *χρόνον*) *δεῖ ἄρχειν* (sc. *τοῦ κύριον εἶναι τὸν νόμον*). Recte dicitur *χρόνος ἄρχει τινός*, ut *ἡμέρα* apud Thucyd. 2, 12. Sic mox p. 714, 6. *τὸν γεγραμμένον* (sc. *χρόνον*) *ἄρχειν*. Rem ita capio: usque ad Euclidem (inclusive, ut aiunt) volent leges; post Euclidem valent, sed a die quo scriptae sunt, nisi in qua lege tempus praefinitur: quare cuique legi ascribat scriba intra 30 dies, a quo tempore valuerit aut valitura sit ea lex."

713, 26. *ἐπιγράψαι*] Scilicet eas jam ratas et usu receptas esse. Sententia clausulae hujus est: *oportere scribam intra diem a lata hac Dioclis lege trigesimum adscribere legi cuique jam validae, eam legem jam obtinere, sive ea esset Euclide vetustior, sive recentior.* REISK.

714, 5. *τούτῳ δὲ τὸν γεγραμμένον ἄρχειν*] Legendum videtur *τοῦτον δὲ τὸν γεγραμμένον ἄρχειν*, *hanc legem initium capere a tempore eidem adscripto*, non, quomodo Wolfius, *quo praetore rata esse debeat*. JURIN. Revoca antiquam Wolfii versionem, et omnia recte procedent: *jubet unamquamque ab eo die, quo lata fuerit, esse ratam, nisi si cui adscriptum fuerit tempus, huic vero scriptum imperare.* Id est: ubi alicui legi tempus certae praeturae praestitutum fuerit, ibi praefinitus ille Archon magistratum capessat, antequam lex rata sit. TAYLOR. *τούτῳ*, h. e. *τούτῳ δὲ τῷ τοιούτῳ νόμῳ*, *legi sic habenti*, in qua cautio haec sit adhibita. *τὸν γεγραμμένον*, scilicet *χρόνον*, auspicium valoris et auctoritatis facere tempus in ipsa lege scriptum. REISK. Non *χρόνον*, sed *ἄρχοντα*. *τούτῳ* est dativus quem commodi dicunt. Sensus: *ἵνα δὲ οὗτος κύριος ᾖ*. SCHAEF. Recte Reiskius, ut sequitur ex iis quae p. 713, 25. dicta sunt.

714, 6. *προσεγέγραπτο*] *προσγέγραπται* aliquot codd. Recte habet vulgata. *adscriptum erat*, scilicet antequam Diocles suam legem ferret. SCHAEF.

714, 8. *ὕστερον δὲ γράφων ἐπὶ τούτοις*] Idem est ac si dixisset: *μετὰ τούτους δὲ τοὺς εἰρημένους, τοὺς ὑπάρχοντας νόμους. qui legem hanc ferebat.* Diocles puta. *ferens legem hanc suam modo recitatam post illas modo commemoratas* p. 713, 20. REISK.

714, 10. *τοὺς αὐτοὺς—κυρίους εἶναι*] Verte: *easdem de legibus, jussas illas certo tempore, postquam latae essent, vi sua pollere.* SCHAEF.

714, 11. *ἀναγεγραμμένους*] *γεγραμμένους* A. k. s. quod verum puto. Legislator *γράφει κύριον εἶναι τὸν νόμον*, non *ἀναγράφει*. *ἀναγράφονται* ipsae leges, e. e. *εἰς λεύκωμα, εἰς στήλην*. SCHAEF. Sic etiam Dobraeus: "Melior videtur lectio *γεγραμμένους*. Ceterum verte, *istas leges quibus in ipsis scriptum erat ut ratae essent* etc."

714, 12. *ἀφ' ἧς*] Non est i. q. *ἐν ᾗ*. *ἐτέθησαν* enim hic dicitur, non *ἀορίστως*, sed *παρακειμένως*. Resolve igitur sic: *ἀφ' ἧς εἰσὶ τεθειμένοι. a quo die civitas habet latas.* Sic etiam v. 17. Conf. not. ad v. 21. SCHAEF.

πρότερον] Male alii libri *μὴ πρότερον*. Sententia est: Diocles aequum haud judicavit esse legibus illis antiquius initium auctoritatis a se constitui quam ipsi voluissent earum latores. REISK.

714, 17. *κυρίαν*] Puto *κύριον*. Referri enim videtur non ad *ἡμέραν*, sed ad *νόμον*. JURIN. Immo refertur ad *ἡμέραν*. *κύριον* dicitur tempus definitum, quo quid fieri debet. h. l. quo lex lata etiam rata fit. V. L. Bosii Ellips. p. 177. et Schweighäuseri Lexic. Herodot. vol. 2. p. 61 a. SCHAEF.

714, 21. *ἐν ᾗ*] Ne compares *ἀφ' ἧς* v. 12. et 17. Nam illic indicatur *ἡ ἀπὸ χρόνου σχέσις*: hic tempus significatur Timocratis *τὴν νομοθεσίαν* antegressum. SCHAEF.

714, 29. *Μηδὲ περὶ τῶν ἀτίμων*] Subaudi *ἐξέστω λέγειν ἢ γράφειν*. *Nemini liceto seu oratione seu lege populo suadere ut iis, si qui sint infamia notati, jura honoresque restituat.* REISK. Immo subaudiendum *χρηματίζειν*. Discas id e p. 715, 4. Antecesserat hoc verbum in lege, cujus caput h. l. recitatur: nam partem ejus recitari, non integram legem, quae prima legitur particula arguit. SCHAEF.

715, 2. *τάξεως*] *περὶ ἀφέσεως τάξεως, τουτέστι στρατείας*. WOLF. Hanc interpretationem jure reprehendit Petitus in Leg. Att. p. 470, ipse alio modo errans: Ulpianus, *Ἄλλο καλεῖ ἄφεσιν, ἄλλο καλεῖ τάξιν*. Deinde *ἄφεσιν* pluribus, *τάξιν* nullis verbis explicat. Ego per *ἄφεσιν τοῦ ὀφλήματος* intelligo tabulas novas, ubi nomen debitoris in spongiam incubuit et aes alienum vel plene vel aliqua tenus parte ei condonatur. *τάξις* est conventio inter partes, qua debitoris inopiae ita succurritur, ut, quod ille universum, salvis rebus familiaribus, reddere nequeat, id unci-

atim et ad modum constitutum persolvat. Nos *compositionem* vocamus. Ita Hesychius: *Τάξις ἡ ἐπὶ ὀφειλομένοις χρήμασι καταβολή.* Ita Libanius in Argumento or. c. Aristog. p. 768, 16. *ὠνεῖται ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, τάξιν αἰτησάμενος τοῦ ὀφλήματος, ὥστε ἐν δέκα ἔτεσιν ἐκτῖσαι τὸ σύμπαν καθ' ἕκαστον ἔτος τιθεὶς τὸ ἐπιβάλλον μέρος.* Thucydides 3, 70. *ὀφλόντων δὲ αὐτῶν καὶ πρὸς τὰ ἱερὰ ἱκετῶν καθεζομένων διὰ τὸ πλῆθος τῆς ζημίας, ὅπως ταξάμενοι ἀποδῶσιν.* Interpreteris cum Budaeo *τεταγμέναις καταβολαῖς*, *pensionibus menstruis* vel etiam *annuis*. Ita pariter Thucydides 1, 117. *τὰ ἀναλωθέντα κατὰ χρόνους ταξάμενος ἀποδοῦναι.* ubi schol. ad locum: *κατὰ χρόνους] οὐδὲ γὰρ εὐπόρουν ἀθρόον ἐκτῖσαι τὸ πᾶν.* TAYLOR. Aestuatur in constituenda hujus vocabuli significatione. Certum est Wolfium male reddidisse, qui pro *militia* habuit. Sed et de Taylori nova interpretatione mihi quidem nondum certo liquet. qui genus illud decisionis vel pactionis vel. ut ipse appellat cum vulgo, compositionis autumat esse, quo creditori cum debitore hac lege convenit. ut creditori debiti partem quotam remittenti debitor spondeat certis diebus certas debiti portiones depensurum. Verum cum constet, hic loci non de aere alieno privato, sed de publico agi, tum non constat, fueritne populus Atheniensis solitus ita cum debitoribus suis decidere. Quare, donec hac de re certo constet, liceto mihi vocabulum *τάξις* h. l. vulgari significatione accipere atque *tributum* interpretari, quod civibus universis a rep. imperatur et quod civium quisque dudum ante novit certo die a se dependendum. Vetat itaque haec lex cum populo agi de remittenda cuiquam seu multa seu tributo. *τάξις* est quod debetur aerario nomine tributi reip. sustentandae ergo: *ὄφλημα* est debitum e multa non persoluta contractum. REISK. Ego Tayloro assentior, quocum Reiskius quoque consentit in Indice. Add. Taylor. ad p. 768, 16. SCHAEF. Et Schoemann. de comit. p. 275.

715, 3. *τὴν ἄδειαν]* Scilicet *τοῦ λέγειν*, hac de re cum populo agendi. V. v. 8. et 13. REISK.

715, 4. *οἷς ἂν δόξῃ]* Scilicet *ψηφίσασθαι τὴν ἄδειαν.* SCHAEF.

715, 5. *καθ' ὅ τι]* I. q. *ὡς* v. 16. SCHAEF.

715, 12. *οὐ προτεθέντος οὐδενὸς] Nullo aditu facto, nihilo super ea re prius proposito.* TAYLOR. *εἰπὼν περὶ τούτων οὐδὲν* v. 20. SCHAEF.

715, 20. *εἰς—εἰς]* I. q. *πρὸς*, ut Reiskius Ind. Graecitat.: ne putes, quod ille non improbat, idem valere posse quod *ἐν*. Sic autem praepositio aut plurali aut. ut hic. nomini collectivo jungitur. Cujus vim his in locutionibus ut plane intelligas, memento proprie hoc dici: *loqui conversum ad senatum. ad populum.* SCHAEF.

715. 22. *λάθρᾳ]* Dele *λάθρᾳ*. quod ex margine irrepsisse liquet ex schol. qui *ἐν παραβύστῳ* per *λάθρᾳ* explicat, ut Hesychius quoque. DOBR. Conjectura non improbabilis. etsi quod scholiasta *ἐν παραβύστῳ* per *λάθρᾳ* explicat, ex eo non certo colligi

potest eum non legisse in libro suo λάθρᾳ: quod si Demosthenes addidit, excusationem habet ab verbis pluribus inter ἐν παραβύστῳ et λάθρᾳ interjectis.

715, 24. ἀνέγνων] Lege ἀνέγνω, sc. ὁ γραμματεὺς, ut mox p. 716, 25., ubi male ἀνέγνων Reiskius. Supra p. 714, 26. dixerat λέγε—ἀναγνώσεται. p. 720, 15. 746, 17. 856, 7. DOBR. Conf. ad p. 703, 26.

715, 25. πρόσοδον γράψασθαι] Sic Isocrates Areopagitico: τὴν πρόσοδον ἀπογράψασθαι καὶ ποιήσασθαι. WOLF. Hanc locutionem explicat Hemsterhusius ad Luciani Prometh. es in verb. §. 6. TAYLOR. Impetrare ut ad senatum adeundi et cum eo agendi venia scripto consignata et nomine senatus a scriba publico tibi exhibita impertiatur, postquam senatui brevi libello, qua de re cum eo agere velles, exposuisses. Quo facto senatus, si caussam dignam haberet, de qua ad populum referretur, veniam dabat petenti cum populo agendi delegabatque prohedros, qui eam caussam populo proponerent. REISK.

716, 3. γ' ἐδόκεις] Duo codd. γε δοκεῖς vel γε δοκῇς. Verum est ἐδόκεις. Enuntiatione enim liberata constructionis vinculo orator hoc dicit: εἰ τοῦτον τὸν τρόπον ἔπραττες—, οὐκ ἂν ἐδόκεις ἐπιβουλεύειν, ἀλλὰ—. Conf. p. 47, 48., ubi cum idioma hoc syntacticum scribas perinde offendisset, similis nata est librorum fluctuatio inter ἦν et ᾖ. SCHAEF.

γνώμη διαμαρτὼν] Apud Isocratem: τῆς γνώμης ἢ διανοίας διαμαρτεῖν ἢ διεψεῦσθαι. WOLF.

716, 6. θεῖναι] θεῖναι bene habet. Sententia est: eo quod legem tuam non modis honestis legitimisque palam tulisti, sed subjecisti, h. e. in veteres probas leges tuam spuriam, ementitam, illegitimam ingessisti, intrusisti, furtim immisisti. REISK. Facete loquitur orator Timocratem esse dicens, non νομοθέτην, sed νομεμβολέα, τὸν νόμον tanquam παραβύσαντα. Conf. p. 715, 21. SCHAEF.

716, 13. ὀφλὼν] Male Reiskius ὀφείλων ignarus discriminis inter haec duo verba. ὀφείλων est *debens*, ὀφλὼν *damnatus debiti*: quae ipsa caussa est cur melius scribatur ὀφλών. Potest aliquis ὀφείλειν, qui nondum ὦφλεν. V. mox v. 16. τὸν νόμον τὸν ἀπ' ἐκείνης κελεύοντα τῆς ἡμέρας ὀφείλειν, ἀφ' ἧς ἂν ὄφλῃ p. 1328, 11. τὸν νόμον, ὃς ὀφείλειν ἀπ' ἐκείνης κελεύει τῆς ἡμέρας, ἀφ' ἧς ἂν ὄφλῃ p. 1337, 27. SCHAEF.

716, 16. ἡλιάζηται] Proprie de heliaea dictum hic idem est quod δικάζῃ. Monuit Ullrichius in Append. ad Platonis dialogos IV. p. 252.

716, 18. ἐὰν δέ τις—τὴν ἐπιχειροτονίαν] *Si dederit alicui suffragiorum jus.* δοῦναί τινι τὴν ἐπιχειροτονίαν, *dare alicui suffragationem.* Utrum est *comprobare postulationem alicujus* an *dare aliis decernendi potestatem?* WOLF. Posterius, ut puto. ἐπιχειροτονίαν ποιεῖν p. 706, 10. SCHAEF.

716, 22. ἔργον—, εἰ—ἐροῦμεν] Rarior constructio: nam vulgo dicitur ἔργον ἐστὶ λέγειν. Dionysius Halic. vol. 1. p. 249 R. πολὺ

ἂν ἔργον εἴη λέγειν. Xenophon. Memor. 4, 7, 9. ἔργον—εἶναι εὑρεῖν. SCHAEF.

716, 24. ἀνέγνω] V. ad p. 715, 24.

717, 2. ἐγνωσμένους — τῆς ὑμετέρας] Anecd. Bekk. p. 91, 24. citant sic scripta: ἐγνωσμένος οὐκ ἠνείχετο δεῖν τῆς εὐηθείας τῆς ὑμετέρας. SCHAEF.

εὐηθείας] φιλανθρωπίας, πρᾳότητος, quae antecesserunt p. 716, 26. V. Anecd. Bekk. l. c. SCHAEF.

717, 10. οἶδ'] Pro εὖ οἶδ'. Sic saepe noster. REISK. Conf. annot. crit. ad p. 72, 25.

717, 13. In annot. a. litera S. mutetur in minusculam s.

717, 15. περὶ τούτων] Absunt ab August. primo. Quod possit defendi loco simili, qui est hac ipsa pagina v. 27., ubi περὶ τούτων, quod abest, tamen subaudiri debet. Ego vero vulgatam probo tueorque. REISK.

717, 20. δίκη—εὔθυνα—διαδικασία] Quantum inter haec intersit docuit Petitus LL. Attic. Lib. 4. Tit. 8. ex Ulpiano nostro. TAYLOR.

717, 21. τὸ δημόσιον ἀπέδοτο] περὶ ὧν ὁ δῆμος ἐχρημάτισε. WOLF. Immo: *quae publice vendita sunt.* De his lex vetat emtoribus litem intendi. V. Meierus de Bon. Damnator. p. 230. SCHAEF.

717, 22. ἐπιψηφίζειν] Wolfius: *decernito.* Puto potius: *agendi potestatem faciat.* Ita etiam infra p. 718, 2. JURIN.

718, 4. τοῖς προέδροις] τοὺς προέδρους Dobraeus collata p. 712, 25.

719, 1. πλὴν εἰ μὴ—ἔστιν εἰπεῖν] Locum hunc citat Aristides *T.* p. 200. REISK.

719, 6. ψηφισαμένων] Petitus ad LL. Attic. 50, 2. Tit. 1. p. 188. refingit ἐὰν μὴ ψηφισαμένων etc. Quasi relinqueretur et privilegiis gratia. Ita in lege superiore utitur simili exceptione p. 715, 2. ἐὰν μὴ ψηφισαμένων Ἀθηναίων τὴν ἄδειαν πρῶτον μὴ ἔλαττον ἑξακισχιλίων. Verum puto id non jam obtinere, neque Athenis Atticis, ubi toties praedicarent libertatem aequam fuisse omnibus, privas leges ullo obtentu aut conditionibus rogari potuisse. Credo praeterea, ab optimis exemplaribus hanc ultimam clausulam abesse. TAYLOR. Petitus LL. Attic. p. 188. ἐὰν μὴ ψηφισαμένων suadet. Obloquuntur Wesselingius et Taylorus. Ego tamen nihilominus arbitror Petitum ad sententiae quidem veritatem accessisse, tametsi leniori motu res peragi potest, scilicet praeponendo ἢ, ut sit: — τιθῇ, ἢ ψηφισαμένων —. Patet qui potuerit ea vocula hic excidere. Sententia legis haec est: Ne liceto in gratiam privati legem ferre, a cujus fructu reliqui cives excludantur, aut liceto quidem, sed hac conditione, si sex millia civium in ejus legis lationem consenserint. Cur enim alias adderet illam de sex millibus clausulam, quae supervacua et importuna est, si negas exceptionem hic fieri? Ad ἢ subauditur ἐξέστω. Tametsi ferretur lex, non ideo statim perlata erat. Sed hac exceptione solummodo copia datur legis

novae ferendae, h. e. populo proponendae, penes quem tamen semper adhuc erat eam legem, si vellet, improbare. REISK. Verum puto Taylorum vidisse. Docet Atheniensium ἡ ἰσονομία, quam omne genus privilegiorum funditus eversurum erat: docent ipsius oratoris quae statim sequuntur v. 8 sqq. Sed longius progrediendum est. Scilicet vel in omnium librorum silentio deleri oportet omnia haec, ψηφισαμένων—ψηφιζομένοις, quae cum recte legantur p. 715, 2. hîc sunt longe ineptissima. Ne dubites, compara p. 649, 5. (Adde p. 1132, 21.) SCHAEF. Quod ad ἰσονομίαν Atheniensium attinet, non tanti eam momenti fuisse ut si omnium civium, qui numero erant viginti millia, (Demosth. p. 785, 24.) sex millia privilegium rogandum statuissent, id fieri non potuerit, testatur exemplum legis, secundum quam Harmodius et Aristogiton, Pisistratidarum expulsores, eorumque posteri omnibus erant liturgiis soluti, cf. Demosth. p. 466, 9. nisi forte totius reipublicae salus ex horum liturgiis penderet. (Conf. p. 469, 19.) Ceterum quod aliis in locis ejusdem legis mentionem injicientibus clausula deest, nihil offensionis habet, quum oratores mox totam aliquam legem mox ejus tantum particulas allegare soleant, prout consilio suo id accommodatum putarent Ita ex lege: "Κρατεῖν τοὺς ἄρρενας καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἀρρένων, ἐὰν ἐκ τῶν αὐτῶν (τούτων) ὦσι, καὶ ἐὰν γένει ἀπωτέρω" saepissime prima tantum verba ab oratoribus citantur, postrema omittuntur (cf. Dem. in Leochar. 1084, 6; 1098, 29; Isae. de Hagn. hered. 279, 16); duobus tantum in locis clausula addita est (Dem. in Macart. 1067, 7. Isae. de Apoll. hered. 173, 7.). Maxime autem Tayloro et Schaefero adversatur locus Andocideus p. 12, 2. in quo clausula illa ab omnibus codicibus exhibetur, μηδὲ ἐπ' ἀνδρὶ νόμον ἐξεῖναι θεῖναι, ἐὰν μὴ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν Ἀθηναίοις, ἐὰν μὴ ἑξακισχιλίοις δόξῃ κρύβδην ψηφιζομένοις. At vero locum in Timocratea mutilum esse patet; Petitus ante ψηφισαμένων inserit ἐὰν μή; multo facilior conjectura Reiskii, qui τιθῇ ἢ ψηφισαμένων legit, quod vertendum: aut si sexcenti tectis suffragiis ita censuerint. Ceterum hanc legem Solonis esse, affirmat Aeneas Gazaeus in Theophrasto: Ὁ μὲν τοῦ Σόλωνος οὐκ ἐᾷ νόμον ἐπ' ἀνδρὶ τιθέναι, ἀλλ' ἢ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν ἀνθρώποις τίθεσθαι. SCHELLING. De legibus Solon. p. 54, 55. Quod de ἰσονομίᾳ dixit Schaeferus, recte refutavit Schellingius allato Andocidis loco, quo etiam Schoemannus usus est de comit. p. 274. Nihilominus verba illa, quae etiam Dobraeo suspecta fuerunt, recte ejecisse puto Schaeferum. Nam ipsa illa verborum discrepantia ab genuina legis forma, quae haud dubie servata est in loco Andocidis, fraudem ex p. 715, 2. factam arguit ab librario, non ab insigniore illo interpolatore, cui legis formulam ex Andocide vel aliunde insertam debemus. Nec verisimile est oratorem, si hanc quoque legis particulam recitari jussisset, nullam ejus rationem in iis quae laudandae legis caussa infra dicit rationem habiturum fuisse. Ceterum legem non Solonis esse, cui Aeneas Gazaeus tribuit, quemad-

modum fabulae quaevis Aesopo tribui solent, sed longe recentiorem esse ex Andocidis verbis manifestum est.

719, 12. ἄνευ—τούτων] *Praeterea*, h. e. praeterquam quod res per se manifesta est. Conf. p. 657, 23. SCHAEF.

719, 13. πλὴν περὶ τῶν τελωνῶν] Idem est atque πλὴν ἐπὶ τοῖς τελώναις. REISK.

719, 15. χρῆσθαι] Subaudi ἐπὶ τοῖς ἄλλοις. *In caussis aliorum omnium legis hujus usus esto: duntaxat in caussis publicanorum ne esto.* REISK.

719, 19. μάλιστα ἢ delet Reiskius.

719, 23. εἰσιόντες—ἀγορὰν] ἐάν τις ἁλοὺς τῆς κακώσεως τῶν γονέων εἰς τὴν ἀγορὰν ἐμβάλῃ p. 732, 20. SCHAEF.

720, 5. ἐξωσθήσομαι—εἰπεῖν] οὐ γὰρ ἱκανόν μοι τὸ ὕδωρ ἐστὶν, ut p. 1116, 11. SCHAEF.

περὶ] Abest Parisino *a*. et Bodlei. Idque satius. ἐξωσθήσομαι τοῦ εἰπεῖν. TAYLOR. Malim ἐξωσθήσομαι τοῦ περὶ τοῦ μηδ'—: ut primum τοῦ referatur ad εἰπεῖν, secundum ad εἶναι. REISK. Ne Taylorum audias: sic enim officitur concinnitati membrorum, περὶ πάντων ἐρῶ, περὶ τοῦ—εἰπεῖν. Nec rursus cum Reiskio articulus inserendus. ἐξωσθήσομαι εἰπεῖν Demosthenes dixit, ut Sophocles Ai. 69. ἐγὼ γὰρ ὀμμάτων ἀποστρόφους αὐγὰς ἀπείρξω σὴν πρόσοψιν εἰσιδεῖν. SCHAEF.

μηδ' ἐπιτήδειον ὅλως ὑμῖν] ἀλλὰ βλαβερώτατον. V. v. 10. οὐδ' ἐπιτήδειον ὑμῖν νόμον οὐδὲ συμφέροντ'—p. 722, 10. SCHAEFER.

720, 6. ὁμοίως] Perinde ac si omnibus adversaretur. REISK.

τῇ γραφῇ] Puta τῇ ἐμῇ τῶν παρανόμων. REISK.

720, 7. πῶς οὖν μοι δοκεῖ;] Subaudi ποιεῖν. Sed videndum ne vulgatum olim πῶς οὖν; δοκεῖ μοι praestet. Compara haec: p. 379, 15. πῶς οὖν ἀρρωστεῖν προφασίζεται. Infra p. 729, 22. πῶς οὖν; ἀνάγκη τὰ τοιαῦτα διοικεῖν κ. τ. λ.— SCHAEF.

720, 9. ἐπ' ἐκεῖνο—ἤδη] Ad hanc accusationis partem transitur p. 722, 10. SCHAEF.

720, 19. Τιμοκράτης εἶπεν, ὁπόσοι κ. τ. λ.] Dixit de hac lege Heraldus in Animadversionibus in Salmasii Observat. cap. 7, 8, 10 et 14. Observat. item et Emendat. c. 49. Legem ita vertit: *Timocrates retulit. Quicunque Atheniensium ob denunciationem curiae jussu vel nunc in carcere sunt vel postea conjicientur, quorum condemnatio a scriba prytaniae non fuerit thesmothetis secundum legem de denunciationibus tradita. PLACERE ab XIviris eos in judicium deduci intra triensimum diem, ex quo iis traditi sint, nisi quid publicitus obstet; sin minus, cum primum id fieri potuerit. Eos autem accusari a quolibet Atheniensium, qui volet, cuique per leges licet. Sin autem criminis teneri sit judicatus, quid eum pati aut solvere oporteat, Heliaea judicato. Si poena pecuniaria ei indicta fuerit, in vinculis custodiatur, donec solverit, quanti damnatus erit.* Lata est lex de gravioribus maleficiis, a senatu ad curiam remissis. Erant enim delicta quaedam leviora et εἰσαγγελίᾳ obnoxia, quae sola τῶν D auctoritate coerceri

poterant, ut docet Pollux 8. c. 6.—*κἂν μὲν μέτρια ἀδικεῖν δοκῇ, ἡ βουλὴ ποιεῖται ζημίας ἐπιβολήν· ἂν δὲ μείζω, παραδίδωσι δικαστηρίῳ.* De his itaque statuit lex Timocratea. Hoc autem cavere mihi maxime videtur. *Remissa caussa a senatu ad curiam, utpote quae gravior visa est, et reis interea in carcere vinctis, scriba prytaniae istius concilii acta ad thesmothetas transmittat, quorum erat officium incarceratos in judicium sistere. Quod si scriba insuper habuerit neque id fecerit, liceat hac lege lictoribus ipsis,* τοῖς *XIviris, id sua auctoritate facere, quod aliter thesmothetarum munus erat descriptum.* Unde Heraldo assentior rescribenti v. 23. *τοὺς θεσμοθέτας*, et deinde judico eas voces e textu tanquam glossam esse amovendas. Qui eas adscripsit legem perperam intellexit, autumans nemini licere praeter thesmothetas reum pro tribunali sistere, exadversum *τῷ τοὺς ἕνδεκα* adlevit istam bellam adnotatiunculam. TAYLOR. *τοὺς θεσμοθέτας* probat etiam Matthiae Miscellan. Philolog. vol. 1. p. 233. Mihi vulgata non videtur mutanda esse. Sensus enim, opinor, hic est: Quod scriba non fecit, faciant XIviri vinctosque thesmothetis sistant. Ut *εἰσάγειν τοῖς θεσμοθέταις εἰς τὸ δικαστήριον* idem valeat quod *παραδιδόναι τὴν κατάγνωσιν τοῖς θεσμοθέταις*. SCHAEF. Delevi *τοῖς θεσμοθέταις* verba ex v. 21. errore manifesto repetita.

721, 1. *ἐὰν δ' ἀργυρίου τιμηθῇ*] Anecd. Bekk. p. 175, 22. hinc citant: *ἐὰν δὲ ἀργυρίου προστιμηθῇ*. Minus recte. *προστιμᾶν* est *insuper irrogare*. *προστιμῆσαι δ' ἐξεῖναι—πρὸς τῷ ἀργυρίῳ δεσμὸν* p. 736, 13. SCHAEF.

721, 5. *ἐκτίσῃ*] Addunt codd. nonnulli *ὅ τι ἂν αὐτοῦ καταγνωσθῇ*. Cave haec verba addas. Quae cum Legem finierint, si homo simul recitasset, non fuerat cur ab oratore juberetur *παύεσθαι*, quippe sponte *παυόμενος*. SCHAEF.

721, 8. *δεῖν*] *δεῖν* h. l. idem est atque *κελεύειν δεθῆναι*, *jubere ut vinciantur*, quemadmodum modo dixerat *καθιστάναι* pro *κελεύειν* vel *ἐᾶν καθιστάναι*, *jubere* vel *potestatem facere constituendi*. REISK. Non subaudiendum *κελεύειν* aut *ἐᾶν*. Nec magis *δεῖν* cum Wolfio mutandum in *δεῖσθαι*. Plene: *ἀλλὰ μὴ δεῖν αὐτούς*. De repentina subjecti mutatione in eadem periodo, qualis est etiam p. 887, 20. 912, 8. 945, 6. v. Ind. ad schol. Apollon. Rhod. p. 676. a. SCHAEF.

721, 10. *κατηγορεῖ Τιμοκράτης Τιμοκράτους*] V. p. 720, 15. SCHAEF.

721, 15. *οὐδὲ τοῖς ἄλλοις*] Id est *οὐδὲ τοῖς τῶν ἄλλων νόμοις*. REISK. Fallitur. *τοῖς ἄλλοις* et *ἑαυτῷ* sunt contraposita. SCHAEF.

οὐδὲ τοῖς ἄλλοις ἐώντων] Sub. *ἐναντία νομοθετεῖν, ἀπὸ κοινοῦ*. WOLF.

ἕνεκ' ἀναιδείας] *οὕτως ἀναιδὴς ὤν*. WOLF. Prae audacia quidem; si satis sit ad eam rem audacem esse; si omnia sita sint in audacia neque praeterea potentia, gratia, aliis rebus opus sit, tum tanta est hujus hominis audacia, ut ad nihil non quamvis

atrox mihi videatur paratus esse. REISK. V. not. ad Longi Pastoral. p. 421. SCHAEF.

721, 17. *κακούργων*] Alii libri *κακουργούντων*. Male: nam si orator *κακουργούντων* scripsisset, etiam v. 20. scriptum legeremus *περὶ τοὺς νόμους κακουργῶν*. SCHAEF.

721, 23. *τούτους τοὺς νόμους*] Aut legendum est *τοῦτον τὸν νόμον*, (nam de una Timocratis lege sermo est.) aut hanc legem appellat *νόμους*, quia constitutiones numero plures complectitur, aut possit etiam legi *τὸν τούτου νόμον*. V. p. 724, 3. 725, 17. Sed satius est vulgatam servare. Pari modo p. 734, 28. *τοὺς νόμους* appellat, tametsi unica modo lex esset. REISK. Omnia vana. Intellige leges posterius recitatas, in quibus est etiam Timocratis prior. *οἱ προειρημένοι* sunt prius recitatae. Quod autem legitur p. 734, 28., in universum dictum est, ut omnino Timocrates, qua legislatorem se gerit, infametur. SCHAEF.

721, 28. *περὶ τούτων*] De his, ad haec, quae ipsi exprobravi, et quorum complexum statim subjicit. REISK.

722, 1. *δεικνύειν*] *Ἀττικώτερον* mox v. 12. *δεικνύναι*, quo etiam p. 720, 2. usus est. SCHAEF.

722, 2. *καὶ γράφων καὶ νόμους εἰσφέρων*] Videntur verba transponenda esse: *καὶ γράφων νόμους καὶ εἰσφέρων*. aut sic: *καὶ γράφων καὶ εἰσφέρων νόμους*. Nisi malis *γράφων* habere pro nude sic, per se, posito et cum *νόμους* haud cohaerente, ita ut *δίκας* subaudiatur. qui dudum se gesserit eum, qui pro mercede aliis orationes scribat, quas conducentes in judiciis recitent; item qui pro mercede leges in concionem inferat, quas alii inferre metuant. REISK. *γράφων* de psephismatis intelligendum. SCHAEF.

722, 21. *ῥᾳστώνην*] Anecd. Bekk. p. 300, 13. *Ῥᾳστώνη: ἄδεια, ἀνάπαυσις*. V. v. sq. SCHAEF.

722, 22. *τίσι τούτοις, προσεξεταζέτω*] Si bene habet *τούτοις*, erit non cum *τίσι*, sed cum *προσεξεταζέτω* copulandum. *praeter ista etiam hoc consideret, quibusnam velit leges esse mites.* Possit quoque *τούτους* legi et ad *νόμους* referri. REISK. Repetendum *πρᾶοί εἰσι*. Sic autem resolve phrasin: *τίνες οὗτοι οἷς πρᾶοί εἰσι*. V. Sturzii Lexic. Xenophont. vol. 4. p. 306. a. Simul apparet Reiskium erravisse. SCHAEF.

722, 27. *τὸ*] Mavult Wolfius *τοῦ*. REISK. Frustra. In tali enim constructione aut *τὸ* ponitur aut articulus prorsus defit. Defit p. 707. 21. Ambarum autem negativarum, *μὴ* et *οὐ*, conjunctio videtur hanc vim habere, ut negatio intendatur. Graeci enim, opinor, ut pernegent, simul negant et *ὑποθετικῶς* (*μὴ εἶναι*) et *ἀπολύτως* (*οὐκ εἶναι*). Videndumque ne eadem obtineat ratio in formula inversa *οὐ μή*. SCHAEF.

723, 10. *Ἐπὶ τῆς—εἶπε*] Recentior haec est psephismatum forma, de qua v. Schoemann. Antiq. publ. p. 226. qui vetustissimum ejus exemplum esse monet in inscr. 90. ap. Boeckh. ex olymp. 106, 2., i. e. duobus annis ante hanc orationem. Anti-

quior forma erat. ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. (nomen tribus) ἐπρυτάνευε, ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευε, ὁ δεῖνα ἐπεστάτει, ὁ δεῖνα εἶπεν.

723, 11. τῶν προέδρων ἐπεψήφισεν Ἀριστοκλῆς Μυρρινούσιος] Omissa haec verba sunt supra p. 712, 19. et inepta eruditi alicujus sedulitate hic illata esse censuit C. F. Hermannus in dissertat. de proëdris Gottingae edita a. 1843. p. 20. qua ostendit proëdros non fuisse ejusdem tribus quae prytaniam gereret, qualis hic foret Aristoteles Myrrhinusius: nam Myrrhinus est pagus tribus Pandionidis. Vitium vulgatae scripturae, quam Schoemannus Antiq. publ. p. 222. utcunque defendit, recte notavit Hermannus: sed quod verba illa ejici voluit, parum probabilis conjectura est. Facilius enim altero loco omitti, ut nihil ad rem facientia, quam hic fingi de nihilo potuerunt. Ab hac igitur parte probabilior Meieri sententia est in comment. de diaetetis p. 17. Μυρρινούσιος corruptum esse conjicientis ex ἐκ Μυρρινούττης, qui Aegeidis tribus pagus fuit. Quo pacto proëdrum habebimus non contribulem.

723, 12. Καὶ εἴ τινι—δεσμοῦ] Citant ex hoc loco Anecd. Bekk. p. 175. 23. Nam quae in Anecdotis proxime antecedunt sumta sunt e p. 721, 1. Quod autem Dindorfius comparavit e p. 764, 18., est oratoris verba legis μεταφράζοντος. Similiter μεταφράζει, idque ob interruptum formulae tenorem coactus, p. 725, 4. SCHAEF.

723, 17. αὐτίκα—ἀναγνώσει] Hoc vero non factum: nam orator fervore dicendi abreptus ipse cetera deinceps persequitur. SCHAEF.

724, 2. ὥσπερ ἂν εἴ τις—] Plene: ὥσπερ ἂν δεινά τις ποιήσειεν, εἰ—. SCHAEF.

724, 6. διεγγύησιν] Alii libri ἐγγύησιν, quod praefero. In formulis legum enim, opinor, non licitum, certe non solitum fuit sic variari. Praepositio autem videtur orta e littera antecedente. SCHAEF.

724, 18. νόμος] Lego δῆμος cum Wolfio: tametsi vulgata scriptura diu inveteraverit, si ad hunc locum spectent (et spectare arbitror) verba ista scholiastae ad Aristidis Panathen. init. μαρτυρεῖ δὲ καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους νόμον καλέσας τὴν πόλιν. TAYLOR. Non displicet Wolfii conjectura δῆμος. Designavit quidem orator hoc. Defendi tamen satis bene potest vulgata, si *lex* per metonymiam aut synecdochen accipiatur pro *civitate legibus utente*, opposita oligarchiae et monarchiae legibus nil utenti, quod voluntas praevalentis summa lex et pro lege sit. Eoque magis servanda est vulgata, quod ipsi veteres existimarunt insolentiam hujus usurpationis sibi annotandam esse: id quod ex Aristidis scholiasta, quem Taylorus citavit, constat. Locus ille, quem Taylorus ex Aristidis scholiasta inedito ad Panathenaicam citat, non est in scholiis ad eam orationem, sed in Sopatri Prolegomenorum hiatu magno, quem e Bavarico codice sarsi, p. 5. edit. Jebb. REISK. Etiam quae statim sequuntur contraposita, ὑπὸ νόμων et ὑπὸ τῶν ὀλιγαρχιῶν, manifesto

docent νόμος ab oratore scriptum esse. Conf. Herodotus 7, 104., ubi lex componitur cum rege. SCHAEF.

724, 25. ἕκαστος] Subaudi τῶν ὀλιγαρχούντων. SCHAEF.

724, 29. ἐκ τῆς ὀλιγαρχίας] Ita scribendum fuit, quia sequitur μετήνεγκε. Sin sequeretur verbum δηλωτικὸν τῆς ἐν τόπῳ σχέσεως, legeremus scriptum ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ. SCHAEF.

725, 8. προλαβόντα] Fere i. q. ὑπειπόντα. SCHAEF.

διατεθέντα] διαθέντα Bavaricus, in participio aoristi, ut προλαβόντα. *non tum demum dare jus radium sistendorum, postquam damnatum reddidisset inimicum vobis.* Veruntamen bene potest vulgata defendi. *non tum demum imperare constitutionem praedam, postquam praecepisset hinc eos sententiam carceris in condemnatum effatos, illinc damnatum inimicum vobis redditum.* Sic ad Graeca adscripte, quae Latine sic efferas ferme: *deceb ateum sic sancire, ut fas sit aerario praedes edere, nulla praemissa carceris poena, qua necesse est ut damnati erga vos animus infestus fiat.* REISK. Mihi quidem unice verum videtur διαθέντα. Apparet enim ita augeri criminis invidiam. ἐχθρῶς διατιθέναι τινὰ quid sit, dictum est ad p. 463, 17. SCHAEF.

725, 16. τοῖς ἀνωμότοις] τοῖς οὐκ ὀμωμοκόσι. V. Euripides Med. 735. Pors. et Hippol. 616. Br. SCHAEF.

725, 26. ὡς ἂν] Subaudi γράφοι. SCHAEF.

726, 7. παραδώσει] Scilicet undecimviris. REISK.

παραλήψεται] Scilicet a thesmotheta. REISK. Omnino ab ἀρχῇ quae παραδίδωσιν. SCHAEF.

726. 23. διπλασιάζεται dictum impersonaliter: ut plena sit locutio ὁπόσων ἐν τῷ νόμῳ διπλάσιον τὸ τίμημα γίγνεται. SCHAEF.

727, 3. τὸ γεγραμμένον] Aes, cujus essent rei facti. V. v. 7., ubi λῆξιν et γράμματα appellat. REISK.

727, 11. ἐν τῇ τῶν ῥημάτων μεταθέσει] V. p. 726, 26. SCHAEF.

727, 13. παρὰ πάντα τὸν νόμον verum existimo et alteri lectioni, παρὰ πάντας τοὺς νόμους, praeferendum. *per totam legem suam* REISK. Est i. q. δι' ὅλου τοῦ νόμου p. 728, 17. Polybius 32. 8. 11. vol. 4. p. 558. Schw. καὶ τοῦτο μνημονεύεσθαι (l. μνημονευέσθω) παρ' ὅλην τὴν πραγματείαν ἡμῖν (f. ἡμῶν). SCHAEF.

728, 13. καὶ μονονοὺ—τοῦ δεσμοῦ] Citant Anecd. Bekk. p. 175, 25. SCHAEF.

728, 18. τῷ καταστήσαντι τοὺς ἐγγυητὰς ἅπαντα λέγει] *Illi, qui vades dederit, omnia dicit.* Legis omnis provisio, cautiones omnes, omnes sanctiones ad illum diriguntur. illum spectant, qui vades utique dederit. Sed quid faciendum debitore qui vades non dederit? De hoc consulto et vafre tacuit Timocrates, inquit orator, quo effugiant aerarii. SEAGER. *Diar. Classic.* 58. p. 364.

728, 23. χρόνον] Post h. v. videtur σκοπεῖτε vel ὁρᾶτε vel tale quid deesse. REISK. Nihil hic vitii est. *tempus quod definicit, nonam prytaniam,* quae sit ἡ προθεσμία pecuniae dependendae. *scripsit ei qui dederit vades.* SCHAEF.

728, 23. τῷ καταστήσαντι λέγει τοὺς ἐγγυητάς] Subaudi καὶ μόνῳ τούτῳ, ἀλλ' οὐ τῷ μηδένα καταστήσαντι ἐγγυητήν. REISK.

729, 1. ἀνάγκην] Scilicet τοῦ καθιστάναι ἐγγυητὰς ἢ δεδέσθαι, *necessitatem aut constituendi vades aut in carcerem migrandi.* REISK. Immo τοῦ δοῦναι δίκην. Docent proxime sequentia. SCHAEF.

729, 4. ὑφ' ὑμῶν] Vulg. ἐφ' ὑμῶν. ὑφ' ὑμῶν August. primus. Et sic correxi. *a vobis*, aut a decessoribus vestris. Oratores enim Graeci de conventu judicum ut de corpore quodam immortali loqui solent. Si quid superiores judicarint, id idem etiam praesentes censere et ratum habere existimantur. REISK.

729, 7. ἄκυρα τὰ προστιμήματα ποιεῖ] Eludens exsecutionem sententiarum, quas judices tulerint, earumque vim suis exceptionibus et clausulis frangens. REISK. Mutata locutione p. 725, 22. τὰ δικαστήρια ἄκυρα ποιῆσαι τῶν προστιμημάτων. Quod recurrit p. 732, 10. SCHAEF.

729, 10. τιμῶντας h. l. non est idem quod προστιμῶντας, quae Reiskii opinio est, sed significat genus, quod etiam τὸ προστιμᾶν ut formam complectitur. SCHAEF.

729, 16. φιλοτιμίας] *Decora.* SCHAEF.

729, 22. Distinguendum videtur, πῶς οὖν ἀνάγκη— ἐστί; DOBR.

730, 8. νὴ Δία] Formula intendens vim enuntiationis sarcasticam. SCHAEF.

730, 10. εἶτα τότ'] Sic Latini *tunc deinde.* SCHAEF.

730, 18. ταῖς ὀξύτησι et τοῖς τοῦ πολέμου καιροῖς deinceps ita sequuntur, ut posterius sit epexegesis prioris. Simili epexegesi Theophylactus Simoc. p. 9. edit. Commel. οἶδεν ὁ λαγωὸς διὰ τοῦ δρόμου καὶ τῆς τῶν ποδῶν ὀξύτητος κυνηγέτου ἐπιβουλὰς ἀποπέμπεσθαι. SCHAEF.

730, 23. τὴν διοίκησιν] V. not. ad p. 564, 23. SCHAEF.

731, 9. ἐνδεῇ πολλῶι —ταῦτα] ἐνδεεῖς πολλῷ (hoc cum Wolfio) καὶ μηδὲ ταύτας conjecit Dobraeus.

731, 24. καὶ τῶν ἐγγυητῶν] Malim καὶ τῶν τούτων ἐγγυητῶν, id est κατὰ τῶν ἐγγυητῶν, οὓς ἂν οὗτοι καταστήσωσι. *et contra vades, si quos hi publicani exhibuerint.* REISK. Sed conf. p. 713, 5, 6., ubi pronomen non magis additum est. Omnino graecismus abstinet usu pronominum ubi omissa sensum non obscurant. SCHAEF.

731, 25. Quod post ἐγγυητῶν in libris legitur, τὰς πράξεις κατὰ τοὺς ὑπάρχοντας νόμους, suspicor olim adscriptum margini ab interpretante postea in textum irrepsisse. Deleto eo enim vide quam levis periodus ab initio ad finem decurrat. Servatum autem non modo gravat constructionem, sed etiam disjungit arcte jungenda: κατὰ τῶν τελωνῶν καὶ τῶν ἐγγυητῶν, καὶ εἴ κατά τινων—. SCHAEF. In annot. crit. ad h. l. pro Voemelii nomine Schaeferi nomen ponatur.

731, 26. τινων] In talibus locutionibus ad pronomen indefinitum vulgo subaudiunt adjectivum ἄλλος. V. L. Bosii Ellips.

p. 27. et 848. Frustra. *τὶς* enim sic usurpatum valet i. q. *ὁστισοῦν*. Galenus vol. 6. p. 52. edit. Lips. *ὄνῳ—ἤ τινι τῶν ἀλόγων ζώων—*. SCHAEF.

732, 12. *ἀλλὰ καὶ* fidenter transpone post *καταλύει*. Egerat de *δικαστηρίοις* p. 723, 18.—725, 21. de *τοῖς ἀδικοῦσι τὰ κοινὰ* 725, 22.—729, 13. de *στρατείαις* 729, 14.—730, 23. de *διοικήσει* 730, 24.—732, 10. Nunc orditur de *κακούργοις* etc. Transitionem autem notant ista solennia *οὐ τοίνυν—τὰς γὰρ ὑπαρχούσας—*. DOBR.

732, 18. *ἐάν τις ἁλῷ κ. τ. λ.*] Citant Anecd. Bekk. p. 123, 13. usque ad v. *θανάτου*. p. 175. 27. usque ad v. *δεσμόν*. SCHAEF.

ἐάν τις] *ἐὰν δέ τις* Anecd. Bekk. loco priori. SCHAEF.

732, 19. *δεσμόν*] Alii libri *δεσμοῦ*. Ita noster constanter: p. 712. 19. *εἴ τινι—προστετίμηται κατὰ νόμον ἢ κατὰ ψήφισμα δεσμοῦ*. et p. 713, 10. *εἴ τινι τῶν ὀφειλόντων δεσμοῦ προστετίμηται*. et p. 715, 11. *εἴ τινι τῶν ὀφειλόντων δεσμοῦ προστετίμηται*. et p. 719, 18. *ὅσοις δεσμοῦ προστιμᾶται*. et p. 745. pen. *οὐκ ἂν οὖν ἐξῆν δεσμοῦ τιμῆσαι*. et p. 764, 9. *εἴ τινι προστετίμηται δεσμοῦ*. et p. 765, 3. *ὅταν οἷς τετίμηται δεσμοῦ—*. Similiter p. 733, 15. *ἐὰν δὲ ἀργυρίου τιμηθῇ*. TAYLOR. Bene habet vulgata. Dubito satisne tuto colligi possit ex eo, quod *ὅτῳ προστετίμηται δεσμοῦ* dicitur, dici etiam recte posse aut dictum esse *προστιμᾶν αὐτῷ δεσμοῦ*. Nam in illa ipsa dictione, *προστετίμηται αὐτῷ δεσμοῦ*, tamen subauditur *τιμή*: et, recte si dicatur *προστιμᾶν τινι δεσμοῦ*, tamen subaudiendum sit *τιμήν*. REISK. V. ad p. 694, 5. Utraque constructio recte habet. Accusativus est etiam p. 736, 15., libris consentientibus. SCHAEF.

732, 20. *ἐάν τις ἁλοὺς τῆς κακώσεως*] Dele *τῆς*. Fortasse erant duae lectiones, *τις ἁλούς* et *ἁλούς τις*. DOBR.

732, 21. *εἰς τὴν ἀγορὰν ἐμβάλῃ*] I. q. *εἰς τὴν ἀγορὰν εἰσίῃ*. V. p. 719, 23. *εἰς τὴν ἀγορὰν—ἐμβαλεῖν* p. 751, 26. Talibus in locutionibus verbum *ἐμβάλλειν* omnisque ejus familia nihil violenti significat. Conf. Ind. ad Odyss. p. 151. SCHAEF.

732, 26. *ἀποτρέψομαι*] Alii libri *ἀποκρύψομαι*. Vide p. 700, 11. Porro locum hunc memoria fretus videtur Hermogenes citare cap. *περὶ αὐθαδῶν καὶ τολμηρῶν διανοημάτων* hoc modo: *ὁμολογία δὲ τοῦ τολμήματος, ὡς ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους· καὶ γὰρ εἰ φορτικὸς ὁ λόγος εἶναι δοκεῖ, ὅμως ἐρῶ· ἀποκτείνατε αὐτὸν, ἵνα τοῖς ἀσεβέσιν ἐν Ἅιδου θῇ τοῦτον τὸν νόμον*. TAYLOR.

733, 5. *αὐτὸ λάβῃ*] Rectius fortasse *ἀπολάβῃ*. Ita Bodlei. TAYLOR. Scilicet *τὸ κλέμμα ὁ ἀπολωλεκώς*. *Si, qui perdidit aliquid furto, ipsam illam rem furto ablatam reperit apud furem.* REISK.

τὴν δεκαπλασίαν] *τὴν διπλασίαν* Heraldus Animadv. 3, 3, quae conjectura recentiorum Meieri, Platneri, Schoemanni suffragia non tulit. Equidem Heraldi conjecturam his ex caussis adoptandam censeo:

1) Nunquam in jure Attico decuplum noxae, sed semper duplum restituitur.

2) Nimiae severitatis esset, si fur, re abrepta restituta, duplo tantum multaretur, non restituta, non solum decuplum solvere cogeretur, sed alia insuper poena corpori ejus infligeretur (*σὺν τοῖς ἐπαιτίοις*).

3) Aulus Gellius (9, 18) ita scribit de lege Solonis ad furta spectante: Solon sua lege in fures non (ut antea Dracon) morte, sed dupli poena vindicandum existimavit.

4) Verbis, quae legi de furtis publice persequendis addita sunt, sed ad furtum privatum spectant (Dem. in Timocr. 736, 11) "*εἰ δέ τις ἰδίαν δίκην κλοπῆς ἁλῷη, ὑπάρχειν μὲν αὐτῷ διπλάσιον ἀποτῖσαι τὸ τιμηθὲν, προστιμῆσαι δ' ἐξεῖναι τῷ δικαστηρίῳ πρὸς τῷ ἀργυρίῳ δεσμὸν τῷ κλέπτῃ*" diserte dictum est alterius poenae adjectionem (*προστίμησιν*) non factam esse ad decupli, sed ad dupli poenam; et sine dubio Demosthenes hoc maxime loco, ubi cetera, quae ad poenas pertinent, satis accurate exponit, non dupli tantum, sed decupli poenam memorasset, si haec locum habuisset.

Quaenam fuerint *τὰ ἐπαίτια*, declarat Pollux (8, 22): Τὰ *μέντοι προστιμήματα Σόλων ἐπαίτια καλεῖ.* Quae fuerint *τὰ προστιμήματα*[1]), pulchre explicat Heraldus l. c. p. 204 sqq.: "*Προστίμημα* erat id, quod praeter poenam legibus definitam licebat judicibus ad eam augendam adjicere, quod volebat Harpocration: *προστιμήματα. Ἔστι μέν τινα ἐν τοῖς νόμοις ὡρισμένα κατὰ τῶν ἀδικούντων, ἔστι δὲ καὶ ἃ προστιμᾶται τὸ δικαστήριον.* Quibus verbis non distinguit inter *προστιμήματα*, ut alia sint *ἐν τοῖς νόμοις ὡρισμένα*, alia non, sed ait, poenas esse quasdam legibus constitutas certis criminibus, quae sunt legum *τιμήματα*, ad quas licere etiam judicibus aliquid adjicere, quod est *προστίμημα*, ita dictum, quod *πρὸς τῷ τιμήματι τῷ ἐν τοῖς νόμοις ὡρισμένῳ* adjiceretur a judicibus, si iis videretur."

Ita in nostra lege dupli poena est mulcta a legibus definita; ad quam, si res abrepta reddita non fuisset, *προστιμᾶν* licebat *τῷ δικαστηρίῳ*; et haec quidem *προστίμησις* ea fuit, ut fur nervo vinciretur per quinque dies totidemque noctes: *δεδέσθαι δ' ἐν τῇ ποδοκάκκῃ τὸν πόδα πένθ' ἡμέρας καὶ νύκτας ἴσας, ἐὰν προστιμήσῃ ἡ* '*Ηλιαία*. Cf. p. 736, 14.

Postrema haec verba legis Soloneae memorare videtur Lysias, ubi in oratione contra Theomnestum obsoletas Solonis dictiones in legibus exstantes allegat (p. 356): Καί *μοι ἀνάγνωθι τούτους τοὺς νόμους τοῦ Σόλωνος τοὺς παλαιούς.* "ΝΟΜΟΣ. *Δεδέσθαι δ' ἐν τῇ ποδοκάκκῃ ἡμέρας δέκα τὸν πόδα, ἐὰν μὴ προστιμήσῃ ἡ* '*Ηλιαία.*" Quem locum corruptum esse observavit Heraldus, et recte *πέντε* (quae lectio uno quoque codice probatur) pro *δέκα* et *μήν* pro *μή* legendum statuit. Quid sit *ἐν τῇ ποδοκάκκῃ* mox declarat Lysias; idem enim esse quod "*ἐν τῷ ξύλῳ.*" Conf. Harpocr. v. *ποδοκάκκη*.

[1] Cf. praeterea Boeckh. Oecon. I. p. 399; Meier. de bon. damnat. p. 108.; idem Proc. Att. p. 182 sq.; Platner. Proc. Att. I. p. 202 sq.

In postremis verbis legis apud Demosthenem "τὸν βουλόμενον" Heraldus (l. c.) recte ad judices refert: nam quod Platnerus (l. c. 2, 173 not.) objicit, τὸν βουλόμενον unumquemque Atheniensium significare, non ita, ut opinatur, verum est, quum, si quivis Atheniensium significandus est, leges, ubi stricte loquuntur, semper habeant "ὁ βουλόμενος Ἀθηναίων, οἷς ἔξεστιν." SCHELLING. de Solonis legibus p. 133—135.

733, 8. ἐὰν προστιμήσῃ ἡ Ἡλιαία] Si nempe Heliaea dignum judicaverit reum, cui praeter restitutionem aut compensationem modo dictam, quae est poena rata, constans, a legibus dicta, nulli remittenda, adhuc poenam carceris arbitrariam irroget. REISK.

προστιμᾶσθαι] προστιμᾶσθαι dicitur ille, qui judices rogat ut reum poena quadam aut supplicio pro ipsorum arbitrio afficiant: quod rogare poterat seu actor seu quicunque alius, cui per leges liceret. προστιμᾷ autem judex. REISK.

733, 10. ὅταν περὶ τοῦ τιμήματος ᾖ] Scilicet ἡ ζήτησις. Tum scilicet, cum de aestimatione litis agetur, in caussa ejusmodi, ubi locum habet muleta in aere, non poena capitalis. REISK.

ἐὰν δέ τις ἀπαχθῇ κ. τ. λ.] Incipit lex nova, a priori, resecanda. TAYLOR.

ἐὰν δέ τις—ἢ ἀστρατείας] Citant Anecd. Bekk. p. 123, 11. SCHAEF.

ἀπαχθῇ] Scilicet πρὸς τὴν Ἡλιαίαν aut πρὸς τοὺς θεσμοθέτας ex actione τῆς ἀπαγωγῆς. REISK.

ἢ προειρημένον] ἢ Reiskius perperam delevit. Neque enim de duobus agitur delictis, sed de tribus: primo eorum, qui convicti sunt τῆς τῶν γονέων κακώσεως; altero eorum, qui τῆς ἀστρατείας; tertio eorum, qui quae loca ob facinus (e. c. homicidium) adire legibus vetiti erant tamen adierunt. SCHAEF. Reiskii conjectura non solum non necessaria, sed etiam totum legis sensum turbat. Neque enim tantummodo, si quis singulorum, quae lex nominat, criminum, sed si quis cujuscunque criminis, quod ignominiam maximam aut mediam afferret, reus esset, a templis locisque publicis arcebatur, eaque si nihilominus ingrediebatur, voluit Solon in Heliaeam adducto poenam constitui; crimina igitur male habitorum parentum aut militiae recusatae nonnisi exempli caussa allata sunt, quippe quibus delictis maximae aut mediae infamiae poena erat constituta. Cf. Diogen. Laërt. vit. Sol. §. 55. et Andocid. p. 10, 24; item Meier. de bon. damn. p. 127. Neque offendant verba oratoris, quae antecedunt ipsam legem: Λεγόντων γὰρ τῶν νόμων, οὓς ἔθηκε Σόλων, οὐδὲν ὅμοιος ὢν τούτῳ (Τιμοκράτει scil.) νομοθέτης, "ἐάν τις ἁλῷ κλοπῆς......καὶ ἐάν τις ἁλοὺς τῆς κακώσεως τῶν γονέων εἰς τὴν ἀγορὰν ἐμβάλῃ, δεδέσθαι· κἂν ἀστρατείας τις ὄφλῃ, καί τι τῶν αὐτῶν τοῖς ἐπιτίμοις ποιῇ, καὶ τοῦτον δεδέσθαι," Τιμοκράτης ἅπασιν ἄδειαν ποιεῖ κ. τ. λ. Nam hoc quoque loco crimina κακώσεως et ἀστρατείας nonnisi exempli caussa nominari, cetera autem omnia, quorum poena media aut maxima infamia erat, lege nostra contineri, verba ostendunt

"καί τι τῶν αὐτῶν τοῖς ἐπιτίμοις ποιῇ." SCHELLING. de leg. Solon. p. 58. Deleatur annotatio crit. f. Nam quod ῇ ab F. abesse ait Bekkerus error esse videtur ex eo natus, quod ad Reiskii editionem, ῇ particula carentem, nihil diversitatis annotasset ex F.

733, 11. τῶν νόμων εἴργεσθαι] Idem quod νομίμων εἴργεσθαι ap. Demosth. p. 634, 1. aliosque, quod ipsum hic quoque restitui voluit Salmasius de modo usur. p. 774. Sed similiter Lycurg. c. Leocr. p. 156, 13. ab Dobr. comparatus, τὸν δὲ ἐλεύθερον εἶργον τῶν νόμων, ubi Steph. pariter νομίμων. et νόμων στέρησις ap. Demosth. p. 544. paritérque e contrario τῶν νόμων τυγχάνειν, de quo dixit Sauppius ad Lycurg. p. 134.

733, 14. ὁ βουλόμενος, οἷς ἔξεστι] Constructio hoc minus miranda, quod ὁ βουλόμενος vice fungitur nominis collectivi. Conf. not. ad Porsoni Orest. p. 84. ed. tert. Lips. SCHAEF.

733, 18. τοὺς ὄντας] Malim τοὺς ὄντας πονηρούς. REISK. Ego non item: etiam ne Solonis laudes minuantur. Demosthenes enim Solonis praedicat laudes non modo ut legislatoris, sed etiam ut magistri omnis virtutis. SCHAEF.

733, 26. βοηθοὺς] βοηθοὺς νόμους conjecturam ex libro Bodl. memorat Taylorus, βοηθοῦντας λυμαίνει νόμους Dobraeus.

734, 6. ἀπολογίσασθαι] Anecd. Bekk. p. 430, 15: Ἀπολογίσασθαι—τὸ ἐπεξελθεῖν ἕκαστα. Zonaras p. 266. hunc locum, opinor, respiciens: Ἀπολογίσασθαι. τὸ ἐπεξελθεῖν ἕκαστα. οὕτως Δημοσθένης. SCHAEF. Utitur hoc verbo Pseudo-Aristot. Rhet. ad Alex. c. 20. p. 46, 7. ed. Spengel.

734, 7. κατὰ πάντα ἔνοχον ὄντα] Mox v. 17. κατὰ πάντ' ἀδικεῖ φανερῶς. SCHAEF.

734, 20. ποιῆσαι] *Sed mihi quidem videtur, si quid aliud praeterea nostrae leges vetuissent fieri, etiam hoc facturus fuisse.* SCHAEF.

734, 27. ὅστις—ἠμέλησεν] Citant Anecd. Bekk. p. 123, 15. SCHAEF.

ὅστις] ὅτι Anecd. Bekk.

735, 3. τὰ μὲν ἱερὰ, τὰ δ' ὅσια] Recurrit v. 17. SCHAEF.

735, 5. τῶν μὲν ὁσίων—τῶν ἱερῶν δὲ] Adverte diversam sedem particularum. SCHAEF.

735, 7. αὐτίκα μάλα] Alii libri αὐτίκα δὴ μάλα. Sic p. 613, 14. 749, 8. 753, 18. 764, 21. 778, 25. 799, 17. αὐτίκα δὴ p. 781, 21. SCHAEF.

735, 10. ἀστυνόμος] De astynomis v. Schoemann. Antiq. publ. p. 246.

735, 11. κατὰ δήμους] Harpocratio: Κατὰ δήμους δικαστάς. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους. περὶ τῶν κατὰ δήμους δικαστῶν, ὡς πρότερον μὲν ἦσαν τριάκοντα καὶ κατὰ δήμους περιϊόντες ἐδίκαζον, εἶτα ἐγένοντο τεσσαράκοντα, εἴρηκεν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Πολιτείᾳ. Judices erant pedanei, qui in pagis de peregrinitate judicabant. Vide Pollucem 8. 5. et quae diximus ad Aeschinem c. Timarch.

p. 129. not. 76. Errant, qui haec de XLviris intelligunt post sublatum XXXviratum constitutis. TAYLOR.

735, 13. κληρωτὴν—ἄρξας] Significanter hoc additum: quis enim jam miretur tales homines fuisse ἰδιώτας καὶ πολλῶν ἀπείρους? SCHAEF.

735, 15. καὶ—τίθησιν,—εὗρε] Adverte constructionem, quae adhuc obliqua fuerat utpote pendens ab οἴεται δεῖν, subito ita inflexam, ut in rectam transeat. SCHAEF.

735, 28. Εἰ μέν τις κ. τ. λ.] Complures leges sive complura legis capita in hoc ambitu orationis video contineri: Εἰ μέν τις μεθ' ἡμέραν κ. τ. λ. et: Τῷ ἁλόντι κ. τ. λ. p. 736, 8. καὶ Εἴ τίς γ' ἐκ Λυκείου κ. τ. λ. v. 6. et: Εἴ τις ἰδίαν δίκην κ. τ. λ. v. 11. Ita enim demum concludit: καὶ τούτων ὀλίγῳ πρότερον ἠκούσατε τῶν νόμων. TAYLOR. Prima legis, quam Demosthenes partim Solonis partim suis ipsius verbis exponit, pars agit de furtis publice persequendis, de quibus v. Meier. de bonis damn. p. 106 seqq. et Proc. Att. p. 356. seqq.

736, 3. εἰ βούλοιτο] Scilicet ὁ λαβὼν ἐπ' αὐτοφώρῳ καὶ δικαζόμενος. REISK.

τῷ δ' ἁλόντι ὧν αἱ ἀπαγωγαί εἰσιν] ἁλόντι τούτων (διὰ ταῦτα), δι' ἃ ἔξεστιν ἀπάγειν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἢ παραδοῦναι τοῖς ἕνδεκα, τουτέστι, τῷ κλέπτῃ. WOLF. Vide Salmasium de M. U. p. 775. Ulpianum ad hunc locum et Petitum LL. Attic. L. 7. tit. 5. TAYLOR.

736, 5. οὐκ] Subaudi εἶπεν aut simile quid. Sin refers ad infinitivum εἶναι, constructionem facis soloecam: quippe sic poni oportuit μή. SCHAEF.

736, 8. ἐκ τῶν γυμνασίων] Nam ob loci celebritatem populique frequentiam, et quia nemo, dum lavat, ungitur, luctatur aut quoquo demum modo se exercet, fures (λωποδύτας vocant) a vestimentis, quae deposuit, facile arcere possit, ob haec, inquam, ibi furta et facillime committi et aegerrime deprehendi poterant. De furibus balneariis vide Victor. Var. Lect. 7, 17. Casaubon. ad Theophrasti Charact. p. 81. edit. Needh. Alciat. Parerg. 2, 38. Cujac. Observat. et Emendat. 5, 8. Marqu. Freher. Parerg. seu Verisim. l. 2. c. 12. Muret. ad istud Catulli Carm. 30.

O furum optime balneariorum.

Inde serior aetas iis rebus custodes adposuit, quos *capsarios* vocant. *Adversus capsarios quoque, qui mercede servanda in balineis vestimenta suscipiunt, judex est constitutus: ut, si quid in servandis vestimentis fraudulenter admiserint, ipse cognoscat.* L. 3. §. ult. de Offic. Praef. Vig. *Sive balneator fuerit, velut in quibusdam provinciis fit, in balneis ad custodienda vestimenta conducta habent mancipia.* L. 4. §. 2. D. de his, qui not. infam. TAYLOR.

737, 1. ᾤμην δεῖν—περὶ τούτων νομοθετεῖν] Constructio haec est: ᾤμην δεῖν τὸν νομοθετοῦντα νομοθετεῖν περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι, οἷα δεῖ κ. τ. λ. Ut περὶ τούτων sit notissima epanalepsis,

qua oratio fit et dilucidior et vero gravior. Orator enim omnino vetat *νομοθετεῖν περὶ τῶν γεγονότων πραγμάτων*. V. mox v. 5. SCHAEF.

737, 2. *τὰς τιμωρίας ὁποίας τινὰς*] Exquisitior verborum ordo pro vulgari *ὁποίας τινὰς τὰς τιμωρίας*. SCHAEF.

737, 10. *οὐδ' ἂν—τοῦ νόμου*] Sensus: *nec Timocrates dictitaret hanc legem perferendam esse.* SCHAEF.

737, 17. *τουτουσὶ*] Judices scilicet. SEAGER. *Diar. Classic.* 57. p. 364.

737, 20. *μέγα—μικρὸν—*] *μέγα*, scilicet *εἴ τις ἠδίκηκεν, ἐχρῶντο ὀργῇ μεγάλῃ.* et rursus: *μικρὸν εἴ τις ἥμαρτέ τι, καὶ μικρᾷ τῇ ὀργῇ ἐχρῶντο.* Minucianus p. 148. cum locum hunc recitasset, interpretandi gratia subjicit: *εἴρηται δὲ ὁ λόγος περὶ τῆς ἐπὶ τοῖς ἀδικήμασιν ὀργῆς.* *Significat hac dictione, modum poenae cujusque modo delicti cujusque respondisse.* REISK.

737, 21. *ἢ τὸ τί χρή*] Subaudi *γεγραμμένον ἐν τοῖς νόμοις.* *ubi enim in legibus occurrit haec formula, τί χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι, ibi leges poenae mulctaeve irrogandae facultatem judicibus faciunt.* REISK. *τὸ ὅ τι χρὴ* Dobraeus.

737, 28. *ὑπὲρ τοῦ δήμου*] *ὑπὲρ τῶν τοῦ δήμου* tres codd. Placet ut aptius respondens antecedenti *ὑπὲρ τῶν ἱερῶν.* *τὰ τοῦ δήμου* i. q. *τὰ ὅσια.* Mox p. 738, 6. *τὰ δ' ὅσια, ἃ ἐγίγνετο ὑμέτερα.* SCHAEF.

738, 1. *οὐ γὰρ δὴ ἐρεῖ γε*] *οὐ γὰρ δή γε ἐρεῖ* tres codd. Perperam. V. not. ad Dionys. Halic. de C. V. p. 230. ad Theocrit. 1, 68. ad Sophocl. Electr. 482. SCHAEF.

ἐρεῖ] Timocrates puta. Quamquam nescio an melius sit *ἐρεῖς* in secunda persona. REISK. Non est melius. Nihil frequentius tali conversione in orationibus Demosthenicis. SCHAEF.

738, 7. *διαφέρει—τῶν ἄλλων*] Facinus igitur Demostheni gravius visum est sacrilegio quod vulgo dicitur, etsi tantummodo peculatus fuit. V. Meierus de bon. damnator. p. 17. Scilicet talia exaggerantur oratorie, ut caussae inserviant, nec sunt exigenda ad regulam aut adstringenda nomenclatione Jureconsultorum. SCHAEF.

τοσοῦτον—ὅτι] Adverte *ὅτι* h. l. relatum, non ad *τοῦτο*, sed ad *τοσοῦτον*. SCHAEF.

738, 8. *αὐτῶν*] Istorum, Androtionis puta sociorumque. REISK.

τῶν ἄλλων] Id est *τῆς τῶν ἄλλων.* scilicet *ἱεροσυλίας*. Exemplum est breviloquentiae in comparationibus usitatissimae, de qua v. not. ad schol. Apollon. Rhod. p. 164. SCHAEF.

738, 10. *δέον αὐτούς*] Subaudi *ἀνενεγκεῖν*. SCHAEF.

738, 13. *τὰ ἀκρωτήρια τῆς Νίκης*] Recte schol. *τινὲς δὲ ἐξηγοῦνται Νίκης Ἀθηνᾶς εἶναι ἄγαλμα ἐν τῇ ἀκροπόλει, ταύτης δὲ πτέρυγας χρυσᾶς οὔσας ἐπεχείρησάν τινες κακοῦργοι ἀφελέσθαι.* *ἀκρωτήριον* de ala dictum in inscr. ap. Boeckh. Corp. Inscr. vol. 1. p. 235. *ἀκρωτήριον χρυσοῦν ὀπίσθιον.* ubi Demosthenis locum comparavit Boeckhius.

738, 28. *τούτους*] Androtionem cum sociis. REISK.
ἐκείνων] Quam publicani delinquunt. REISK.

739, 1. *ἐκεῖνα τἀδικήματα*] Androtionis puta sociorumque, ad quos etiam *τούτοις* v. 3. referendum. REISK. Fortasse malis *τὰ τούτων ἀδικήματα*. Sed Graeci licenter inflectunt usum horum pronominum, quando ita inflectere licet, ut sensus ne fiat obscurus. SCHAEF.

739, 2. In annot. crit. z. literam S. ante Y. positam dele.

739, 5. *ὅσον ὑμεῖς—τῶν ῥητόρων*] Vobis ipsis scilicet, humilioribus, non parcendo legibus abrogandis, si quis vestrum poenam commeruerit. SEAGER. *Diar. Classic.* 58. p. 364.

739, 11. *οὗτοι δ'*] Scilicet *τιθέασι* (non *τίθενται*) *νόμους*. *hi autem leges ferunt, ut—*. REISK.

739, 18. *πάντων*] In annot. crit. n. pro "*ἁπάντων* F. v." lege "*ἁπάντων* idque post *ἀνθρώπων* F. v." Recte vero *πάντων* om. S.: v. quae ad p. 980, 26. dicentur.

739, 25. *Μελάνωπον*] V. ad p. 703, 21.

740, 3. *ἀλλὰ—ἡλικίᾳ;*] Subaudi e praemissis *οὐ προσήκει Ἀνδροτίωνα δεδέσθαι*. REISK. Accuratius subaudias *αἰσχρὸν ἴσως ἂν ἦν Ἀνδροτίωνα δεδέσθαι*. Ceterum haec etiam est *ὑποφορά*, non *ἐρώτησις*. SCHAEF.
τῇ ἡλικίᾳ] I. q. *τῇ νεότητι* p. 739, 22. SCHAEF.

740, 5. *ὑφείλετο*] Post h. v. Reiskiana habet signum coli: Bekkeriana plene distinxit, posito signo interrogandi post *δεσμωτήριον* v. 7. Mihi omnia haec, *ἀλλὰ καὶ διὰ ταῦτα—εἰς τὸ δεσμωτήριον*, *ἀνθυποφορὰν* efficere videntur. SCHAEF. Recte.

740, 7. *ἀλλὰ Μελάνωπος—ἔμελλεν;*] Rursus est *ὑποφορὰ*, non *ἐρώτησις*. SCHAEF.

740, 8. *ἔμελλεν*] Post h. v. deesse videtur *τὸν τοιούτου πατρὸς ἐκγεγονότα* vel simile quid. Quod ni addendum est, tacite quidem esse subaudiendum insequentia docent. REISK. Neque addendum est quidquam nec subaudiendum. Dixerat orator de patre Androtionis: nunc exspectabant auditores etiam de Melanopi patre, quem et ipsum ambustum nossent, dicturum esse. Itaque oratio non hiat. SCHAEF.

740, 12. *οἷον ἂν—αὐτὸν ἐγκωμιάσειεν*] *ἐγκωμιάζω σε τοιοῦτον*, i. q. *ἐγκωμιάζων λέγω σε τοιοῦτον*. Notanda locutio. SCHAEF.

740, 17. *δεκαπλάσιον*] Libri multi et edd. veteres *δεκαπλασίαν*, quod nisi gravior esset alterius scripturae auctoritas, probandum foret. Sic *τετραπλασίαν τίνειν, ζημιοῦν τὴν διπλασίαν* et alia hujusmodi dicuntur, de quibus v. Bernhard. in Syntaxi p. 190.
παρεπρεσβεύσατο εἰς Αἴγυπτον] Plato Leg. 12. p. 941. HSt. Ἐὰν ὥς *πρεσβευτής τις—παραπρεσβεύηται πρός τινα πόλιν κ. τ. λ.* V. H. Stephanus Thes. h. v. SCHAEF.

741, 3. *τὰς—δεκάτας*] Intelligenda pecunia Naucratitica. SCHAEF.

741, 5. *ἔλαβεν*] Scilicet *ἡ πόλις*. REISK.

741, 7. *ὃς ἦγε τριακοσίους δαρεικούς*] "Id est fere sexcentos

quos dicunt ducatos." Dorvillius ad Chariton. p. 533. med. edit. Lips. SCHAEF.

741, 8. δαρεικούς;] Posui signum interrogandi. Haec enim periodus, καὶ ὁ ἀπὸ μὲν τῶν—τριακοσίους δαρεικούς est altera interrogatio, cui respondent proxima, ἀλλὰ ταῦτά γ'—εἰδέναι. Sic primam interrogationem, οὐχ οὗτός ἐστιν—ἄγων ὑμᾶς, excipit similis responsio, ἀλλὰ πάντες ἴστε ταῦτα. SCHAEF. Recte.

741, 9. ἀλλὰ τἄλλα—ἀνθρώπων;] Est objectio, hypophora, quam ipse orator sibi opponit, sed ut statim amoveat. *Atqui tamen, aiet aliquis, in caeteris certe violentus et injuriosus non est Glaucetes?* Respondet orator: ὡς οὐδεὶς ἀνθρώπων. *Est enimvero, ut nemo alius magis.* REISK. Fallitur Reiskius verba ἀλλὰ τἄλλα οὐ βίαιος dicens hypophoram. Est enim haec simplex ipsius oratoris interrogatio, cujusmodi duas antea legimus: quibus interrogationibus Glaucetas admirabili artificio ita premitur, ut non posse respirare videatur. SCHAEF.

741, 16. διδάσκετε] Scilicet τὸ πονηροὺς εἶναι. REISK.

741, 20. ἐν τῷ οἰκήματι τούτῳ] Erat ergo, quod videtur ex hoc loco colligi posse, carcer in foro, ut velut digito demonstrari posset. V. p. 742, 21. et 743, 2. REISK.

ἕως ἂν—ἀγωνίσωνται] Citant Anecd. Bekk. p. 123, 24. SCHAEF.

741, 22. ἔδοξε—αὐτοῖς] Citant Anecd. Bekk. p. 123, 25. SCHAEF.

πόλει] πολιτείᾳ Anecd. Bekk. SCHAEF.

741, 23. διακρουσθῆναι τῆς τιμωρίας] Argutis strophis avocari, arceri et depelli a sumenda poena. REISK.

742, 12. Θρασύβουλον τὸν Κολλυτέα] Cave confundas hunc Thrasybulum cum illo libertatis Atheniensium assertore celebri, qui dicebatur Θρασύβουλος ὁ Λύκου Στειριεύς. Hic tamen, de quo hoc loco agitur, fuit etiam de numero eorum, qui contra XXX tyrannos pugnaverunt e Piraeeo prodeuntes, et forte fuit Θρασύβουλος ὁ Θράσωνος, Alcibiadis inimicus, de quo Plutarchus in Alcibiade. PALMER. Thrasybulus Collytensis, dux classis Atheniensium Olymp. 98, 1., de quo v. Hemsterh. ad schol. Aristoph. Pl. 550., memoratur a Xenophonte Hellen. 5, 1, 26. Diversus ab eo, quanquam ipse quoque Collytensis, est dux Atheniensium (Olymp. 112, 3.), cujus Aeschines mentionem facit p. 73, 19. Utrum in mente habuerit Demosthenes ambigit Boeckhius ad inscr. navalem p. 423. Priorem intellexit Hemsterhusius, recte, ut opinor: alterum Clintonus Fast. Hell. vol. 2. p. 111. Prior ille haud dubie idem est atque orator memoratus a Demosthene p. 301, 19. Conf. Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 651.

742, 17. 'Αγύρριον] Harpocratio: 'Αγύρριος. δημαγωγῶν οὗτος οὐκ ἀφανής. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους. V. Valesium ad h. l. et ad v. Θεωρικά. Meurs. Attic. Lect. 6, 4. TAYLOR. Aristoph. Pl. 176. confert Sievers. Hist. Gr. p. 111.

742, 21. τῷ οἰκήματι] *Carcere* recte vertit Dorvillius ad Chari-

ton. p. 587. edit. Lips. Ceterum v. not. ad p. 741, 20. SCHAEF.

742, 23. δυνάμενος] Subaudi μέγα ἐν τῇ πόλει. *cum plurimum in rep. valeret.* REISK. Non subaudiendum. V. quae adnotavi ad p. 110, 20. Hoc quidem loco quid valeat δυνάμενος, satis docet oppositum τοῖς ἀδυνάτοις v. 20. Conf. not. ad Porsoni Orest. p. 81. edit. tert. Lips. SCHAEF.

742, 25. καὶ Μυρωνίδης] Subaudi ἐγένετο ἐν τῷ οἰκήματι τούτῳ. Sic etiam Reiskius in Ind. Histor. SCHAEF.

Ἀρχίνου] Memoratur ab Dinarcho p. 100, 3. Aristide vol. 1. p. 441. extr. aliisque. Ejus nomen ex codd. restitutum infra p. 1479, 11.

743, 1. τῶν τῆς θεοῦ] τοῖς ταμίαις τῶν τῆς θεοῦ p. 1075, 2. SCHAEF.

743, 3. οἱ περὶ τὸν σῖτον ἀδικεῖν δόξαντες] V. Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 1. p. 91. SCHAEF.

743, 6. κατὰ τοὺς ὑπάρχοντας νόμους delet Dobraeus.

743, 10. διὰ τοὺς] διὰ delet Dobraeus.

743, 15. ἔγωγ' οἶμαι] ἐγὼ μὲν οἶμαι tres codd. Quod erunt qui praeferant. V. p. 579, 10. 615, 26. 748, 7. 749, 4. 756, 3. SCHAEF. Sed conf. p. 718, 18.

743, 21. ἐτιμήσατε] Hoc dicitur: per pauca suffragia stetisse, quo minus ingenti pecunia reus muletaretur; nunc illam suffragiorum paucitatem effecisse ut non valeret ἡ τίμησις. valeret ἡ ἀντιτίμησις. SCHAEF.

743, 28. βούλομαι δ' ὑμῖν κ. τ. λ.] Vide Hermogen. p. 28. Menag. ad Diogen. Laert. p. 33. Vales. ad Harpocrat. v. Ἑτερόφθαλμος. TAYLOR.

743. 29. οὐδὲν γὰρ—ἀκηκοότες] I. q. οὐδὲν γὰρ χεῖρον παράδειγμά τι ἀκηκοέναι. V. Reiziana in Hermanni Adnotatt. ad Viger. p. 725. SCHAEF.

744, 3. τὰ πάτρια περιστέλλειν] V. Schweighaeuseri Lexic. Herodot. vol. 2. p. 206. b. SCHAEF.

744, 5. διαδύσεις] *Latebras et subterfugia.* Edd. vet. διαλύσεις. REISK. τὰς τῶν—πονηρῶν διαδύσεις p. 730, 12., ubi item male διαλύσεις in tribus codd. Bekk. SCHAEF.

744, 11. τίθεσθαι] Malim τιθέναι cum aliis codd. Infra v. 20. λέγεται τολμῆσαι νόμον εἰσενεγκεῖν. SCHAEF.

744. 18. ἑτερόφθαλμος] Citat Harpocration s. h. v. REISK.

744. 25. ὅσοι μῆνες] Sicut ὅσαι ἡμέραι pro quo ὁσημέρα plerumque dicitur. WOLF. V. ad p. 1186, 2. ὁπόσα ἔτη dat cod. Paris. in Xenophont. Rep. Athen. 3, 4. SCHAEF.

744. 26. αὐτοὶ μὲν—, ὅταν ἄρχωσιν] V. p. 734, 30. SCHAEF.

744, 27. ἐφ' αὑτοῖς] *Adversus se ipsos.* SCHAEF.

744, 28. τὸ αὐτὸ δίκαιον] *Jus idem*, ut ipsi quoque patiantur in custodiam se dari. REISK.

745, 5. οὐκ ἂν φθάνοι—δουλεῦον] τὸ πλῆθος ὡς τάχιστα δουλεύσει τοῖς ῥήτορσι. Notetur haec phrasis. Alias fere additur καὶ, ut in Evagora: οὐκ ἔφθησαν πλησιάσαντες ἀλλήλοις καὶ περὶ πλείονος

ἐποιήσαντο σφᾶς αὐτοὺς ἢ τοὺς πρότερον οἰκείους ὄντας. WOLF. *non facile praeveniat.* h. e. effugiat. *multitudo, quo minus his bestiis serviat.* REISK. Recte Wolfius: secus Reiskius. Sensus enim formulae est: οὕτω ταχέως δουλεύσει, ὥστε μὴ δύνασθαι φθάνειν δουλεῦον. *tam cito serviet, ut citius non possit.* Ut, servata notissima verbi φθάνειν significatione, idiomatis in impeditissimis vulgo numerati explicatus facillimus esse videatur. Conf. Hermanniana ad Viger. p. 764. SCHAEF.

745, 15. ἁλῷ] "Etsi adhuc ἄκριτος: id quod sequentia doceant." Ita Schoemannus de Lite Attica p. 585. Sed ἁλῶναι, quod sciam, non dicitur ἄκριτος: sequentia autem non referenda sunt ad verba πλὴν ἐάν τις—μὴ καταβάλλῃ, sed ad verba ὃς ἂν—τελοῦντας. SCHAEF.

745, 17. οὐ γὰρ ἐρῶ] Quanquam dicere possem. Iterum iterumque inculcat quod sciret vel maxime commoturum esse bilem auditorum. V. p. 734, 30. 744, 26. SCHAEF.

745, 26. γνώσεσθε] Resolve: *Ego vero hac de re ita disseram, quomodo me disserentem audientes intelligetis vera me dicere.* Ita satis apparet vis futuri. SCHAEF.

745, 27. ἐξῆν ὑμῖν] Si legis ea esset sententia, quam Timocrates ei imputat. Concludit sic: Timocrates negat vobis licere ex hac lege quemquam custodiae dare. Quod verum minus est. Nam si esset, pari modo quoque vobis haud liceret ullam poenam cuiquam irrogare. Sed licet hoc vobis. Ergo etiam poena carceris in potestate vestra est. REISK.

746, 1. ὅσων] Refertur ad περὶ τούτων, quod subaudiendum est ad sequentia προσεγέγραπτο ἂν ἐν τοῖς νόμοις. SCHAEF.

ἢ ἀπαγωγὴ] Sententia est: Si vera essent, quae Timocrates ait, in legibus illis adscripta non esset haec formula, τὸν δ' ἐνδειχθέντα ἢ ἀπαχθέντα δησάντων οἱ Ἕνδεκα, quae leges contra reos τὴν ἔνδειξιν aut τὴν ἀπαγωγὴν permittunt. aut: quos in reos actionem ex his titulis leges dant, non esset iis legibus ista, quam dixi, formula adscripta. REISK.

746, 7. ἤδη] δὴ Dobraeus.

ἂν ἦν] Si scilicet Timocratis interpretatio valeret. REISK. Propius subaudire εἰ μὴ ἐξῆν δῆσαι. SCHAEF.

746, 8. τοῦτο τὸ γράμμα] *Haec formula.* Sic intelligam Platonis τὰ ἡμέτερα γράμματα Gorg. p. 484 A. HSt., non cum Heindorfio speciali sensu de psephismatis, quanquam notio τοῦ γράμματος psephismata quoque complectitur. SCHAEF.

746, 19. ὍΡΚΟΣ ἩΛΙΑΣΤΩΝ] V. Matthiae Miscell. Philol. vol. 1. p. 255. et Schoemannus de Lite Attica p. 129. SCHAEF. Si e titulo judices, jusjurandum hoc esse videtur nonnisi Heliastarum, tamen omnes illo judices fuisse obstrictos ex eo intelligendum est, quod Aeschines c. Ctesiph. p. 389. ejusdem initium exponens, hoc jusjurandum ὅρκον τῶν δικαστῶν dicit, ac magis etiam e Suida, cujus verba sunt: Ἄρδηττος τόπος ἐστὶν, ἐν ᾧ πάντες Ἀθηναῖοι (scilicet omnes, qui ad munus δικαστῶν sorte electi erant) ὤμνυον τὸν ὅρκον τὸν ἡλιαστικόν. Sed alibi quoque He-

liaea, nobilissimum post Areopagum Atheniensium tribunal, omnino quodlibet tribunal significat. cujus rei exempla vide apud Schoemannum de sortitione judic. p. 35. Offendit interpretes, in hoc jurejurando desiderari. quod in nonnullis et oratorum et lexicographorum locis (quae vide apud Matth. l. c. p. 256.) memoratum est, judicibus res. de quibus nullae leges exstent. *γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ* esse judicandas. Quum opinio Petiti et Wolfii (ad Lept. p. 492, 25.), qui ita se ex hac difficultate expedire posse putabant. ut duplex jusjurandum praestitum esse a judicibus dicerent, a Platnero (de lite Att. 1. p. 83) satis sit refutata, facillime fortasse rem explicabis. si sumas. in jurejurando, quale a Solone praescriptum et a Demosthene (l. c.) exhibitum est, illa verba vere non fuisse. postea autem addita. SCHELLING. de Solonis leg. p. 35. Conjectura parum probabilis, nec credibile in jurejurando heliastarum verba illa *γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ* fuisse omissa. Quamobrem verisimilius est totam jurisjurandi formulam non esse genuinam, sed ab falsario, ut alia acta plurima, esse compositam neglectis verbis illis et fortasse aliis.

746, 22. *οὐδ'—οὐ*] V. ad p. 532, 27.

746, 23. *λέγῃ*] Scilicet *καταλύειν τὸν δῆμον*. *auctor sit oratione, ut gubernatio civilis cum tyrannica mutetur.* Vel ex insequentibus huc trahendum *παρὰ ταῦτα*. REISK. V. not. sequ. SCHAEF.

ταῦτα] *τὰ ψηφίσματα* subaudit Matthiae l. c. Mihi significare videtur *τὴν πολιτείαν*, *statum popularem.* SCHAEF.

746, 24. *οὐδὲ τῶν χρεῶν — οὐδ' οἰκιῶν*] V. ad p. 215, 25. SCHAEF.

746, 26. *οὐ πείσομαι*] *Non concedam.* Herodot. 4, 119. *ἢν μέντοι ἐπίῃ καὶ ἐπὶ τὴν ἡμετέρην ἄρξῃ τε ἀδικέων, καὶ ἡμεῖς οὐ πεισόμεθα.* Quem locum comparavit Letronius in *Journal des Savants* 1817. p. 90.

747, 1. *οὐδ' ἀρχὴν καταστήσω, ὥστ' ἄρχειν κ. τ. λ.*] Munera, quae obirent Athenis, erant, ut solet fieri, natura et conditione sua admodum diversa. Quaedam enim dignitatem quandam et auctoritatem continebant. quaedam ministerium tantum et officium merum. Attamen, si ex multis locis conjectare licuerit, utraque *ἀρχαὶ* vocabantur. Ait ergo: *Neminem sinam aliquod officium gerere, priusquam de alio olim gesto rationes retulerit, sive id officium majoris ordinis sit, quale est munus IX virorum, hieromnemonis sive legati sacri, eorumque denique, qui eodem die cum IX viris creantur. sive id inferioris. uti praeconum caeterorumque.* Verum his expeditis quid censendum est de salebrosis istis, *κήρυκος, καὶ πρεσβείας καὶ συνέδρων*? quae Wolfius vertit: *sive praeco. sive legatus. sive assessor.* Quasi legatus inter ministros publicos recenseretur, aut, postquam voce *κήρυκος* praeconem designaverat. legatum. *τὸν πρεσβευτὴν*. per *πρεσβείας* designaret! Nihil minus. Praecones duplices erant: aut enim legatis in legationibus apparebant. aut magistratui in concionibus. Hos nimirum utrosque complectitur. *κήρυκος πρεσβείας* scilicet et *κήρυκος συνέδρων*. Vide Ulpianum, qui ita sentit. TAYLOR.

Wolfium in his verbis interpretandis secutus est Schoemannus l. c.: Taylorum, quem non intellexit Matthiae l. c., Reiskius ad v. 5., ubi v. quae adscripsi. SCHAEF.

747, 3. ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ] Id est τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Idem est ac si dixisset ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ κυαμεύονται οἱ ἐννέα ἄρχοντες. REISK. Falsum idem esse quod τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Est simpliciter *hodie*. τῆδε θἡμέρᾳ Aristophanes Av. 1072. SCHAEF.

747, 5. καὶ κήρυκος] Scilicet ἀρχὴν οὐ καταστήσω. *etiam ad cerycis aut praeconis honorem neminem admovebo, sive ille sit praeco legationis, sive praeco synhedrorum.* Praecones alias erant homines viles, nedum ut magistratu aut honore aliquo fungerentur. Illi autem praecones honorati erant et quodammodo magistratu fungebantur: primum qui legatis adderentur nomine reip., si qui aut Athenis alio emitterentur, aut si qui aliunde missi legati Athenas venirent, ut cum S. P. Q. A. agerent, quod posterius genus hic significari vocabulo πρεσβείας mihi videtur; deinde illi legati [l. praecones], qui publice, h. e. nomine reip., mitterentur in consessum seu collegium τῶν συνέδρων, quomodo appellabantur legati populorum Graecorum, qui socii Atheniensium essent. Hi populi legatos quique suos habebant Athenis perpetuo residentes, quorum unusquisque negotia et commoda populi sui ageret, de rebus singulis, quae Athenis gererentur, ad suos referret et mandata suorum rursus ad Athenienses: id quod ex Aeschine satis notum est. REISK. Vidisti interpretum divortium. Nunc quod mihi hanc jurisjurandi partem (οὐδ' ἀρχὴν καταστήσω—καὶ συνέδρων) pensitanti in mentem venit expromam. Hoc, opinor, dicitur: *nec patiar quenquam magistratu fungi, qui nondum reddiderit rationem neque alius magistratus prius gesti, seu fuerit e IX archontibus, seu hieromnemon, seu quemcunque gesserit magistratum de iis, qui hodie una cum IX archontibus sorte constituuntur, nec muneris sibi publice demandati, seu fuerit praeco, seu unus legatorum, seu de numero synedrorum.* Atheniensibus, puto, verba satis clara fuerunt; nobis clariora forent, si Legislatori placuisset fere sic scribere: οὐδ' ἀρχὴν καταστήσω, ὥστ' ἄρχειν ὑπεύθυνον ὄντα ἑτέρας ἀρχῆς, καὶ τῆς τῶν ἐννέα ἀρχόντων, καὶ τῆς τοῦ ἱερομνήμονος, καὶ ἥστινοσοῦν τῶν ὅσαι—ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ, καὶ κηρυκείας, καὶ πρεσβείας, καὶ συνεδρείας. SCHAEF.

οὐδὲ δὶς—οὐδὲ δύο] Subaudi ad duo haec membra ὥστε. SCHAEF.

747, 8. ἄλλῃ] *Neque alia:* non uxor mea, non filia, non soror, non mater, non cognata, non pellex, non ancilla, loco meo et in utilitatem meam. Nam alias esset oratio tautologa. Nam in οὔτ' ἄλλος insunt haec omnia: non filius, non frater, non pater, non cognatus, non servus, non amicus. REISK. Vere. Aliter Matthiae l. c. SCHAEF.

οὔτε τέχνῃ] Thucydides 5. 18. μήτε τέχνῃ μήτε μηχανῇ μηδεμιᾷ. SCHAEF.

747, 9. καὶ γέγονα—δίωξις] Haec eadem jusjurandi pars etiam alibi apud oratores legitur, veluti ap. Dem. de Cor. p. 226, 5—7

et Aeschin. de falsa legat. 188. 1—2 et ap. eundem in Timarchum 157, 2, apud Isocratem denique περὶ ἀντιδόσ. 461. SCHELLING. de Solon. leg. p. 35.

747, 12. ἐπομνύναι] Sic Bekkerus recte correxit pro ἐπόμνυμαι. Scilicet haec omnia usque ad πολλὰ κἀγαθὰ εἶναι non sunt pars formulae jurisjurandi, sed legis de jurejurando heliastarum latae. Hujus legis fere hoc carmen fuit: Τὸν ἡλιασόμενον ὀμνύναι κατὰ τάδε. "Ψηφιοῦμαι κατὰ τοὺς νόμους—οὗ ἂν ᾖ ἡ δίωξις." ἐπομνύναι δὲ (nisi praestet εἶτ' ὀμνύναι) Δία, Ποσειδῶ, Δήμητρα, καὶ ἐπαρᾶσθαι ἐξώλειαν ἑαυτῷ καὶ οἰκίᾳ τῇ ἑαυτοῦ, εἴ τι τούτων παραβαίνοι, εὐορκοῦντι δὲ πολλὰ κἀγαθὰ εἶναι. SCHAEF. Quod tradit Pollux paullulum ab hoc loco differt: ὤμνυον δ' ἐν Ἀρδήττῳ Ἀπόλλω πατρῷον καὶ Δήμητρα καὶ Δία βασιλέα. In Bekker. Anecdot. p. 443, 31. jusjurandum Heliastarum Ἥλιον habet loco Neptuni. SCHELLING. l. c.

748, 1. τῶν ἐσχάτων] V. L. Bosii Ellips. p. 222. SCHAEF.

748, 13. σπέρμα—καταβάλλειν] V. Wyttenbachii Julianea p. 202. edit. Lips. SCHAEF.

748, 15. οὐδ' εἰ μή πω ἂν ἐκφύοι] *Etiamsi forte nondum progerminet. forte* addidi propter particulam ἂν, quae hic quoque notionem facit hypotheticam. Subaudi, si placet, εἰ τύχοι. SCHAEF.

748, 22. τοῦτο ποιῶν] Scilicet καταλύων τοὺς νόμους καὶ τὴν δημοκρατίαν. REISK.

749, 7. τοῦτ' αὐτὸ πράττοντες] Hoc ipsum studentes, agentes, contendentes, quo vos laedant et fraudent. REISK.

749, 21. τούτου τε κἀκείνου] Ille est Timocrates, hic Androtion. REISK.

749, 25. ἐτίθει] Timocrates. REISK.

749, 26. ἐκείνῳ] Androtioni. REISK.

750, 2.—752, 23. Vid. annot. ad p. 607, 25.—610, 16. ubi haec iisdem fere verbis leguntur. "Pertinet haec tractatio ad p. 755. 3. ubi locum alterum de fraudulento hujus rogationis consilio ingreditur." REISK. V. ad p. 758, 22.

750, 5. αὐτοῦ] Androtionis. REISK.

τούτου] Timocratis. REISK.

752, 12. ὅτι—ὑπεύθυνόν ἐστι] Ex h. l. Anecd. Bekk. p. 177, 26. citant haec: ὅτι τὸ σῶμα τῶν ἀδικημάτων ὑπεύθυνόν ἐστιν. SCHAEF.

752. 15. τοῖς—ἐλευθέροις] Dativum dicas incommodi. SCHAEFER.

752. 20. ἐπὶ χρήμασιν] Subaudi κοινοῖς. Propter aes publicum reip. debitum sive ex muleta litis cujusdam, qua cecidisset, sive ex peculatu. Opponit aes publicum privato. Multo est gravius aliena nolle reddere quam nolle de suis privatis aes debitum reddere: multo turpius ob peculatum necti quam propter nomen privatim contractum duci, quod per angustias rei familiaris diluere nequeas. REISK.

752, 26. μὴ—ἀλλ' οὐδὲ] In tali formula post μὴ fere sequitur

ὅτι. Ut autem vis particulae μὴ appareat, verte: *ne forte putes usque ad nonam pritaniam, sed ne unius quidem diei.* SCHAEF.

752, 28. τὸν οὐκ ὠφληκότα] Opponitur ὧν ἂν ὑμεῖς καταγνῶτε v. sequ. SCHAEF.

753, 2. ὑπεύθυνον αὐτὸν ποιήσας] *Suo periculo.* SCHAEF.

753, 3. ὅπως—περιίασιν] Aristophanes Equit. 767. ὅπως ἕξει. Ipse orator p. 583, 23. ὅπως ἐπέξει. Vides futuri significationem huic cognatisque verbis adeo ingenitam esse, ut constructionem particulae ὅπως a regula deflectere videatur. SCHAEF.

753, 17.—758, 22. Eadem fere verba p. 613, 13 seqq. ubi v. quae annotata sunt, et conf. annot. ad p. 758, 22.

754, 21. ἀπ᾽ ἐκείνου] Subaudi τοῦ χρόνου, ὅτε ἥμαρτε vel ἠδίκει ὑμᾶς. REISK.

ταῦτ᾽] Scilicet ἃ λέγω, aut ἃ κατηγοροῦσιν ἄλλοι αὐτῶν. REISK.

754, 22. νῦν] In hac caussa Timocratis, in qua agitur, lex ab eo lata sitne perferenda an repudianda. REISK.

τότ᾽] In caussa Euctemonis, in qua Androtio sacrilegii peculatusque seu interversarum sacrarum publicarumque pecuniarum condemnatus est. Illa condemnatio est ὀργὴ a nostro hic commemorata. Idem ad v. 25. tenendum. REISK.

755, 11. ἀσεβείᾳ] Quae quibus in rebus cernatur, exponit ipse p. 756, 28. REISK.

755, 26. οὐκ ἂν—ἐφωρῶ] *Nunquam esses, ut nunc es, in furto deprehensus*, quia caruisses occasione furandi. REISK. Immo sensus est: furtum tuum magis quam nunc lateret; nunc, cum tibi non constiteris, haec ipsa inconstantia non potuit non movere furti suspicionem. SCHAEF.

756, 1. προσγραψάμενος] Constructio paulo perplexior sic explicabitur: νῦν δέ, ὁπότε φαίνῃ μὴ προσγραψάμενος ἄλλο τι πράττων καὶ κινῶν (h. e. ἐν τῷ πράττειν ἄλλο τι καὶ ἐν τῷ κινεῖν) ὁρίσας (id est μετὰ τὸ ὁρίσαι)—. Jam insequitur apodosis: οὐκ ἤδη δῆλον—; *jam vero, cum te ita gesseris, ut constet inter omnes te nil curasse tuae auctoritati adscribi clausulam hanc eandem—in alio quopiam reip. versans negotio, in quo sacras opes commovebas—tu idem, qui antea in redigendis debitis tamen id quod par erat cautionis ipse tibi statuisses—nonne liquet—?* Vocabulo *auctoritas* hic designo decretum magistratus populive, quo mandatur aliquid alicui publice curandum, functio quaedam defertur, committitur, et omnes, ad quos ea res pertinet, ei parere jubentur. Nos vulgo *commissionem* appellamus. REISK.

757, 2. ὄντες] Participium solum per se intelligendum τὴν ὕπαρξιν significat. SCHAEF.

757, 6. ὁ μὲν] Timocrates. REISK.

757, 10. ἔστιν] Androtion. REISK.

758, 22. ἃ δὲ Τιμοκράτει συνερεῖ] Atqui nihil dixisti de suffragatione, sed mores et facta Androtionis perstrinxisti. WOLF. Malim: ἃ δὲ Τιμοκράτης Ἀνδροτίωνι συνερεῖ, πολλὰ λέγειν ἔχων ἔτι, πρὸς ταῦτα εἰπὼν παύσομαι. *tametsi multa, quae dicam, supersunt, tamen, posteaquam adversus ea, quae Timocrates pro Androtione*

(ejus purgandi et tuendi caussa) *proferet. disputavero. dicendi finem faciam.* Patet enim ex αὐτὸν v. 27., ex αὐτὸς p. 759. 1., ex τούτῳ v. 3., item φήσεις et ὁμολογεῖς v. 5., quae omnia ad Timocratem redeunt, et ex toto hujus loci habitu, Demosthenem hic pugnare adversus Timocratem Androtioni patrocinantem, non adversus Androtionem caussam Timocratis tuentem. REISK. Hoc etsi verum est, tamen nemo probabit Reiskii violentam vulgatae mutationem, quam satis confutat hoc unum, quod συνερεῖν (i. q. συναπολογεῖσθαι p. 749, 22. συνηγορεῖν p. 761, 10.) dicitur de advocato reum tuente, non de reo dicente quae juvent caussam advocati. Orator fortasse haec scripsit: καὶ περὶ μὲν τούτου κατὰ σχολὴν ἃ Τιμοκράτει συνερεῖ πόλλ' ἂν λέγειν ἔτι πρὸς τούτοις ἔχων παύσομαι. *Et de Androtione quidem loqui desinam, multa, si otium suppeteret, additurus de iis quae Timocrati patrocinans proferet.* Quippe tempore exclusus de sola pecuniarum exactione locutus est. SCHAEF. Num ἃ δὲ Τιμοκράτης νῦν ἐρεῖ, ut ὧν ἐρεῖ p. 760, 27. Nunc malim καὶ περὶ μὲν τῶν κατὰ σχολὴν, ἃ δὴ Τιμοκράτει συνερεῖ. V. p. 749. 18. DOBR. Similiter Sauppius καὶ περὶ μὲν τούτου καὶ τῶν κατὰ σχολὴν, ἃ δὴ T. Longe alia de hoc loco sententia Benseleri est in libro de hiatu in oratoribus Atticis p. 123 seqq., et in commentatione de hiatu in orationibus Demosthenis Fribergae edita a. 1848. p. 21 seqq. Is orationem Timocrateam non unius esse auctoris censet, sed constare ex vera Timocratea, ex parte Androtioneae et ex alius alicujus orationis parte. Cujus rei argumenta haec esse. Quae leguntur §. 183.—192. (p. 750. 2.—752, 23.) et §. 196.—213. (p. 753. 17.—758. 22.) iisdem verbis legi in Androtionea p. 607. 25.—610. 16. et p. 613, 13.—618. 11., quod alios aliter, neminem satis probabiliter excusasse. "Huc accedit," inquit, "quod longa ista de Androtione et ejus pecuniarum exactione disputatio nequaquam hic apta est. Nam hoc potius orator debebat demonstrare, idque se demonstraturum professus est, ab adversario legem istam non rite esse latam sed legem propositam, quae ceteris sit contraria reique publicae noxia. Ejusmodi autem Timocratis lex erat, etiamsi Androtion optimus fuerit homo neque fur. Mira etiam sunt verba, quibus haec orationis pars reliquae annectitur, Καὶ περὶ μὲν τούτων κατὰ σχολήν· ἃ δὲ Τιμοκράτει συνερεῖ, πολλὰ λέγειν ἔτι πρὸς τούτοις ἔχων παύσομαι· ubi omnes difficultates, quas alii aliter removere studuerunt, tolluntur, si statuimus ea non ab Demosthene, id quod per se haud verisimile est, sed ab aliena manu esse addita. At qui mecum consenserit Demosthenem hiatum fugisse, statuet simul verba a §. 125. (p. 734, 20.)—182. (750, 2.) Demostheni esse abjudicanda, ita ut totus ille locus a §. 125.—213. ab aliena manu sit insertus, et orator, postquam id, quod voluit, de Timocratis lege demonstravit, pergat: Haec quidem satis, sed desinam loqui, postquam ea perstrinxero, quae Timocratis caussam possint tueri. Ut autem perspicias, quid mihi voluerim dicens partem orationis istam a §. 125.—182. non esse Demosthenicam, genui-

nam orationis partem cum suspecta conferas hiatuum ratione habita. In quinquaginta septem istis paragraphis 125.—182. fere centum graviores hiatus leguntur, in centum et quinquaginta octo 1.—124. 214.—247. vix decem reperiuntur, e quibus tres codicum auctoritate possunt removeri, alii excusari, alii e conjectura tolli. Quae quum perpenderis, mecum facies statuente paragraphos 125. usque ad 182. non esse a Demosthene profectas, quoniam idem scriptor isque in eadem oratione non tam sui ipsius dissimilis esse potest. Fortasse eae sunt ex Euctemonis oratione hic insertae. Euctemonem enim et Diodorum contra hanc legem locutos esse ex argumento ad Timocrateam scripto concludere licet. Quid multa? factum est in hac oratione idem, quod in Philippica quarta, ut rhetor quidam aut ludimagister ex pluribus orationibus unam conficeret."

759, 23. πρᾳοτάτους καὶ μετριωτάτους] πρᾴους καὶ μετρίους p. 760, 10. V. Lennepius ad Phalar. p. 184. a. SCHAEF.

759. 27. ὅταν μὲν γὰρ λέγῃ] Deest hic aliquid et videtur locus ad hunc ferme modum integrari posse: ὅταν μὲν γὰρ τὸν νόμον τεθεικέναι λέγῃ. aut: ὅταν μὲν γὰρ προνοηθῆναι λέγῃ. *Quod si enim jactet, se legem ideo tulisse*, (aut *se providisse*,) *quo* —. Sed potius verba τὸν νόμον τεθεικέναι quam προνοηθῆναι deesse patet e verbis v. 28. τοῦτ' ἔθηκεν. Quae verba pariter corrupta et sic legenda videntur: οὐ γὰρ τούτου ἕνεκα τοῦτον (τὸν νόμον puta) ἔθηκεν. *non enim hujus rei caussa legem hanc tulit.* REISK. Nihil deest. Verte: *Quando enim dicet haec verba*, ὅπως μηδεὶς δεθήσεται Ἀθηναίων. Nec quae sequuntur, οὐ γὰρ τοῦτ' ἔθηκεν, corrupta sunt, quanquam etiam Seagero displicuerunt. "Interponendum" inquit (Diar. Classic. 58. p. 365.) "διά. οὐ γὰρ διὰ τοῦτ' ἔθηκεν, ἀλλ' ὅπως κ. τ. λ." Scilicet τοῦτο significat illud ipsum, ὅπως μηδεὶς δεθήσεται Ἀθηναίων. SCHAEF. θεῖναι post Ἀθηναίων addi volebat Dobraeus.

761, 20. τὰ τούτων] χρήματα puta. *opes, quae horum sunt*, judicum puta, coram quibus haec caussa agitur, unaque totius populi, quorum personam judices in Heliaeam congressi repraesentabant. Androtion enim cum sociis peculatus reus agebatur. REISK.

761, 21. πολλοστῷ χρόνῳ] Longissimo tempore post quam coeperunt debere et multae condemnati sunt. πολλοστὸς hic non minuit, sed auget. tempore multis modis majore quam id est, quo eos oportebat pecuniam dependere, ut si, intra duodecimum mensem qui debuissent, ii vix duodecimo anno post dependerent. V. p. 1304, 10. REISK. πολλοστὸς, semper indicat multitudinem: ut semper sit αὐξητικὸν, nunquam μειωτικόν. πολλοστὸν μέρος, pars rei multas in partes divisae, qualis pars cum tota re comparata non potest non esse exigua. πολλοστὸς χρόνος, articulus temporis multa in intervalla divisi, quali articulo quod futurum esse dicitur, non potest non post longum tempus fieri. SCHAEF.

761, 27. Μελάνωπον καὶ Γλαυκέτην] Hoc ordine libri meliores, ut p. 703, 21. Vulgo Γλαυκέτην καὶ Μ. ut p. 703, 29. 739, 25. al.

761, 29. τουτωνὶ—πολιτῶν] Horum judicum et tantae judicium circumstantis multitudinis et reliquorum civium, qui domi manserunt. REISK.

762, 5. διάκονον—ἐνεχυράζειν] In Androtionea p. 610, 17. Σινώπην καὶ Φανοστράτην πόρνας ἀνθρώπους nominat. Est igitur hic τὸ χρῆσθαι πλησιάζειν καὶ συνεῖναι. WOLF.

762, 7. ἐπάσχεθ'—ἠλέεις] Subitus transitus ab judicibus et plebe judicium circumstante ad Timocratem. REISK. Adde hoc repentini transitus exemplum illis, quae congesta sunt ad p. 501, 8. SCHAEF.

762, 8. οὐδ' ὁτιοῦν εἰσφέροντες παύονται] Scilicet εἰσφέροντες vel τοῦ εἰσφέρειν. *quantumvis etiam contribuant, tamen finem conferendi faciant nullum*, seu *qui perpetuis contributionibus exinaniuntur*. REISK. Similia habet Ind. Graecitat. Non probo: jungenda enim οὐδ' ὁτιοῦν παύονται. *nullo non tempore contribuunt.* Xenophon Memor. 4. 4, 10. ἃ δοκεῖ μοι δίκαια εἶναι, οὐδὲν παύομαι ἀποδεικνύμενος. Quod sine caussa displicuit Ernestio. *nullo non tempore ostendo.* SCHAEF.

762, 12. τηλικοῦτο—ἐτόλμησε] Verte: *Tanta vero est istius hominis arrogantia, quasi horum facinorum nunquam daturus esset poenas, ut solus—non dubitaret.* TAYLOR.

762, 14. τὸν λόγον] Scilicet τῶν χρημάτων. SCHAEF.

762, 15. προῖκα γὰρ, οὐδὲν ὠφελούμενος] Acerba haec est ironia, qua Timocratem ridet, desinens in v. λανθάνειν. REISK.

762, 17. ὃ] *Id quod ne vos quidem fugere arbitror*, scilicet Timocratem leges duas tulisse inter se pugnantes. REISK. V. p. 720. SCHAEF.

762, 22. συγγνώμην] τοῦ μισθαρνεῖν. SCHAEF.

762, 23. ἀκούσας] ἀναλίσκοντα. SCHAEF.

ταῦτ'] τοῦτ' (sc. ἀργύριον) Dobraeus, conjectura propter superius ταῦτα alio sensu capiendum non improbabili.

762, 24. ἐκείνῳ] Patri. SCHAEF.

763, 3. διὰ μικρὸν ἀργύριον] Aristophanes Plut. 147. διὰ μικρὸν ἀργυρίδιον. ad q. l. Dobraeus citavit Demosthenicum. SCHAEF.

763, 5. μὴ μετέχει τῆς πόλεως] ἄτιμός ἐστιν. V. p. 1011, 11. SCHAEF.

763, 6. διῴκηκεν] *Sorori egregie prospexit.* SCHAEF. Isaeus p. 64, 3. αὐτὸν δ' ἐκεῖνον οὕτω διῴκησεν ἐπιτροπεύων ὥστε τριῶν αὐτῷ ταλάντων δίκην ὀφλεῖν.

763, 10. τὴν πόλιν] H. e. summam rerum apud Corcyraeos potestatem. REISK. Nihil igitur mirum hominem fuisse ἐχθρὸν τῶν Ἀθηναίων, πόλεως δημοκρατουμένης. SCHAEF.

763, 11. ὅτε δεῦρο πρεσβεύοι] *Quoties legatus Athenas veniret.* SCHAEF.

ἐξ οὗ δὲ τρόπου] Scilicet χρησομένῳ ὡς διακόνῳ. V. Wolfius ad p. 762, 5. SCHAEF.

763, 12. ἐστὶν] Soror Timocratis puta. REISK.

763, 13. ἐπ' ἐξαγωγῇ] ἐπ' ἐξαγωγῇ ἀπέδοτο p. 787, 8. Herodotus 5, 6. πωλεῦσι τὰ τέκνα ἐπ' ἐξαγωγῇ. SCHAEF.

φησὶ μὲν—τῷ ἔργῳ] Adverte chiasmum nonnihil augentem pondus orationis. Vulgaris ordo verborum: φησὶ μὲν ἐκδοῦναι, τῷ δ' ἔργῳ πέπρακε. SCHAEF.

763, 25. πρῶτον μὲν ὡς ἀληθῶς] Malim πρῶτον μὲν μόνον ὡς ἀληθῶς. Nam in illo μόνον tota vis argumentationis continetur: illud ὡς ἀληθῶς labat et redundat. *solum illum, si verum volumus, injuria afficit, in quem forte fortuna incidit.* Opponit orator duo diversa genera patientium injurias, privatos quosdam et publice omnes. Latro et manticularius singulos laedit, lex improba omnes: ille privatum hunc vel illum, in quem mala fors eum defert, haec totam civitatem. Voce μόνον si hic carere possumus, poterimus item v. 27. ea carere. Inutilis ea si hic est, erit etiam ibi. Sed si ibi orator eam necessariam judicavit, videtur non commissurus fuisse ut hic desideraretur. REISK. Non persuadet. τὸν ἐντυχόντ' cum tono vocis pronuntiandum: qui tonus vice fungitur vocabuli quod Reiskius additum voluit. SCHAEF.

764, 7. ἡλίκα πράγματα συσκευάσας] *Quanti res momenti machinatus.* SCHAEF.

764, 10. ὅτι πάντες, ὅταν που καταλύοντες τὸν δῆμον πράγμασιν ἐγχειρῶσι νεωτέροις, τοῦτο ποιοῦσι] Sic nunc ex S. Quomodo et sententia fit generalis, et aptius junguntur quae jungi oportet. που, *alicubi*, non solis Athenis, sed in qualibet urbe, ubi rerum summa est penes populum. SCHAEF.

764, 12. ἔλυσαν εἱρκτῆς—τὴν δίκην] Refringunt carceres, vinctos solvunt, damnatos liberant eosque omnes socios adjungunt. Hoc est illud πρῶτον ἁπάντων, de quo hic agitur. Fidenter itaque rescribo: ἔλυσαν δεσμοῦ τοὺς πρότερον νόμῳ δι' ἁμαρτίαν τινὰ ταύτην ὑπέχοντας τὴν δίκην. JURIN. Recte interpretatur: sed addito δεσμοῦ opus non est.

764, 14. οὐ δήπου—ὑμᾶς] Qui neque is sit, qui suis viribus opibusque propriis solis fretus remp. evertat, neque facile cuiquam is videatur esse. REISK.

764, 25. παρελθὼν] *Superveniens.* SCHAEF.

765, 11. τῆς πόλεως] H. l. non est Athenarum, sed civitatis cujusque. REISK. Conf. p. 766, 4. SCHAEF.

765, 15. φιλοτιμίας] *Decoris.* SCHAEF.

765, 17. οὐκ ἂν ἔχοντες εἰπεῖν] Subaudi *etiamsi velitis* s. *si quis vos interroget.* SCHAEF.

οὐδετέρου] Nihil ergo praestitit Solo recuperata Salamine? WOLF. Hujus facti gloria totius civitatis communis, non propria Solonis habebatur: loquiturque hic orator ut decebat Atheniensem. SCHAEF.

765, 19. ὑπεναντίως] Male alibi libri ὑπεναντίους. Non *leges illis antiquis oppositas*, quod non erat vetitum, si rite fieret, sed *contrario modo.* SCHAEF.

765, 28. ἐπερωτήσας] Cum praecesserit λέγεται—αὐτὸν εἰπεῖν, exspectes ἐπερωτήσαντα. Sed ita constructio passim inflectitur. SCHAEF.

766, 2. ἐπειδὴ] Subaudi λέγεται e superioribus. REISK. Non subaudiendum. Obtinet hic pervulgatissima ratio particulam temporalem jungendi cum infinitivo in obliqua oratione, quae tota pendet a praemisso λέγεται aut simili verbo. V. Wesselingius ad Herodot. 2, 32. SCHAEF.

766, 4. ἡγοῖτο] Alii libri ἡγεῖτο. Utrocunque legas modo, advertenda laxior junctura verborum ὅτι αὐτὸς ἡγεῖται—τῆς πόλεως νόμισμ' εἶναι. Qualis in verbis construendis negligentia non dedecet narrationum simplicitatem. SCHAEF.

766, 6. παράσημον] Citat Harpocration s. h. v. REISK.

766, 8. τἀδίκημα] ἀδίκημα Reiskius. Mihi quoque articulus displicet, non quod nesciam recte jungi praedicato, sed quia sequitur ἢ τὸ ἀργύριον. SCHAEF.

766, 11. καὶ φανερῶς] Malim καὶ μάλα φανερῶν. *multae civitates eaeque nobiles.* REISK. Quin φανερῶς auget vim argumentationis, quamvis sophisticae. ἀργύριον φανερῶς πρὸς χαλκὸν καὶ μόλιβδον κεκραμένον, *argentum aeri plumboque ita mistum, ut neminem fallat.* Sophisticam dixi argumentationem, quod mistio tam manifesta eaque publice facta non potest vere dici pecuniae corruptio. SCHAEF.

766, 17. χρῆν μὲν οὖν κ. τ. λ.] Conf. p. 503, 27. SCHAEF.

766, 20. δι' ὧν—τὴν πόλιν] Quibus salus civitatis nititur: ut, si observentur, potens sit respublica, sin negligantur invalida. SCHAEF.

767, 5. δ' ἀδικοῦσιν] ἀδικοῦσι δὲ v. Concinnior hic ordo, nec tamen necessarius. SCHAEF.

767, 7. οὐδ'—οὐδ'] V. ad p. 532, 27.

767, 10. δι' οὗ—αἱ τιμωρίαι] Ad marginem Lutetianae, non interiorem, in quo solent exhiberi varietates lectionis ad ipsum Demosthenem referendae, sed exteriorem, in quo exhiberi solent variae lectiones ad scholia pertinentes, subjicitur οὐκ ante εἰσιν: quae videtur esse Lambini conjectura. Addito ἄκυροι, quod voluit Jurinus, fit oratio tolerabilior. Possit etiam pro ἄκυροι substitui φροῦδαι. Sed nescio an potius sic sit scribendum:—ἐπιχειρῶν ὑμᾶς ποιεῖν, τούτους ἀνελὼν, δι' ὧν τοῖς ἀδικεῖν ἐπιχειροῦσίν εἰσιν αἱ τιμωρίαι. *Hic Timocrates in hac sua lege ita se gessit, ut constet omnibus, eum conatum esse fraude quadam vos circumvenire eo, quod sustulit leges illas, per quas poenae constitutae sunt illis, si qui conentur vos laedere.* REISK. οὐκ εἰσὶν margo O. Non est igitur conjectura Lambini.

XXV.

ADVERSUS ARISTOGITONEM I.

EXCERPTA EX A. WESTERMANNI COMMENTATIONE.

(*Ex Quaest. Demosthen. Part. III.*)

Post pugnam Chaeronensem cum Atheniensium respublica in summo discrimine versari videretur ac pene Philippum ante portas esse clamaretur, ad Demosthenem iterum confugit populus atque, licet in ejus caput omnem calamitatis culpam inimici convertere studerent, ex ejus decretis urbem munivit, fossas duxit, praesidia disposuit, ipsum *σιτώνην* creavit. Atque ipse *καὶ μετὰ ταῦτα*, inquit (orat. de corona p. 310.) *συστάντων οἷς ἦν ἐπιμελὲς κακῶς ἐμὲ ποιεῖν, καὶ γραφὰς, εὐθύνας, εἰσαγγελίας, πάντα ταῦτ᾽ ἐπαγόντων μοι, οὐ δι᾽ ἑαυτῶν τό γε πρῶτον, ἀλλὰ δι᾽ ὧν μάλισθ᾽ ὑπελάμβανον ἀγνοήσεσθαι (ἴστε γὰρ δήπου καὶ μέμνησθε ὅτι τοὺς πρώτους χρόνους κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην ἐκρινόμην ἐγὼ, καὶ οὔτ᾽ ἀπόνοια Σωσικλέους οὔτε συκοφαντία Φιλοκράτους οὔτε Διώνδου καὶ Μελάντου μανία οὔτ᾽ ἄλλ᾽ οὐδὲν ἀπείρατον ἦν τούτοις κατ᾽ ἐμοῦ), ἐν τοίνυν τούτοις πᾶσι μάλιστα μὲν διὰ τοὺς θεοὺς, δεύτερον δὲ δι᾽ ὑμᾶς καὶ τοὺς ἄλλους Ἀθηναίους ἐσωζόμην· δικαίως· τοῦτο γὰρ καὶ ἀληθές ἐστι καὶ ὑπὲρ τῶν ὀμωμοκότων καὶ γνόντων τὰ εὔορκα δικαστῶν. οὐκοῦν ἐν μὲν οἷς εἰσηγγελλόμην, ὅτ᾽ ἀπεψηφίζεσθέ μου καὶ τὸ μέρος τῶν ψήφων τοῖς διώκουσιν οὐ μετεδίδοτε, τότ᾽ ἐψηφίζεσθε τὰ ἄριστά με πράττειν· ἐν οἷς δὲ τὰς γραφὰς ἀπέφευγον, ἔννομα καὶ γράφειν καὶ λέγειν ἀπεδεικνύμην· ἐν οἷς δὲ τὰς εὐθύνας ἐπεσημαίνεσθε, δικαίως καὶ ἀδωροδοκήτως πάντα πεπρᾶχθαί μοι προσωμολογεῖτε.* Quae actiones quomodo comparatae fuerint, quae unius cujusque caussa, ratio, exitus, obscurum est. Duo tantum exstant loci quibus lucis aliquid huic rei affertur, alter Plutarchi (V. dec.

orat. p. 845 E.), qui rei frumentariae praefectum Demosthenem furti accusatum, sed absolutum esse tradit. alter in orationum quae in Demosthenicis feruntur Aristogitoniarum prima p. 781., ubi haec leguntur: ἀλλ', Ἀριστογεῖτον, ἑπτὰ γραφὰς κέκρικάς με, τοῖς ὑπὲρ Φιλίππου τότε πράττουσι σαυτὸν μισθώσας. καὶ εὐθύνας διδόντος δὶς κατηγόρησας. καὶ Ἀδράστειαν μὲν ἄνθρωπος ὢν ἔγωγε προσκυνῶ καὶ ἔχω τοῖς θεοῖς καὶ πᾶσιν ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς σώσασί με πολλὴν χάριν· σὺ δ' οὐδὲ πώποτε οὐδὲν ἀληθὲς λέγων ἐφάνης, ἀλλ' ἀεὶ συκοφαντῶν ἠλέγχου. Quo loco ad diversas sententias probandas viros doctos uti video. Et Schmidtius[a] quidem eo demonstrari posse dicit Demosthenem primae orationis auctorem esse non posse. Contra Kiesslingius[b] ex eo ad tempus actionis Aristogitoniae accuratius constituendum aliquid lucratus esse sibi videtur. Haec quo jure dicta sint ut intelligamus, opus est ut denuo de duarum Demosthenicarum adversus Aristogitonem orationum auctore quaestionem instituamus.

Nullum fere exstat antiquitatis oratoriae monumentum de quo tam variae prolatae sint a doctis hominibus sententiae, quam de duabus istis adversus Aristogitonem orationibus. Quas quanquam Schmidtius l. l. atque Clinton[c] jam collegerunt, tamen hic repetendas mihi esse duxi, omissis iis locis in quibus simpliciter non addito judicio laudantur, qui quidem permulti sunt, ita ut appareat non tam a plurimis orationum istarum Demosthenem auctorem esse judicatum, quam ipsas, priorem inprimis, veteribus criticis valde probatas fuisse. Atque veterum antiquius nullum habemus quam Dionysii Halicarnassensis judicium his verbis expressum vol. 6. p. 1126.: εἰ μέντοι ἔνιοι ψευδεπίγραφοί εἰσι λόγοι, ἀηδεῖς καὶ φορτικοὶ καὶ ἄγροικοι κατασκευαί, ὡς ἐν τῇ κατ' Ἀριστογείτονος β'., i. e. ὀνάδι, ut Seidlerus intellexit ap. Schmidt. l. l. p. 108. Sed nactus ille est adversarios suos, ut patet ex argum. Libanii p. 769. ubi haec: Διονύσιος δὲ ὁ Ἁλικαρνασσεὺς οὐ δέχεται τούτους τοὺς λόγους Δημοσθένους εἶναι, ἐκ τῆς ἰδέας τεκμαιρόμενος. οἱ δέ φασιν ἐπίτηδες τὸν ῥήτορα τοιούτῳ χαρακτῆρι κεχρῆσθαι, ζηλώσαντα Λυκοῦργον εὐδοκιμοῦντα παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις. οἱ δὲ, ἐπειδὴ τὸν κατὰ τῆς ἡλικίας χρόνον εἰς τὴν πρωτολογίαν ἔλαβε Λυκοῦργος καὶ πᾶσι τοῖς κεφαλαίοις αὐτὸς ἐχρήσατο, ὁ Δημοσθένης ἠναγκάσθη λοιπὸν φιλοσοφώτερον μετελθεῖν καὶ περιοδικῶς· ἄλλοι δὲ τὸν μὲν πρότερον δέχονται Δημοσθένους εἶναι, τὸν δὲ δεύτερον οὐδαμῶς, οὐδὲν ἄξιον ἔχοντα τοῦ ῥήτορος. Acerbius Dionysium vituperat Photius utrique orationi patrocinans[d]: de auctore

[a] In Excurs. ad Dinarchum, de duabus orationibus in Aristogitonem Demostheni vulgo adscriptis, adjecto edit. oratt. Din. p. 110.

[b] Lycurgi deperdit. oratt. fragment. p. 27.

[c] Fast. Hellen. Append. 20. p. 355 sq.

[d] Bibl. Cod. 265. p. 491 A. εἰσὶ δὲ οἱ καὶ τοὺς δύο τοὺς κατὰ Ἀριστογείτονος ὡς νόθους παραγράφονται· ἀλλ' οὗτοι καὶ ὀρφανοὺς αὐτοὺς ἀφιᾶσιν, οὐκ ἔχοντες εἰπεῖν τοὺς τεκόντας· ὧν εἷς γέγονε καὶ Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς, οὐδὲν μέγα τεκμήριον τῆς ἰδίας ὑπολήψεως παρεχόμενος, οὐδὲ ἐκεῖνα συνιδεῖν ἐθελήσας, ὡς πολλῷ μείζων ἐστὶν ἤπερ ἡ ἐκείνου ἀπόφασις αὐτὸς ὁ Ἀριστογείτων ἀνομολογῶν Δημοσθένην κατ' αὐτοῦ γεγραφέναι· καὶ γὰρ ἀπολογούμενος οὐκ ἐν τῷ παρέργῳ λέγων,

earum se dubitare significant Pollux 10. 155. (ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις πρὸς Ἀριστογείτονα) et de priore verbis εἰ γνήσιος Harpocration s. v. Θεωρίς et νεαλής. Et semper fere prima, raro secunda laudatur, qua de re satis habeo nominare Hermogenem, Longinum (de subl. 37. 3.), atque, ut Romanum addam, Plinium Juniorem (Epist. 9. 26), qui hinc quaedam ut admirabilis audaciae ac sublimitatis exempla desumpsit. Plutarchus quoque (V. Demosth. c. 15.) unam tantum novit. Recentioris aetatis critici alii utramque, quae Taylori sententia fuit, alii alterutram Demostheni tribuendam esse negarunt. Ego Tayloro assentior, quanquam partim aliis quam ille caussis motus et aliter de ipsis orationibus judicans. Atque de prima ut primum dicatur, recte Taylorus intellexit multa in ea inesse quae a Demosthenica dictione plane abhorreant. Namque rara apud Demosthenem translatio eaque sobria ac verecunda: contra Aristogitonia prima referta est translationibus superbis atque audacissimis, quales leguntur p. 782. τί οὖν οὗτός ἐστι; κύων νὴ Δία, φασί τινες, τοῦ δήμου. ποδαπός; οἷος, οὓς μὲν αἰτιᾶται λύκους εἶναι, μὴ δάκνειν, ἃ δέ φησι φυλάττειν πρόβατα, αὐτὸς κατεσθίειν, p. 784. εἰ δὲ κάπηλός ἐστι πονηρίας καὶ παλιγκάπηλος καὶ μεταβολεὺς, καὶ μόνον οὐ ζυγὰ καὶ σταθμὰ ἔχων πάνθ᾽ ὅσα πώποτ᾽ ἔπραξεν ἐπώλει, τί τοῦτον, ὦ μάταιε, ἀκονᾷς; οὔτε γὰρ μαγείρῳ μαχαίρας οὐδὲν ὄφελος δήπουθεν, ἥτις μὴ τέμνει· οὔτε τῷ βουλομένῳ δι᾽ αὐτοῦ πᾶσι πράγματα καὶ κακὰ γίγνεσθαι ὁ ταῦτ᾽ ἀποδωσόμενος συκοφάντης οὐδέν ἐστι χρήσιμος, p. 784. πλὴν εἰ συκοφάντου τις ἢ πονηροῦ σπέρμα καὶ ῥίζαν ὡσπερανεὶ γεωργὸς, οἴεται δεῖν ὑπάρχειν τῇ πόλει, κ. τ. λ., p. 786. πορεύεται διὰ τῆς ἀγορᾶς ὥσπερ ἔχις ἢ σκορπίος ᾐρκὼς τὸ κέντρον. p. 793. τούτῳ δ᾽ οὐδένα ὁρῶ τῶν τόπων τούτων βάσιμον ὄντα, ἀλλὰ πάντα ἀπόκρημνα, φάραγγας, βάραθρα, p. 794. ταῦτα γεωργεῖ, ταῦτα ἐργάζεται, p. 795. μὴ δὴ πρὸς οὓς αὐτὸς ἔχωσας λιμένας καὶ προβόλων ἐνέπλησας, πρὸς τούτους προσορμίζου, p. 797. καὶ ἃ τῶν ἄλλων τῶν ἠτυχηκότων ἕκαστος ἀψοφητὶ ποιεῖ, ταῦθ᾽ οὗτος μόνον οὐ κώδωνας ἐξαψάμενος διαπράττεται. p. 798. δεῖ δὴ πάντας, ὥσπερ οἱ ἰατροὶ, ὅταν καρκίνον ἢ φαγέδαιναν ἢ τῶν ἄλλων ἀνιάτων τι κακῶν ἴδωσιν, ἀπέκαυσαν ἢ ὅλως ἀπέκοψαν, οὕτω τοῦτο τὸ θηρίον ὑμᾶς ἐξορίσαι, κ. τ. λ., alia. Accedit verborum rariorum captatio, qualia sunt p. 785. μοσχεύητε, σπαράττων, p. 787. ῥαπίσας, p. 788. νεαλὴς δὲ καὶ πρόσφατος ὢν ἐκεῖνος περιῆν αὐτοῦ τεταριχευμένου καὶ πολὺν χρόνον ἐμπεπτωκότος. p. 790. δακτυλοδεικτεῖτε. p. 794. μαγγανεύει. p. 799. φυσιογνωμονήσουσι.—frequentissima asyndeta, ut pp. 776 sq. 777. 785. 786. 798.—negligentior verborum quorundam usus, ut δίκαια pp. 770. 771. (τὰ τῶν νόμων δίκαια), pp. 773. 774. 791., praeposit. ἀπό pp. 773. 776.; voc. ποδαπός pro ποῖος p. 782.; τῶν νόμων κρατεῖν, *compotes esse legum*, p. 776.,—antitheta ut p. 774. Denique totus orationis habitus et quasi color minime est Demosthenicus. Philosophum magis

ἀλλ᾽ ἐπιμελῶς ἀνταγωνιζόμενος ἐν τῷ λόγῳ δείκνυται, ὃς ἐπιγέγραπται ἀπολογία πρὸς τὴν ἔνδειξιν Λυκούργου καὶ Δημοσθένους.

quam oratorem agit auctor; vid. pp. 774. 776 sq., 779 sq., 796 sq. qua de re quanquam orator sese excusat p. 773 sq., tamen haud scio an id ipsum falsarium prodat. Huc pertinet etiam affectata in nominandis diis pietas, ut pp. 772. 780., 781., ut taceam cumulatas et molestas obsecrationes p. 793. Tum non insulsam quidem, sed acerbam quandam immodestamque et a judicii severitate, certe a Demosthenis modestia alienam scurrilitatem hic illic deprehendisse mihi videor, cujus generis est cavillatio quae legitur p. 792. *ἀλλ' ἔγωγε ταῦθ' ὁρῶν θαυμάζω, τὸ τἄνω κάτω γεγενῆσθαι τί ποτ' οἴεσθ' εἶναι. ἐὰν ἡ γῆ μὲν ἄνω, τὰ δ' ἄστρα κάτω γένηται; οὐκ ἔστι τοῦτο γενέσθαι, μηδὲ γένοιτο.* Tum quod dicit p. 789. *καὶ ὅτι ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, κάλει μοι τὸν ἄνθρωπον αὐτὸν, οὗ τὴν ῥῖνα ὁ μιαρὸς οὗτος ἐσθίων κατέφαγεν*, ad risum movendum magis quam ad rem probandam dictum esse apparet. Nihilo minus Taylorus in damnanda hac oratione omnem aequitatis atque veritatis modum longe est transgressus. Nam ut mea quidem fert sententia, scripta est praeclare et ad forum accommodate; varius et copiosus auctor est in enarrando, dilucidus in disponendo, gravis atque artificiosus in argumentando, ita ut nihil deesse ei dixeris quam veram illam Demosthenis *δεινότητα*. Sed nondum hoc modo efficitur ut, quae est quorundam sententia, revera in foro Attico habita esse videatur; imo cum non sit Demosthenis, habita nunquam est. Nec dubito quin hoc quibusdam ex ipsa oratione desumptis argumentis demonstrari possit. Scilicet orator p. 773. *ἐγὼ γὰρ*, inquit, *ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ὁρῶν ὑμᾶς κατατάττοντάς με καὶ προχειριζομένους ἐπὶ τὴν τούτου κατηγορίαν, ἤχθόμην καὶ μὰ τὸν Δία καὶ πάντας θεοὺς οὐκ ἠβουλόμην. οὐ γὰρ ἠγνόουν ὅτι ὁ ποιήσας τι τοιοῦτον παρ' ὑμῖν καὶ παθὼν ἀπέρχεται· εἰ δὲ μὴ τηλικοῦτον ὥστε εὐθὺς αἰσθέσθαι, ἀλλ' ἐὰν πολλὰ τοιαῦτα ποιῇ καὶ μὴ παύηται, ταχὺ γνώσεται· ὅμως δὲ ἀναγκαῖον ἡγούμην εἶναι πείθεσθαι τοῖς ὑμετέροις βουλήμασιν.* Mirum quod nemo hoc in loco offendit. Interdum in rebus gravissimis, praesertim cum quis per *εἰσαγγελίαν* reus factus esset, a populo *συνηγόρους*, plerumque decem numero, electos esse qui caussam dicerent, inter omnes constat[e]. Quis autem putet idem factum esse, cum quis, ut Aristogiton, quod quamvis infamis tamen verba publice fecisset, per *ἔνδειξιν* accusaretur? Ego non puto, nec miror auctorem juris Attici non admodum peritum tale quid fingere potuisse; imo ostendi posse puto unde commentum illud sumpserit: de qua re statim exponetur. Demosthenes igitur non a populo electus contra Aristogitonem dixit, sed quoniam una cum Lycurgo actionem ei intenderat. Deinde *δευτερολογία* haec est oratio; primas enim partes egerat Lycurgus. Vid. pp. 770, 773, 786, 791, 799. At quae quaeso haec est *δευτερολογία* dicta post Lycurgum? Scio quidem haud raro secundam orationem priore multo longiorem atque uberiorem fuisse, quanquam hoc magis ad defensorias

[e] Cf. SCHOEMANN. de comit. Athen. p. 210.

orationes quam ad accusatorias videtur pertinere; namque non accusavit nisi qui dicendi peritus erat, imperiti multi sese defendere coacti sunt: hi igitur prooemio ad praeparandos judices dicto oratorem in auxilium vocarunt, qui secundas quidem partes agere dicebatur, revera autem primas egit; sic, ut uno exemplo defungar, Demosthenes cum pro Ctesiphonte dixit orationem de corona[f]. Verum tantam Lycurgus, orator illustris, in re non admodum gravi dicendi materiam reliquerit Demostheni, ut tam amplam secundo loco habere posset orationem? Eane omnia silentio praeterierit, quae tam accurate atque copiose secundae orationis auctor pertractat? Concedam quidem, Lycurgum prae ceteris id ipsum, propter quod Aristogiton reus factus erat, sua oratione illustrasse (cf. p. 790); verum hoc cum tota ipsius hominis vita, continua quasi scelerum serie, tam arcte conjunctum erat, ut ei, qui nunc peccasse eum demonstrare vellet, nihil fere agendum fuerit quam ut quomodo ille ante sese gessisset enarraret. Atqui hoc secundus orator accuratissime et copiosissime faciendum sibi sumpsit. Ergo aut neglexit Lycurgus, aut, quod propius abest a veritate, deuterologia non vera oratio est, sed ficta ad imitationem fori declamatio. Argumentum sane, fateor, per se quidem non magni momenti, sed cum reliquis conjunctum satis grave. Quae reliqua cum in contrariam sententiam disputantibus deessent, abusus est hoc argumento Schmidtius l. l. p. 111., qui quod tot tantaque in hac oratione Aristogitonis ejusque cognatorum facinora non commemorentur tantum, verum testimoniis allatis quantum fieri quidem potuisset firmentur etiam, declamationum vero auctores tales res ex veteribus exemplaribus depromptas operibus suis intexere non essent soliti, sed potius in universum disputare et ad locos communes confugere maluissent, quovis pignore contendit primam Aristogitoniam nullo modo declamationem esse posse, sed ab Aristogitonis aequali quodam scriptam forensi luce non caruisse. Quod si vere disputavit, non potest hujus orationis quisquam auctor esse praeter Demosthenem; ipsius enim Aristogitonis exstabat oratio inscripta ἀπολογία πρὸς τὴν ἔνδειξιν Λυκούργου καὶ Δημοσθένους[g]. Sed, ut mihi videtur, de declamatoribus non ex omni parte recte judicavit vir doctissimus. Concederem, si hoc loco de inferioris tantum aetatis sophistis, de Himerio, Libanio, reliquis cogitandum esset. Hos autem hic non intelligi posse patet; nam istas orationes jam habuit Dionysius Halicarnassensis, habuerunt sine dubio etiam critici Alexandrini atque Pergameni. Itaque non est dubium quin, quo ducit etiam dicendi genus, antiquae habendae sint. Atqui fictas ad imitationem fori consiliorumque materias apud Graecos dicere, auctore Quinctil. 2, 4, 41., circa Demetrium Phalerea institutam fere est, imo jam Aeschini tale quid ab aliis tribuitur[h]. Quo tempore

[f] Plura de synegoris praebet SCHOEMANN. de lite Att. 4. 11. p. 707 sqq.

[g] Photius Bibl. Cod. 265. p. 491 A.

[h] Vid. meam. histor. eloqu. Graec. §. 64. annot. 4.

quae scriptae sunt declamationes sine dubio, quo propius ab origine sua aberant, eo ad forum et ad ipsam veritatem accommodatius componebantur. idem earum qui forensium orationum habitus, idem color, eadem forma, hinc eadem ibi in historiis, testibus, documentis afferendis quanquam affectata diligentia. Talem igitur declamationem esse puto Aristogitoniarum primam. Atque satis illustre ad tractandum sibi argumentum auctor elegit; quippe Aristogiton a summis oratoribus, Demosthene, Lycurgo, Hyperide et Dinarcho, acerrime castigatus largam dedit dicendi atque commentandi copiam. Ad hoc si ponimus, Demosthenis adversus Aristogitonem orationem tum jam intercidisse aut nunquam scriptam atque foras datam esse, erat sane quod hanc supplendam sibi aliquis sumeret. Jam vero quam viam qui istam scripsit orationem persecutus sit licet certis argumentis commonstrari nequeat, tamen quodam illud modo divinari ostendique posse minime desperandum est. Etenim sophistam illum, ut personam Demosthenis sibi quam maxime accommodaret, consentaneum est ea omnia congessisse quae de Aristogitone memoriae traderentur, legisse inprimis defensionem ipsius Aristogitonis atque orationes Lycurgi, Hyperidis, Dinarchi, has compilasse aut certe ex eis desumpsisse quae ad rem quadrare viderentur. Ac prioribus quidem tribus aegre caremus, sed gratulamur nobis Dinarcheam orationem superstitem. Ex qua hominem istum in effingenda Demosthenica oratione pependisse si nobis contigerit ut demonstremus, de reliquis jam nulla erit dubitatio. Scilicet Dinarchus quae in sua oratione Aristogitoni scelera exprobrat, uno excepto omnia fusius exposita in Demosthenica quoque reperiuntur. In patrem suum et vivum et mortuum quomodo peccaverit enarrat Dinarch. pp. 80. 87. coll. Auct. Dem. p. 786 sq.; in carcere quomodo se gesserit Din. p. 81. coll. Auct. Dem. p. 788 sq.; quod repulsam magistratus alicujus acceperit Din. p. 82. coll. Auct. Dem. pp. 779. et 790.; quod quamvis aerario debens ideoque ipso jure infamis tamen spretis legibus publice locutus sit Din. p. 83., quae uberrime illustrat Auct. Dem. p. 781 sq.; quod munera solemnia civitati nunquam solverit Din. p. 87. coll. Auct. Dem. p. 793. Unam in Demosthenica oratione narratiunculam desidero, quae est de sacerdote Dianae apud Din. p. 83., ipsam quoque dubiam, si audimus Libanium in argumento[1]. Sed tale quid festinantem ac nimia rerum copia laborantem effugere facile potuit. Neque vero hoc modo quicquam effici putarem, nisi accederet ut praeter res etiam ipsas sententias nonnunquam ex Dinarchea oratione auctor noster deprompsisse videretur. Compara quaeso quae dicit Dinarch. p. 78. *οὐ γὰρ δὴ μὰ τὸν Ἡρακλέα κ. τ. λ.* cum Dem. p. 798., quae Dinarch. p. 79. *εἰ μὲν οὖν ἐγγενήσεσθαι βούλεσθε δευσοποιὸν ἐν τῇ πόλει πονηρίαν κ. τ. λ.* cum Dem. p. 772. et 771. ubi dictio quoque ad audaciam Dinarcheam assurgit, quae

[1] P. 767. cf. SCHOEMANN. Att. Proc. 4. 12. p. 737.

Din. p. 88. ornate exaggerata in Dem. or. p. 799. coll. p. 771. Quae cum ita sint, vix me contineo quin etiam verbis quae leguntur apud Dinarch. p. 79. ἐὰν μὲν ἡμεῖς οἱ κατήγοροι δέκα ὄντες τὸ ὕδωρ ἀναλώσωμεν ἅπαν κ. τ. λ. deceptum auctorem orationis Demosthenicae somnium illud de oratoribus in caussa Aristogitonia olim per endeixin acta electis somniasse suspicer. Quid igitur impedit quo minus conjiciamus reliqua eum, ut quae refert de Phocide, de Philocrate, de Hegemone, de Agathone, de Zobia, alia ex Hyperidis et Lycurgi orationibus surripuisse? Imo longius paullo progredi audeo. Nimirum quo personam Demosthenis recte sustineret, non istos modo oratores, sed alios quoque scriptores, qui de Demosthene verba facerent, vel si mavis ipsam historiam excussit atque compilavit. Ita cum in Theopompi historiis legisset, ὅτι τῶν Ἀθηναίων ἐπί τινα προβαλλομένων αὐτὸν κατηγορίαν, ὡς οὐχ ὑπήκουε θορυβούντων ἀναστὰς εἶπεν· ὑμεῖς ἐμοὶ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, συμβούλῳ μὲν κἂν μὴ θέλητε χρήσεσθε, συκοφάντῃ δ' οὐδὲ ἐὰν θέλητε [k], in orat. p. 773. suo modo hoc et artificiose, quanquam, ut demonstravi, incaute et inconsiderate cum Dinarchea sententia conglutinavit. Item p. 782. in comparatione supra jam laudata, quae est a canibus, lupis et ovibus desumpta, nescio an cogitaverit de verbis simillimis a Demosthene, cum Alexander principes oratorum tradi sibi jussit, in concione dictis, quod hoc fere modo tradidit Aristobulus [l]: ὅτε καὶ τὸν περὶ τῶν προβάτων λόγον ὁ Δημοσθένης, ὡς τοῖς λύκοις τοὺς κύνας ἐξέδωκε, διηγησάμενον αὐτὸν μὲν εἴκασε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ κυσὶν ὑπὲρ τοῦ δήμου μαχομένοις, Ἀλέξανδρον δὲ τὸν Μακεδόνα μονόλυκον προσηγόρευσεν. Nec miror Theoridem Lemniam ejusque supplicium a personato Demosthene p. 793. memorari; quippe verus Demosthenes eam accusaverat mortique tradiderat, ut narrat Philochorus ap. Harpocrat. s. v. Θεωρίς· cf. Plut. V. Dem. c. 14. Denique Philocratem Eleusinium, non confundendum illum cum Agnusio, num forte habet p. 783 sq. ex loco Demosthenis de corona a quo exorsi sumus?

Sed jam finis esto suspicandi. Addo tantum quod, licet auctor primae adversus Aristogitonem orationis non omnia temere finxerit, sed oratores atque historiae scriptores plerumque secutus esse videatur, tamen suspectus est numerus actionum quas l. l. ab Aristogitone illatas sibi esse jactat. Nam etsi damus Kiesslingio, quod conjicit, rationis reddendae duas actiones spectare ad Ol. 110, 3. quo et theorico et moenium refectioni (adde et rei frumentariae) praefectus erat, remanent tamen ignotae atque incertae septem actiones. Quod utut est, apparet ad tempus litis ejus quam Lycurgus atque Demosthenes Aristogitoni intenderunt constituendum declamationem istam non esse adhibendam. Neque vero quicquam hinc lucramur nisi hoc, non ante Ol. 110, 3. rem illam accidisse; tali autem testimonio

[k] Theopompus apud Plut. vit. Dem. c. 14.

[l] Aristobulus apud Plut. vit. Dem. c. 23.

[m] Lycurgi deperd. orat. fragm. p. 27.

minime indigemus, cum Dinarchus in or. c. Aristog. p. 83. in extremo scelerum agmine hoc ponat: οὐ τὸ τελευταῖον οὗτος ἐνδειχθεὶς ὑπὸ Λυκούργου καὶ ἐξελεγχθεὶς ὀφείλειν τῷ δημοσίῳ λέγειν οὐκ ἐξὸν αὐτῷ καὶ παραδοθεὶς τοῖς ἕνδεκα κατὰ τοὺς νόμους περιπατῶν ἔμπροσθεν τῶν δικαστηρίων καὶ εἰς τὴν προεδρίαν τῶν πρυτάνεων ἐκάθιζεν: Scripta est Dinarchi oratio Ol. 114. 1., igitur Aristogito accusatus est fere Ol. 112.

Jam de secunda oratione Aristogitonia non est quod multis disputem. Schaeferi judicio subscribo: *Demosthenis non esse ita liquet, ut qui pro genuino ejus foetu habeat nihil Demosthenici legisse videatur.* Sermo elumbis, exilis, jejunus, nulli in ea nervi forenses, nullum narrandi argumentandique artificium, nihil plane Demosthenici. Ad hoc si prior oratio Demosthenis est, haec altera ficta sit atque supposita oportet: namque duas Demosthenem, nedum tales, hac de re orationes habuisse non est credibile; ac si ficta prior, multo magis posterior, cujus ne virtutes quidem illius vitiis praetulerim. Ego Demosthenem plurimis jam a Lycurgo praeoccupatis pauca secundo loco dixisse puto, orationem foras non dedisse, post hominem haud indoctum illam aegre desiderantem eo quo dixi modo hanc quam habemus composuisse, tum alium indoctum exercitationis caussa eandem rem retractasse, denique utramque propter argumenti affinitatem in Demosthenica irrepsisse.

Restat ut paucis de caussa litis disseram. Aristogito, quo nullus magis Atheniensium improbitate inclaruit, duabus litibus quas maligne instituerat amissis cum mulctam V talentorum et M drachmarum non solvisset ideoque infamia notatus post statum lege tempus dupli condemnatus esset, fratri fundum sub ea conditione vendidit, ut quotannis certam summam aerario solveret usque eo dum nihil debiti restaret. Ipse stato alio pro sese civitati debitore jam liberum se esse ratus et in pristinum statum restitutum in forum rediit et ut antea sycophantam agere iterum coepit. Hanc ob caussam eum Lycurgus atque Demosthenes ἐνδείξει reum fecerunt. Accessit quod tertium ejus debitum in albo aerarii notatum erat. Hoc falso Aristogito ab Aristone inscriptum esse clamavit eoque nomine huic γραφὴν ψευδεγγραφῆς intendit. Sed non curarunt hanc exceptionem accusatores; non prius enim dixerunt eum ut jure fortasse inscriptum litem orare posse quam de re ipsa judicium factum esset [n]. Damnatus est Aristogito, ut patet ex loco Dinarchi modo laudato, ipse ad frugem compelli non potuit [o].

[n] Vid. Libanii Argum. p. 767—769. cf. KIESSLING l. l. p. 27—29.

[o] Defensum esse tum Aristogitonem a Pythea oratore nescio quo jure ex Harpocrationis loco s. v. ἀγραφίου collegit NISSEN in diss. de Lycurgi orationibus, vita et rebus gestis (Kiliae, 1833.) p. 65.

In argumentum Libanii.

767, 6. *τὸ ἱερὸν κυνηγέσιον*] Videtur esse proprium nomen loci alicujus. WOLF.

768, 3. *τεθνάναι*] I. q. *θανεῖν*. SCHAEF.

768, 10. Delevi verba post *ἀποδόμενος* in libris lecta *τὸ πέμπτον μέρος μὴ λαβὼν* (*μεταλαβὼν* F. et codex August. quintus ap. Reisk.) cum Tayloro. cujus haec est annotatio "Orator p. 784, 15. ait *τὴν καθ' Ἡγήμονος εἰσαγγελίαν μέμνησαι, ὡς ἀπέδοτο*, in eo loco. ubi agit de sycophanta omnes lites suas et actiones cauponante: ut nulla dubitatio esse possit de lectione. Interea tamen cum Wolfio miror quo pacto haec constare possint cum iis, quae sequuntur. Deleto itaque *τὸ πέμπτον μέρος μὴ λαβὼν τῶν ψήφων*, quae verba adscripsit aliquis ignarus aeque mille drachmis multari eum, qui publicam litem transegisset, ac eum, qui, caussa in judicium adducta. quintam partem suffragiorum non tulerit. Vide argumentum orationis c. Theocrin. p. 1321. et orationem ipsam p. 1323. 19. *ἐὰν ἐπεξιών τις μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, χιλίας ἀποτίνειν· κἂν μὴ ἐπεξίῃ, χιλίας ἑτέρας ἵνα μήτε συκοφαντῇ μηδεὶς* etc. Hujusmodi homines in jure Romano compescuit SCtum Turpilianum."

768, 16. *τάξιν*] V. ad p. 715, 2. Infra p. 1327, 5. *κατετάξατο ὑπὲρ αὑτοῦ καὶ τοῦ ἀδελφοῦ*. Quod de eadem re dicitur. TAYLOR.

768, 18. *τὸ ἐπιβάλλον μέρος*] *Ratam portionem.* Uniuscujusque anni *τὸ ἐπιβάλλον μέρος* erat talentum unum cum drachmis ducentis. TAYLOR.

770, 4. *ὑπερδιατεινόμενον*] Verbum aliquoties usurpatum ab Luciano, Demostheni p. 501. 3. illatum in libris deterioribus pro *διατεινόμενος*.

770, 5. Deleatur comma post *ἀγνοεῖ*.

παρὰ] *διὰ ἢ κατὰ* Bodlei. Inscite. TAYLOR. *διὰ* quidem est scite interpretantis. V. praefat. ad Juliani Orat. in Constant. laud. p. 8. SCHAEF.

770, 7. *ἐστιν*] *ἔσται* mavult Dobraeus.

770, 11. *ἀκροάσεως*] Videtur hoc vocabulum h. l. illam significare oblectationem, quae nascitur ex audientia dicentis et spectaculo agentis: unde ductus quoque est usus Latinus vocis *acroama*, quo spectaculum omne designat, unde animis oblectatio seu per oculos seu per aures quaeritur. Locum hunc citat Aristides Τέχν. p. 248. REISK. *ἔθους—ἀκροάσεως* simpliciter significat: quod ita consuetudo poscit utque vos (qui mos est judicum, priusquam ineant suffragium) audiatis. De acroamatis quae dicuntur non cogitandum. SCHAEF.

770, 12. *οἴκοθεν*] *Vestrapte sponte, sumtis e vobismet ipsis judicandi caussis rationibusque.* SCHAEF.

770, 14. *μάτην ἐρραψῳδηκότας*] Hoc verbo semel usus est Demosthenes p. 181, 14. *οὐδὲν οὖν ἀλλ' ἢ ῥαψῳδήσουσιν οἱ πρέσβεις περιιόντες.*

771, 3. *τὰ τῶν νόμων δίκαια ἰσχυρά*] *ἰσχυρά* ab libris quibusdam abest et abesse potest. Juxta mecum interpretatur Phil. Melanchthon, scilic. *eorum, qui litigant, uterque adest, ut sua justa exponat.* Videtur illatum propter ea, quae in initio orationis leguntur. Infra p. 791. 3. *οὕτως ἐξετάσαι τοῦτον καὶ τὰ τουτουὶ τοῦ ἀγῶνος δίκαια.* Et p. 773, 25. *τὰ μὲν οὖν περὶ τῆς ἐνδείξεως καὶ τῶν νόμων δίκαια αὐτὸν, ὅπερ πεποίηκε, Λυκοῦργον αἱρεῖν ἡγούμην.* Theophrastus c. 17. de Querulo: *δίκην νικήσας καὶ λαβὼν πάσας τὰς ψήφους ἐγκαλεῖν τῷ γράψαντι τὸν λόγον ὡς πολλὰ παραλελοιπότι τῶν δικαίων.* TAYLOR. *ἰσχυρά* videtur e varia lectione irrepsisse, cum aliis in libris esset *τὰ τῶν νόμων δίκαια*, in aliis *τὰ τῶν νόμων ἰσχυρά*: utrumque bene, sed seorsim quodque. REISK. Eadem Dobraei sententia fuit. Sed necessarium est *ἰσχυρά*, ut dicatur quod hujus loci sententia postulat, firmis se uti praesidiis juris legibus constituti.

771, 7. *ἐγγεγραμμένον* ex codd. et Aristide restitutum pro vulgato olim *γεγραμμένον*. Ita Libanius in Argumento p. 768. ult. *οὐκ ἐξαληλιμμένου ἐξ ἀκροπόλεως Ἀριστογείτονος, ἀλλ' ἔτι τοῦ ὀφειλήματος ἐγγεγραμμένου.* et p. 769, 14. *οὐ προσήκει λέγειν τὸν τάχα δικαίως ἐγγεγραμμένον.* Et p. 791, 10. *οἱ νόμοι, καθ' οὓς ἐγγράφονται πάντες οἱ ὀφλισκάνοντες.* et proxime v. 18. ibid. *οἱ διὰ γραφὴν ἐγγεγραμμένοι μόνην.* Valesium ad Harpocrat. v. *Βουλεύσεως* et notata a me ad Aeschin. c. Timarch. p. 62, 1. TAYLOR.

Delevi *καὶ* ante *οὐκ ἐξὸν* lectum, praeeunte Reiskio, qui annotavit "*καὶ* abesse malim. Constructio haec est: *εἰδότες τοῦτον λέγειν (οὐκ ἐξὸν αὐτῷ) καὶ ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ καὶ ἐγγεγραμμένον ἐν ἀκροπόλει.* *gnari, Aristogitonem hunc oratorem agere, quem agere haud ipsi liceat, quippe qui et aerario debeat et inter aerarios in arce pendeat.*"

771, 14. *ἀδικῶν*] *Quae etiam* insonti *terrorem incuterent.* WOLF. *ἀδικία* est ea species pravitatis, qua quis latas leges violat. *τὸ ἀδικεῖν*, ut ait Aristoteles Rhet. 4, est *τὸ βλάπτειν ἑκόντα παρὰ τὸν νόμον.* Similiter et Paraphrastes Nicomacheorum 5. 1. *λέγεται ἄδικος ὅ τε παράνομος καὶ ὁ πλεονέκτης καὶ ὁ ἄνισος.—καὶ δίκαιον μὲν τὸ νόμιμον καὶ τὸ ἴσον, ἄδικον δὲ τὸ παράνομον καὶ τὸ ἄνισον.* Ait ergo: *Aristogito ita privatam vitam instituit, ut etiam merito sibi metueret, si haec civitatis non fuisset transgressus.* TAYLOR. Subaudi *τὴν πόλιν.* *ob quae quis etiam nullo de crimine publico accusatus tamen metuat ne in judicium vocatus damnetur.* Bene locum hunc exposuit Taylorus. REISK.

771, 19. *δοκιμάζεσθε*] C. Leptin. p. 482, 19. *ἀλλ' ὑμεῖς δοκιμάζεσθε εἴτ' ἐπιτήδειοί ἐστε πάσχειν εὖ τὸν ἐπίλοιπον χρόνον ἢ μή.* DOBR.

771, 23. *ἕτερόν τι*] *Deterior caussa.* SCHAEF.

μηδεὶς] Recte *μηδεὶς*, non *οὐδείς*: quippe pendet hoc periodi membrum ab enuntiatione conditionali. SCHAEF.

771, 26. βουλόμενον] Scilicet παιδοτριβεῖσθαι vel παιδεύεσθαι. REISK. Immo plena est notio verborum βουλόμενον εἶναι πονηρόν. SCHAEF.

771, 27. παιδοτριβεῖν] Subaudias πρὸς τὴν πονηρίαν. Verbum significantissimum: *initio facto a puerilibus annis*. SCHAEF.

772, 6. μέσος—τελευταῖος—πρῶτος] Memorabile est πρῶτος loco ultimo positum: nam usitatus ordo est πρῶτος—μέσος—τελευταῖος, vel, quod prope frequentius πρῶτος—τελευταῖος—μέσος, ut ap. Theognid. 3. πρῶτόν τε καὶ ὕστατον ἔν τε μέσοισιν. ubi v. Schaefer. et Lobeck. Aglaoph. p. 531.

772, 13. νομίζω δὲ μὰ τοὺς θεοὺς οὐδ᾽ ἂν αἰσχίω] μὰ τοὺς θεοὺς abest ab libris optimis, sed defenditur loco simillimo p. 785, 2. τοῦτο δ᾽ οὐ καλὸν,—νομίζω δὲ μὰ τοὺς θεοὺς οὐδ᾽ ὅσιον.

772, 15. προγράμματος] ἐν ᾧ προὐτίθετο, περὶ τίνων συνῆλθον. WOLF.

772, 17. ὁδῷ βαδίζειν [καὶ] ἐὰν δεῖ] Vulg. ὁδῷ βαδίζειν καὶ ἐὰν δεῖ. Videtur comma una cum καὶ tollendum esse. Et uncis inclusi καί. *oportet eos sinere ista suam viam ire*, h. e. nil impedire quominus istaec improbitas in itinere suo inoffenso pede procedat. REISK. Quod Reiskius conjecit, id ipsum in γρ. habet S. Sed vera scriptura ὁδῷ βαδίζει καὶ ἐὰν δεῖ, quae si sensum spectas eodem redit, restituta e libris optimis.

772, 20. προειμένα] *Quae vos nimis late serpere et nimis diu inulta invalescere sivistis.* REISK.

772, 22. παραδόντας] Sententia est haec: *necesse est ut, praeterhabitis* (vel *postpositis*) *malis illis consuetudinibus* (h. e. eas non imitantes) *recte et severe judicetis.* Notat illam quorundam importunam et vitiosam lenitatem connivendi et dissimulandi, si quis aerarius ante persolutum reipublicae eas debitum in foro versaretur et caussas ageret: id quod per leges non licebat. Sed Aristogiton hujus criminis reus agitur. REISK. τὰ ἔθη sunt quae commemorantur v. 7. Conf. p. 773, 8. SCHAEF.

772, 26. καταδείξας] Verbum in hac re proprium, ut ad Aristidem notavi, non ἐπιδεῖξαι, ut e memoria locum hunc recitans dat Theodoretus in Curatione Graecar. Affect. p. 7, 18. edit. Sylb. REISK. Aristoph. Ran. 1032. Ὀρφεὺς μὲν γὰρ τελετάς θ᾽ ἡμῖν κατέδειξε φόνων τ᾽ ἀπέχεσθαι.

Ὀρφεὺς] Haec ex hymno Orphico 62.

> Ὄμμα Δίκης μέλπω παλιδερκέος, ἀγλαομόρφου,
> ἣ καὶ Ζηνὸς ἄνακτος ἐπὶ θρόνον ἱερὸν ἵζει
> οὐρανόθεν καθορῶσα βίον θνητῶν πολυφύλων.

sumta esse opinati sunt Taylorus, Ruhnken. Ep. crit. 2. p. 230. et Hemsterhus. ap. Arnald. de diis παρέδροις c. 23. p. 156. quibus repugnat, qui totam hanc hymnorum farraginem poetae aevi Byzantini tribuit, Lobeck. Aglaoph. p. 392. 396: quem poetam sententiam illam indidem accepisse unde hujus orationis scriptor sumserit, ab Orpheo, de quo Proclus ad Plat. Tim. 5. p. 310. ἡ Δίκη ἐστὶν ὀπαδὸς τοῦ Διὸς ὥς φησιν Ὀρφεύς "Τῷ δὲ Δίκη πολύποινος ἐφέσπετο." et in Theol. 6, 8. p. 363. ἤδη βασιλεύ-

οντι αὐτῷ (demiurgo) καὶ διακοσμεῖν ἀρχομένῳ τὸ πᾶν ἕπεσθαί φησι τὴν Δίκην "Τῷ δὲ Δίκη π. ἑ. πᾶσιν ἀρωγός." et ap. eund. in Alcib. p. 220. πρὸ τοῦ κόσμου Δίκη συνάπτεται τῷ Διί· πάρεδρος γὰρ ὁ Νόμος τοῦ Διὸς, ὥς φησιν Ὀρφεύς. Ceterum sententia illa de Justitia Jovi assidente Orpheo cum aliis plurimis communis fuit, inde ab Hesiodo Op. 258. Δίκη πὰρ Διὶ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωνι. de quo v. Lobeck. l. c. p. 396. Totus autem hic locus in iis est qui non scriptam hanc orationem ab Demosthene esse prodant.

773, 2. ἧς ἐπώνυμος—λαχών] Ex Mid. p. 572. 6. τοῦτο γὰρ ἔσθ' ὃ φυλάττειν ὑμᾶς δεῖ, τοὺς νόμους. τὸν ὅρκον ταῦτ' ἔχεθ' ὑμεῖς οἱ δικάζοντες ἀεὶ παρὰ τῶν ἄλλων ὡσπερεὶ παρακαταθήκην etc. DOBR.

773, 3. καλὰ καὶ δίκαια καὶ συμφέροντα] Eadem junguntur p. 774, 13. 783, 17. SCHAEF.

773, 5. φυλάττειν—εἰληφὼς] *Custodiam omnium civitatis decorum, jurium commodorumque sibi creditam jurejurando interposito nactus.* SCHAEF.

ταύτην τὴν ἡμέραν] Quo ἔλαχε δικάζειν. SCHAEF.

παρακαταθήκην] Citat hunc locum Phrynichus p. 138. edit. Pauw. (p. 312. edit. Lobeck.) REISK. Hunc locum a grammatico citari ego quidem non adseverem, quum saepius hoc vocabulo usus sit Demosthenes. SCHAEF.

773, 8. ἀπὸ τῆς συνήθους εὐηθείας] I. e. κατὰ τὴν συνήθη εὐήθειαν. WOLF.

773, 16. μετὰ πάσης οἰκειότητος] *Simpliciter, ut decet amicos et familiares.* SCHAEF.

ἐγὼ γὰρ—ἠβουλόμην] De hoc loco dictum ab Westermanno in Prolegomenis supra p. 1016.

773, 20. ἠβουλόμην] Scilicet ὑμᾶς ἐμὲ κατατάττειν καὶ προχειρίζεσθαι, vel brevius τοῦτο. REISK.

773, 21. ὁ ποιήσας—παρ' ἡμῖν] *Qui apud nos saepe hoc actitat,* ut accuset puta. Notum e Ciceronis Bruto accusatore quam odiosum olim fuerit accusatorem agere. REISK. Immo simpliciter: *qui tale quid fecit.* Quod Reiskius vult post dicitur. SCHAEF.

παθὼν] Subaudi e communi τι. *ille etiam abit cum damno aliquo.* REISK. Cf. ad p. 675, 23.

773, 25. τὰ περὶ τῆς ἐνδείξεως καὶ τῶν νόμων δίκαια sunt *argumenta, loci de accusatione legibusque quarum in accusatione usus est.* SCHAEF.

773, 28. τούτου τουτον] τούτου redit ad Aristogitonem, τουτον autem ad Lycurgum. REISK. Nempe in utrumque orator intendit digitum. SCHAEF.

ὑπὲρ πόλεως—βουλευομένους προσήκει] Conf. orat. de pace p. 57, 19. DOBR.

774, 5. καὶ γὰρ οὐδ' ἂν ἄλλως δυναίμην] Ex Cherson. p. 95, 28. DOBR.

ἅπας ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος κ. τ. λ.] Citat h. l. scholiastes Hermogenis. V. not. ad p. 230, 27. SCHAEF.

774, 18. ὅτι πᾶς—ἐν τῇ πόλει] Talia non redolent stilum Demosthenis. SCHAEF.

εὕρημα—θεῶν] Conf. Xenophon Cyneget. init. SCHAEF.

774, 20. ἐπανόρθωμα—ἁμαρτημάτων] Appendix ad Forcellini Lexic. s. v. *Involuntarie:* "Marcian. Dig. lib. 1. tit. 3. leg. 2. *Coercitio eorum, quae sponte vel involuntarie delinquuntur.* Animadvertas tamen velim his verbis translatum fuisse a Marciano vel ab antiquo aliquo auctore locum Demosthenis in orat. advers. Aristogit. qui ita se habet: ἐπανόρθωμα—ἁμαρτημάτων." SCHAEF.

774, 21. συνθήκη] Libet adscribere enarratoris Aphthonii verba (p. 25.): ἡ ὅτι πολλῶν συνελθόντων εἰς ταυτὸ συνετέθη. ἢ ὅτι, κἂν ὑφ' ἑνὸς, τῇ συνθήκῃ καὶ συμφωνίᾳ τῶν ἄλλων κυροῦται. τῶν δὲ νόμων οἱ μὲν εἰσὶ κοινοὶ, οἱ καθόλου περὶ τῶν τῆς πόλεως, οἱ δὲ ἴδιοι, οἱ περὶ τῶν πρὸς ἀλλήλους συμβολαίων. καὶ οἱ μὲν τῶν ἀγαθῶν ἀμοιβοὶ, οἱ δὲ τῶν ἀδικημάτων τιμωρηταί. WOLF.

774, 29. ἀμφοτέροις τούτοις] Sensus: debebit et puniri, quod fuit injustus, et puniendo eo exemplum edi, ne alii eadem audeant. SCHAEF.

775, 1. ἐπὶ δ' οἷς οὐκ ἐμμένει τούτοις, νῦν—] *Ideo vero, quod non manet in his mulctis, nunc ad vestram punitionem adducitur*, h. e. quod non paret legum poenae eique non satis facit neque patitur eam in se validam et ratam fieri atque effectui dari, ideo ad vestrum pertrahitur judicium, quo eum de pervicacia et audacia ejus puniatis. REISK.

775, 5. ἐγὼ γὰρ—] Est παράλειψις, longius ducta periodo propter insertas αἰτιολογίας, ante cujus ἀπόδοσιν verbum ἐάσω ponitur v. 17, ut sit ἐγὼ—ἐάσω. Etsi fortasse principio etiam legi possit: ἐῶ γὰρ, ὅτι μὲν πάντα—. WOLF. Recte vidit Wolfius, ἐγὼ cum ἐάσω v. 17. cohaerere. Quod tenere neque ab eo discedere debuerat: ratio enim ejus posterior perversa est. REISK. Perversa est duabus de caussis. Primum enim sic aptius foret ἐάσω (conf. not. ad p. 573, 9.): deinde, hoc si voluisset orator, scripturus erat ἐῶ μὲν γὰρ, ὅτι πάντ'—. SCHAEFER.

775, 15. ἀφίετε] Qui modo dixerat εἰ δεῖ τινὰς ἀφεῖναι et τούτους ἀφιέναι δεῖ cum quarto casu, ut mos est Graecis scriptoribus, non utique lubens statim subjiceret εἰ πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἀφίετε, constructione adeo insolenti. Dele ergo vocen ἀφίετε. En: οὐδ', εἰ πᾶσι τοῖς ἄλλοις, οὐχὶ τῷ βιαζομένῳ δήπο συγχωρῆσαι προσήκει. TAYLOR. ἀφίετε, scilicet τὰ ὀφλήματα. Bene habet hic locus. REISK. Orator nisi scripsit ut placet Tayloro, certe sic scripsisse eum malim. SCHAEF. Ego ἀφίετε delevi cum Tayloro.

775, 21. περιττὸν] *Singulare* s. *reconditum.* SCHAEF.

775, 25. ἕνας ἄρχας] Per παρῳχημένας explicat Harpocratio ex h. l. s. v. ἕναι ἀρχαί, per παλαιὰς schol. Arist. Ach. 171.

775, 26. ἑκούσας om. schol. Aristoph.

776, 7. ἐράνου πληρωταὶ] Vide eandem hanc similitudinem bis

in Midiana [p. 547, 9. 574, 11. unde sumsisse videtur hujus orationis scriptor] tractatam. πληρωταὶ autem hic dicuntur (contra quam nominis significatio ferre videtur: πληρόω enim est *compleo* et πληρωτὴς *is qui complet*:), non qui conferunt stipem, sed qui collatam ab aliis colligunt, quasi ἀποδέκται ἢ εἰσπράκτορες τῶν ἐράνων. WOLF. De hoc loco vide Herald. Observat. cap. 44. Salmas. ad Jus Attic. p. 27. Herald. rursus Animadv. ad Salmas. l. 6. c. 5. §. 4. TAYLOR. Citat hunc locum Harpocration v. Πληρωτὴς. qui ἐρανάρχην seu magistrum erani appellat. REISK.

776, 16. τὴν βουλὴν τοὺς πεντακοσίους] Est epexegesis quasi dicere voluisset, senatum, non illum Areopagiticum, sed hunc majorem, D viros. REISK. Grammaticus Hermanni p. 357. e Demosthene citat: καὶ εἰς τὴν βουλὴν καὶ τοὺς πεντακοσίους ἀπαντήσας. Eadem Georgius Lecapenus Grammat. p. 56. Apparet posterius καὶ delendum esse. SCHAEF.

776, 17. κιγκλίδος] Citat Harpocration v. Κιγκλίς. Idem hunc locum in mente habuit ad v. Ἀπόρρητα. REISK. Photius, Κιγκλὶς, ὁ τοῦ δικαστηρίου κάγκελλος. Hoc nostro quidem loco accommodatius quam quod statim sequitur: Κιγκλίδες, αἱ τῶν δικαστηρίων θύραι. Nam p. 778, 12. κιγκλίδες a θύραις distinguuntur. V. Osannus Inscript. p. 157. SCHAEF.

776, 18. τοὺς ἰδιώτας] V. ad p. 604, 28.

776, 20. τῇ βασιλείῳ στοᾷ] Citat h. l. Harpocration v. Βασίλειος στοά et v. Ἀπεσχοινισμένος, tametsi nonnulla aliter exhibet, ut videatur huc traxisse locum, qui est infra p. 778, 16. REISK.

776, 21. περισχοινίσηται] Pollux 8. 123. τὸ δὲ δικαστήριον περιεσχοινίζετο, τοῦ μὲν βασιλέως παραγγείλαντος, τῶν δὲ θεσμοθετῶν κληρούντων τὸ δικαστήριον. τὸ δὲ περισχοίνισμα ἀπὸ πεντήκοντα ποδῶν ἐγίγνετο, καὶ οἱ ὑπηρέται ἐφειστήκεισαν, ὅπως μηδεὶς ἀνεπόπτευτος προσῇ. αἱ μὲν οὖν τῶν δικαστηρίων θύραι κιγκλίδες ἐκαλοῦντο, caetera. Add. Meurs. Attic. Lect. 6. 14. TAYLOR.

776, 24. τῶν νόμων] τοὺς νόμους margo Lutetianae e codice Obsopoei. Vulgata bene habet *compotes sunt legum*, hoc est, penes eos est vis et majestas legum, vis imperandi et vetandi ex praescripto legum et edicta legum exercendi atque in effectum ducendi, criminosos puniendi, refractarios cogendi. REISK.

776, 25. ἐφ' οἷς] Quarum legum tuendarum et exercendarum caussa, et sub ea lege, conditione et stipulatione, ut eas exerceretis. REISK.

777, 3. ἀναισχυντίας—ἀναιδείας] αἰσχῦνη, *pudor*: αἰδὼς, *reverentia*. Illa turpitudinis metus est: haec dignitati, virtuti, auctoritati, aetati honorem habet. Possunt ergo ἀναισχυντία καὶ ἀναίδεια habere locum: sed quia praecedit εὐταξία, quid si legatur τῆς ἀταξίας? WOLF. Nihil mutandum.

777, 6. δεινὸν ἐλαττωθῆναι] Vult dicere: *morum probitas ita comparata est ut facile in damnum incidat.* TAYLOR.

777, 6. τοὺς νόμους—ὑμῶν] Idem est ac si dixisset: προσήκει

τοῖς δικάζουσι τηρεῖν τοὺς νόμους καὶ ἰσχυροὺς αὐτοὺς ποιεῖν. REISK.

777, 9. ἀνέῳκται] Aperiuntur et profanantur ea, quae clausa, sacra, augusta esse oportebat. REISK.

777, 17. ἀποκτείνει] Pendet ab ὅτι v. 13. SCHAEF.

777, 25. τοὺς νόμους κυρίους εἶναι] Taylorus tolli vult verba τοὺς νόμους κυρίους εἶναι, sed frustra. Utitur hoc argumento, probabili illo quidem, quod conclusione conficiatur, id a propositione atque ab assumtione excludi oportere. Recte vero. Sed male concludit existimans oratorem sic ratiocinari: Leges dominari par est: ergo leges dominari par est. Multum aberat orator ab ista inscitia. Sic colligit: Civitas bene constituta legibus carere nequit; sed civitas, in qua hujusmodi mores dominantur, constare nequit; ergo neque leges in ea valere, quas tamen nemo est qui dubitet necessarias esse. Vel sic: Legum edicta exsequenda sunt; sed leges poenas illis indicunt, qui sunt Aristogitoni similes, et eos a foro excludunt; ergo Aristogitoni quoque actione caussarum interdicendum est. REISK.

777, 28. καὶ τί δεῖ—; ἀλλ'—] Sic infra p. 802, 27. V. not. ad p. 573, 9. SCHAEF.

778, 3. βουλομένων—ἡμῖν] Citant Anecd. Bekk. p. 132, 21 SCHAEF.

δικάζεθ'] Vulgo δικάζεσθ'. Recte alii codd. δικάζεθ' in activo, *vos nobis jus dicitis.* δικάζει judex, jus aequum pronuntiat: δικάζονται partes litigantes, jus petunt, jure experiuntur. REISK.

778, 5. ἀπεκληρώθητε] Wolfius non recte cepit hujus loci mentem, quantum ejus interpretationem intelligo. λαχεῖν est *sortiri, sortes ducere*, quod omnium, ἀποκληρωθῆναι *sortibus vincere*, quod paucorum. Vertas itaque liberius: *Quod omnes voluerunt, vos soli hodie jus dicitis. Id quo modo se habet? Quia vos cum caeteris una civibus ad sortes accessistis, deinde vobis solis sortito obtigit ut huic judicio praeficeremini. Id enim legum praescripto fit.* TAYLOR. Verbum ἀποκληροῦσθαι respondet Latino *subsortiri*. V. p. 779, 5. REISK. Wolfius vertit: *Cur? quia sors vobis obtigit: quia sortito selecti estis*, bene interpretatus ἀπεκληρώθητε, secus ἐλάχετε. Male autem Reiskius comparavit Latinum *subsortiri*. Nec p. 779, 5. intelligenda est *subsortitio*. SCHAEF.

778, 8. οὐδεὶς—φανήσεται] Citat h. l. Aristides Τέχν. p. 102. Cave, quod mihi aliquando accidit, verba οὐδὲ ὀργὴν pro scholio vocabuli χολὴν habeas, quem in errorem facile est incidere. Sed χολὴ est celer, subitus irae aestus, in ipso sensu injuriae, tum cum vis infertur, effervescens: sed ὀργὴ est recordatio illatae injuriae et animadversio, punitio, quae est lenta et tempori opportuno reservatur, et ipsa punitio atque ultio. REISK. Subtilius hoc quam verius. Est locutio pleonastica, quales indicavi ad p. 566, 17. SCHAEF.

778, 11. ὃς, ὦ μιαρώτατε κ. τ. λ.] Longinus §. 27, ubi agit de personae in aliam personam commutatione, locum istum citat et illustrat. TAYLOR.

778, 11. ὃς—παρρησίας] Citat Tiberius p. 67, ubi pro ὃς legitur ὡς scribae negligentia. SCHAEF.

778, 12. σου] σοι margo Lutetianae, forsitan ex Aristide aut Longino. quorum ille p. 266. hunc locum citat. hic p. 104. sed multo aliter. REISK.

778, 14. τὸ ἐντὸς] τὰ ἐντὸς Aristides.

778, 16. ἀπεσχοινισμένος] Vide Harpocrat. s. h. v. Plin. IX. Epist. 26. TAYLOR. V. Anecd. Bekk. p. 422, 31. Zonaras p. 260. SCHAEF.

778, 17. γνώσεσι] Harpocratio: Γνῶσις, ἀντὶ τοῦ κρίσις. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος.

ἐγγραφῇ] Constrictus teneris, ait, o Aristogiton, inscriptione thesmothetarum, tum exactorum. Thesmothetae nimirum in tabulas inferebant nomen hominis aerarii. quod scilicet judices eum mulctae damnassent. Tum exactores, nisi mulctam ab homine aerario tulissent exigentes. iisdem tabulis inscribebant eum, cum a se postularetur, recusasse dependere. REISK.

778, 19. βουλεύσεως] Accusavit autem Aristogito quendam Aristonem, ut a quo falso fuerit in aerarios relatus: accusatus et ipse est, quod Pythangeli vitae falsa accusatione struxerit insidias. WOLF. Harpocratio: Βουλεύσεως. ἐγκλήματος ὄνομα ἐπὶ δυοῖν ταττόμενον πραγμάτων. τὸ μὲν γάρ ἐστιν, ὅταν ἐξ ἐπιβουλῆς τίς τινι κατασκευάσῃ θάνατον—. τὸ δ' ἕτερον, ὅταν ἐγγεγραμμένος, ὡς ὀφείλων τῷ δημοσίῳ, αὐτὸς δικάζηταί τινι, ὡς οὐ δικαίως αὐτὸν ἐγγεγραφότι. τοῦ μὲν οὖν προτέρου μάρτυς Ἰσαῖος—. περὶ δὲ τοῦ ἑτέρου ἐγκλήματος Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος πρώτῳ. Vide infra p. 791, 25. Si quaeras, quantum intersit inter γραφὴν βουλεύσεως et ψευδεγγραφῆς (nam et istius quoque actio dabatur), consulas Suidam in v. Ψευδὴς ἐγγραφή, Petitum LL. Attic. p. 467. Pollucem 8, 43. et 88. Valesium ad Harpocration. H. Stephanum Thes. Gr. L. vol. 4. p. 720. TAYLOR. V. Anecd. Bekk. p. 220. 11. SCHAEF. V. quae ad p. 791. 25. dicentur.

778, 25. αὐτίκα δὴ μάλα] Ne longe abeam, ut exemplo utar obvio. omnibus noto. quod statim memoriae succurrit. REISK. Formulam αὐτίκα δὴ μάλα hoc sensu usurpatam legere non memini. SCHAEF.

778, 26. ἢ τῶν—ἀφορίσας] Contendit tantum orator, in libera rep., qui patriae prodesse et consulere vellent, non ex uno tantum ordine aut collegio sumi debere, qualecunque demum sit, verum id omnibus patere. TAYLOR.

778, 27. ἀφορίσας] Ita nonnunquam participium per se ponunt inter duo membra, ut Aristoph. Av. 1005. ὀρθῷ μετρήσω κανόνι, προστιθεὶς, ἵνα—. DOBR. Aliter, sed non rectius Schaeferus "ἢ τῶν τοιούτων τινὸς μερῶν ἀφορίσας parenthesis est syntactice jungenda cum verbo εἴποι. Quae constructionis anomalia diligenter advertenda."

779, 1. ὅ τι] Scilicet μέρος. REISK. Quin ὅ τι βούλεσθε τούτων est i. q. ὅ τι ἂν εἴπῃ τούτων. SCHAEF.

779, 2. εἴ τις ἐξ ὧν κ. τ. λ.] Sensus est: *si quis contenderet, di-*

cendi faciendam esse potestatem iis hominibus, quorum in numero est Aristogito, violentis nempe, carceris effractoribus etc. TAYLOR.

779, 5. τοῖς—λαχοῦσιν] *Qui reprobati essent, cum ambirent ἀρχὴν κληρωτήν.* SCHAEF.

779, 13. ὃ] Reiskius in Ind. Graecitat. "ὃ pro διὸ, quapropter 779, 13. 802, 20." Non assentior: neutro enim loco cogitandum de ellipsi praepositionis διά. Infra ὃ est nominativi casus, quaeque sequuntur τοὺς μὲν πολλὰ κ. τ. λ. addita sunt ἐπεξηγητικῶς. Hic accusativi quidem casus est, sed pendentis a verbo ἀγνοεῖ, sequiturque similis ἐπεξήγησις, ὅτι ἐπὶ μὲν καλὸν κ. τ. λ. SCHAEF. Imo hic quoque nominativus est. V. Schaefer. ad p. 1277, 10.

779, 16. μὴ γὰρ—ποιήσασθαι] Sic de falsa leg. p. 433, 2. μὴ γὰρ οὕτω γένοιτο κακῶς τῇ πόλει ὥστε Ἀφοβήτου καὶ Αἰσχίνου σωφρονιστῶν δεηθῆναι τοὺς νεωτέρους. DOBR.

779, 18. ποιήσασθαι] *Ut civitas rerum praeclararum quicquam sibi peragi et comparari ab Aristogitone velit eique id curandum et efficiendum mandet.* REISK.

779, 20. ἀπεύχεσθαι] De Cherson. p. 102, 16. τὴν δὲ τῶν δούλων ἀνάγκην ἀπεύχεσθαι δήπου μὴ γενέσθαι δεῖ. DOBR.

780, 17. Προνοίας Ἀθῆνας] Hinc etiam Aeschinis locus (c. Ctesiph. p. 69. 70.) explicari potest. Opponit Ἀθηνᾶν Πρόνοιαν τῇ Ἀριστογείτονος Ἀπονοίᾳ. WOLF.

780, 18. νεὼς] F. βωμὸς, *ara.* WOLF. Non opus. Aediculam intelligere potuit seu cellam (cujusmodi fere hodie sunt capellae in ecclesiis Romanensium, privatis sacris destinatae et suis quoque aedituis instructae), quarum plurimas unum fanum complecti solebat. Nam in templo, Jovis puta aut Apollinis, caetera quoque numina hospitio non prohibebantur. Sic in uno Capitolio Romae plurimorum deorum aediculae erant. Livius 35, 41. Aedes duae *Jovi eo anno* in Capitolio *dedicatae sunt—de mulcta damnatorum quadrigae inauratae in Capitolio positae in* cella Jovis *supra fastigium* aediculae. De contubernalibus diis plurima habet consulenda G. D'Arnaud in commentario, quem inscripsit de Diis Παρέδροις, et quae adtulerunt viri docti ad explicanda illa Act. Apostol. 19. 24: adeo ut nihil mirum esse possit, si in templo Apollinis Delphici Minerva quoque suam aediculam, ritus et antistites etiam haberet. Immo Minervae Προνοίας cellam Delphis memorat Pausanias 10. 8; ὁ τέταρτος δὲ Ἀθηνᾶς καλεῖται Προνοίας. et deinde: χρυσοῦ δὲ ἀσπίδα ὑπὸ Κροίσου τοῦ Λυδοῦ τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Προνοίᾳ δοθεῖσαν ἐλέγετο ὑπὸ τῶν Δελφῶν, ὡς Φιλόμηλος αὐτὴν ἐσύλησε. Sed me male habet, quod ea aedicula hic diceretur κάλλιστος καὶ μέγιστος, praesertim vero quod jure summo olim contenderunt viri doctissimi, quos infra nomino, aedes istas, quas memorat Pausanias et hic memorare videtur Demosthenes, non esse consecratas Minervae Προνοίᾳ, verum, ut vocatur, Minervae Προναίῃ, aedes scilicet minores ante vestibulum Apollinis, ut alibi loquitur idem Pausanias 9, 10: πρῶτα μὲν δὴ λίθου κατὰ

τὴν ἔσοδόν ἐστιν Ἀθηνᾶ καὶ Ἑρμῆς, ὀνομαζόμενοι πρόναοι. *Protemplarem* dicas aut *vestibularem* Minervam. Ita Herodot. de rebus Delphicis 8, 37: *οἱ βάρβαροι, ἐπειδὴ ἐγίνοντο ἐπειγόμενοι κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς Προναίης Ἀθηναίης.* et juxta: *ἐπεὶ γὰρ δὴ ἔσαν ἐπιόντες οἱ βάρβαροι κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς Προναίης Ἀθηναίης*, caetera. Suidas: *Πρόνοια. ὠνομάζετό τις παρὰ Δελφοῖς Ἀθηνᾶ Πρόνοια, διὰ τὸ πρὸ τοῦ ναοῦ ἱδρῦσθαι.* Iterum: *Πρόνοια Ἀθηνᾶ. οἱ μὲν διὰ τὸ πρὸ τοῦ ναοῦ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἑστάναι αὐτήν· οἱ δὲ, ὅτι προὐνόησεν* etc. Adjungas Diodorum 11, 14. cum annot. Wessel. Gronovium ad Herodot. 1. 92. H. Steph. Thes. Gr. L. vol. 2. c. 1080. et Append. c. 1715. Meurs. Attic. Lect. 2. 17. eund. de Regno Lacedaem. c. V. Kuster. ad Suid. Spanhem. ad Callimach. in Lavacr. Pallad. v. 121. His adde Hesychium, Harpocrationem, Etymol. M. Lexicographos. Ex quibus omnibus abunde patere arbitror, primo, Minervam Delphis cultam, ut dixi, nominari non *Πρόνοιαν*, *providentem*, sed *Προναίην*, *vestibularem*: deinde, eos decipi, qui haec Demosthenis ad eandem normam corrigi volunt, cum utique interiret omnis, qualis demum fuerit, hujus loci lepor et elegantia, in quo institui voluit comparationem inter *ἀπόνοιαν* Aristogitonis et *Πρόνοιαν* Minervam. Quid igitur dicemus? An erravit simius ille Demosthenis, antiquitatis verae ignarus et vocabulorum similitudine deceptus, cum haec scriberet? Illud quidem asserere non audeo, cum paria fere habeat Aeschines de Corona, et probe sciam multa in vetustis scriptoribus reperiri posse simili *ἀμφιβολίᾳ* quasi ad ludibrium posterorum referta. Memor tamen esto Stanleium ad Aeschyli Eumen. 21. (ubi in schol. citatur Callimachus:

Χὴ Παλλὰς, Δελφοί νιν ὅθ' ἱδρύοντο Προναίην.)

etiam Aeschinem emendare, tanquam eadem scriptura usum. Statuant ergo de hac re qui me otio et eruditione superant. V. Tourrel. ad Aeschin. c. Ctesiph. *Ἡ δ' Ἀθηνᾶ ἐστιν ἡ τοῦ Διὸς σύνεσις, ἡ αὐτὴ οὖσα, ἡ ἐν αὐτῷ πρόνοια.* Phurnutus ibid. citat. TAYLOR. Integram apposui annotationem Taylori, quoniam saepius ea usi sunt viri docti de cognomine illo Minervae dicentes, de quo nemo copiosius disputavit Lennepio ad Phalar. p. 143 seqq. Hodie inscriptionem Delphicarum (ap. Curtium in Anecd. Delph. p. 77, 78.) auctoritate constat *προναίαν* eam ab Delphis appellatam fuisse, ut ab Aeschylo quoque appellata est Eumen. 21., cujus nominis forma Ionica *προνηίη* nunc restituta est Herodoto 1, 92. 8, 37. 39: sed ab recentioribus scriptoribus *πρόνοια* est vocata. De quo non repetam quae dixi in Thesauro Stephani vol. 6. p. 1783 sq. ed. Paris.

780, 20. *ὃς ἂν θεὸς καὶ μάντις οἶδε τὸ βέλτιστον*] Aristoph. Plut. 11. comparavit Dobraeus, *ἰατρὸς ὢν καὶ μάντις, ὥς φασιν, σοφός.*

780, 23. *βωμοὶ—ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ καὶ τῇ φύσει*] Euripides Antig. fr. 2. ab Dobraeo comparatus, *οὐκ ἔστι Πειθοῦς ἱρὸν ἄλλο πλὴν λόγος, καὶ βωμὸς αὐτῆς ἔστ' ἐν ἀνθρώπου φύσει.* Helen. 1002. *ἔνεστι δ' ἱρὸν τῆς δίκης ἐμοὶ μέγα ἐν τῇ φύσει.*

780, 28. *οἶδα τοίνυν* etc.] Imitatur Demosthenem de falsa leg. p. 369, 2. *οἶδα τοίνυν ὅτι τοὺς μὲν ὑπὲρ τῶν κατηγορημένων αὐτοῦ λόγους Αἰσχίνης φεύξεται* etc. DOBR.

781, 8. *Ἀδράστειαν—προσκυνῶ*] Sic ad vitandam invidiam dicere solebant, ut apud Aeschyl. Prom. 936. *οἱ προσκυνοῦντες τὴν Ἀδράστειαν σοφοί·* ubi copiose de ea dixit Blomfieldus, appositis etiam veterum grammaticorum observationibus, inter eosque Harpocrationis, cujus glossa ad hunc locum referenda videtur, etsi non nominat Demosthenem.

782, 7. *κύων—τοῦ δήμου* esse *ὑποφορὰν* ipsa formula *νὴ Δία* argueret, etiamsi non additum esset, quod raro additur in *ὑποφοραῖς, φασί τινες*. SCHAEF.

κύων—τοῦ δήμου] Theophrastus Char. 31, 3. *αὐτὸν κύνα εἶναι τοῦ δήμου, φυλάττειν γὰρ αὐτὸν τοὺς ἀδικοῦντας.* Apparet *κύων τοῦ δήμου* locutionem fuisse multo usu tritam in Atheniensium sermone. SCHAEF. Cleon ap. Aristoph. Eq. 1023. *ἐγὼ μέν εἰμ' ὁ κύων· πρὸ σοῦ (τοῦ Δήμου) γὰρ ἀπύω· σοὶ δ' εἶπε σώζεσθαί μ' ὁ Φοῖβος τὸν κύνα.* Fidum custodem cum cane comparat Aeschylus Agam. 3. DOBR.

ποδαπός] *ποταπός* correctus k. Correxit scriba doctior, quem non fugeret decretum grammaticorum, de quo v. Thomas M. p. 726. SCHAEF. V. Lobeck. ad Phryn. p. 59.

782, 16. *τοὺς γενομένους κύνας τῶν προβάτων*] V. ad p. 287, 6. *γεύεσθαι* grave verbum decensque stomachum oratoris indignabundi. Compares Sophocleum Aj. 844. *γεύεσθε, μὴ φείδεσθε πανδήμου στρατοῦ.* ubi etiam priorem imperativum referri ad genitivum qui sequitur non dubitabis, si perpenderis Ajacem loqui ira furentem vimque sibi jamjam illaturum: qualem furorem vel maxime decet universo exercitui mala imprecari. Adde quod imprecationis hujus immanitas aliquanto levior est atrocitate gloriationis de perpetrata caede Graecorum v. 96. SCHAEF.

782, 17. *οὐκ ἂν φθάνοι κατακοπτόμενος*] Si propriam vim locutionis spectes, sensus est: *tam cito necandus est, ut citius non possit.* V. not. ad p. 754, 5. Ceterum hic locus satis manifesto docet talia non esse nec scribenda nec legenda *ἐρωτηματικῶς*. Nam si haec foret interrogatio, nimirum orator scripsisset: *οὐκ ἂν οὖν φθάνοι κατακοπτόμενος;* SCHAEF.

782, 19. *ἑόρακε*] *ὁρᾶν τι* Graecis significat *operam rei navare, deditum ei esse.* Latini pariter *spectare* usurpant hoc modo. REISK.

782, 21. *ὧν* est pro *ἃ* ob sequens *τούτων δίκην. satisfactionem, talionem sumit pro eo, si quid (si quapiam in re) vos offenderit his suis moribus, ut vos eum mulctaretis. παρακρούσηται ὑμᾶς* necesse est ut significet, si bene habet, *si quo dicto vel facto suo vos ibi* (in concione puta) *exacerbaverit.* Sed dubito num *παρακρούεσθαι* ita usurpetur. Num *προσκρούσηται*? Verum non magis *προσκρούεσθαί τινα* dicitur, sed *προσκρούειν τινί.* REISK. Fallitur. *παρακρούσηται* i. q. *ἐξαπατήσῃ*. Ideo mox sequitur *τοὺς ἰδιώτας καὶ τοὺς ἀπείρους*. SCHAEF. Totus locus obscurus, sive potius

ineptus. Expectares potius μὴ παρακρούσηται. *When prevented from cheating the public, he revenges the disappointment upon individuals.* Nisi forte δίκην λαμβάνει vertendum *he serves you right.* DOBR.

782, 22. καταβὰς] *Domum reversus e concione.* Athenienses enim in forum vel theatrum, ubi concio habebatur, ἀνέβαινον, illinc domum redeuntes κατέβαινον. REISK. Malim vertere: *suggestu relicto.* SCHAEF.

782, 25. διαβαπτίζεσθαι] βαπτίζειν s. βάπτειν τινὰ est i. q. λοιδορεῖν τινά. Epigramma servatum a scholiasta Aristidis vol. 3. p. 444:

βάπτες μ' ἐν θυμέλῃσιν· ἐγὼ δὲ σὲ κύμασι πόντου
βαπτίζων ὀλέσω νάμασι πικροτάτοις.

διαβαπτίζεσθαί τινι i. q. διαλοιδορεῖσθαί τινι, *conviciando cum aliquo certare.* Compares διαβοᾶσθαι, de quo v. not. ad p. 806, 2. Conf. Valckenarius ad Herodot. 5. 18., cujus talium verborum catalogo accedat rarissimum διαβασιλίζεσθαι, de quo v. Anecd. Bekk. p. 241, 14. SCHAEF.

782, 26. ἴσασι δὲ οἱ πεπληγμένοι] Epicharmus ap. Stob. Flor. 68, 9. οἶδ' ὁ συντυχών, μακάριος δ' ὃς ἀγνοεῖ. Eurip. Hec. 1172. γένος γὰρ οὔτε πόντος οὔτε γῆ τρέφει τοιόνδ'· ὁ δ' ἀεὶ ξυντυχὼν ἐπίσταται. DOBR.

782, 28. κρίνειν pendet a verbo ὁμολογήσετε valetque *existimare.* Thucydides 2, 40. κράτιστοι δ' ἂν τὴν ψυχὴν δικαίως κριθεῖεν οἱ —. Xenophon. Cyrop. 3, 1, 24. ἀδύνατος ἂν φαινοίμην εἶναι, ἄδικος δ' οὐκ ἂν δικαίως κρινοίμην. SCHAEF.

783. 11. παρακινδυνευτικοῦ] δηλονότι βλασφημίαν ἔχοντος. SCHAEF.

783, 12. διὰ ταῦτα] H. e. διὰ τὸ φιλολοίδορον αὐτοῦ καὶ συκοφαντῶδες. REISK.

783, 21. τὸν μαθητὴν, — αὐτοῦ] In dubium vocat uter ab utro artes tam pravas didicerit, sed ita ut appareat acrius etiam pungi Philocratem. SCHAEF.

783, 24. ὤφελε] Tangit hunc locum Moeris p. 285. REISK.

784, 2. εἰ πονηρός—ἁπλῶς] *Si ita improbus est, ut improbe agens sit* ἁπλοῦς, *non* διπλοῦς, *non praevaricator.* SCHAEF.

784, 3. καὶ τοιοῦτος, οἷος ὑπισχνεῖται] Haec verba omittit Aristides T. p. 198. e memoria recitans. REISK.

οἷος ὑπισχνεῖται] Subaudi εἶναι. SCHAEF.

784, 6. οὐδὲν] Ad οὐδὲν subaudi κακὸν ἢ φαῦλον. *mali nihil reip. videtur exstiturum, quod tu Philocratem servare contendas.* REISK.

784, 7. κάπηλος—μεταβολεὺς] Quantum intersit, si scire velis, consule schol. Aristophan. Plut. 1156. TAYLOR. Celeber locus, ut multi alii hujus orationis sunt, in scholis grammaticorum, citatus ab Aristide Τέχν. p. 272. REISK. V. Hemsterhusius ad Aristophan. Plut. l. c. SCHAEF.

784, 10. ἀκονᾷς] Armas, subornas, instigas in tuos inimicos

iisque immittis velut securim, quam eorum cruribus impingas. id est: cur operam perdis in hoc homine tuis nequam artibus imbuendo et adversus hostes tuos armando? qui homo tanquam ensis male cusus ad primum statim ictum retunditur et incurvatur atque mucrone hebetatur, non quod hebes et tardus, sed quod nequam est et praevaricator teque perinde atque alios decipit. Grave verbum et exquisitum, cujusmedi multa sunt hujus orationis, ad quae nauseant magistelli illi belluli et delicatuli, plus quam par est sapientes. Melius sapiebant veteres. REISK. Vis contrapositorum haec est: si Aristogiton simplex est sycophanta, per me licet ei patrocineris; nec quisquam rem miretur, cum homo utilis tibi videatur futurus. Nunc cum duplex sit et praevaricator, quid, stulte, operam perdis? Quantumvis enim eum instiges et acuas in tuos inimicos, tamen senties plumbeo te uti pugione. SCHAEF.

784, 16. εἰδότι σοι φράσω] Sensus: ipse scis; ut vix opus sit me dicere. Dionysius Halic. vol. 4. p. 2126. φορτικὸς ἂν εἴην ἔγωγε ἐν εἰδόσιν ὑμῖν ἀκριβῶς λέγων. ubi v. not. Alia congessi Gregor. Cor. p. 833. Add. p. 613, 10. SCHAEF.

784, 22. ἀνασείσας] Per ἀπειλήσας explicat Harpocratio. Compares ἀνασείειν βοήν, quod dixit Aristophanes Acharn. 347.

784, 26. τίς—χρηστός] Sententia est: *ecquis jam erit, qui hunc talem servatum velit, sive ille malus est civis, sive frugi? Nam utrique perinde inutilis et noxius est. Aut cur servatum eat?* REISK.

ἢ διὰ τί;] Post ἢ διὰ τί; tacita mente a lectore addi debet οὐδεὶς, quamquam ipsum verbum addi nil necesse sit. Obtinet hoc in omnibus linguis, ut interrogatio carens responsione relinquatur. REISK. Non ad ἢ διὰ τί; subaudiendum οὐδεὶς, sed ad antecedentem interrogationem τίς—χρηστός; Ad sequentem, si placet, subaudi δι' οὐδέν. Habemus hic duas interrogationes deinceps positas, quas eodem ordine excipiunt totidem membra vice fungentia responsionum. Videlicet ad priorem refertur τῶν μὲν—γένους ἐστὶ, ad posteriorem πλὴν εἰ—τῇ πόλει. SCHAEF.

784, 28. συκοφάντου καὶ πονηροῦ σπέρμα] Aristoph. Av. 110 A. ἀπηλιαστά. B. σπείρεται γὰρ τοῦτ' ἐκεῖ τὸ σπέρμα; Athen. 6. p. 256 B. τὸ σπέρμα τῶν ἐλλογίμων κολάκων. DOBR.

784, 29. ὡσπερανεὶ γεωργὸς] Integra dictio haec est: ὥσπερ ἂν οἴοιτο δεῖν ὑπάρχειν σπέρμα καὶ ῥίζαν (ὁτουοῦν φυτοῦ), εἰ γεωργὸς εἴη. SCHAEF.

785, 4. μοσχεύητε] Scholiastes Hermogen. juxta finem: Μοσχεύειν λέγουσιν οἱ γεωργοὶ τὸ ἐντιθέναι ἀνεστραμμένως τὰ κλήματα ἐν ὀρύγματι γῆς ἐπὶ τῷ ἐκφῦσαι ῥίζας, εἶθ' οὕτως ἐμφυτευθῆναι. Caetera quaere in Lexicis vulgatis. TAYLOR. V. Anecd. Bekk. p. 280, 18. et Photius. Ubi si corrigas Μοσχεύητε, τρέφητε, (pro μοσχεύηται, τρέφηται) apparebit unde glossam grammatici petiverint. SCHAEF.

785, 13. κοπρώνων] V. Anecd. Bekk. p. 273, 11. τῶν κοπρώνων

ἐπιστάται sunt ἀστυνόμοι, οἷς μέλει περὶ τῶν κοπρολόγων. V. Harpocration s. h. v. SCHAEF.

785, 15. ἐκείνοις—ταῦτα] Citant Anecd. Bekk. p. 139. SCHAEFER.

785, 16. ἀλλὰ—προπηλακίζων] Citant eadem p. 165, 13. SCHAEF.

785, 18. σπαράττων] Malim ταράττων. Ita fere Pollux 6, 32. Πρὸς τὸν θορυβοῦντα τὸ δημόσιον τάδε ἄν τις εἴποι, κυκῶν—συγκρούων πάντας πρὸς ἀλλήλους, ταράττων, τάρακτρον, caetera. TAYLOR. σπαράττων praestat alteri, quod a Tayloro commendatur, ταράττων. Ductum id a canicula carunculam vellicante et ejus aliquid morsu revellere conante egregie convenit sycophantae esurienti et rabioso, in obvios quosque temere incurrenti, quemadmodum Verres quoque suos comites, Siciliae illos praedones, *canes* appellitabat tribunal suum lambentes. REISK.

785, 23. ὁμοῦ] Harpocratio: Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονός φησιν, εἰσὶν ὁμοῦ δισμύριοι πάντες Ἀθηναῖοι, ἀντὶ τοῦ ἐγγύς. quibus Suidas addit ἔνθα βούλεται δηλοῖν ὅτι ἐγγὺς τῶν δισμυρίων εἰσίν· ἐπεὶ ὅτι γε οὐκ ἦσαν δισμύριοι, φανερόν. caetera. Cum his paria habet Didymus ad Iliad. E, 867. Male ergo Wolfius: omnino *vicies mille sunt*: cum debuit: *vicies mille sunt* praeterpropter, circiter. Aristophanes Equit. 245.

Ὁ κονιορτὸς δῆλος αὐτῶν, ὡς ὁμοῦ προσκειμένων.

ubi schol. τὸ ὁμοῦ λέγουσιν Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ ἐγγὺς, ὡς καὶ ἐν Εἰρήνῃ· Καὶ μὴν ὁμοῦ 'στιν ἥδε. Adde Lamb. Bos. Observat. Crit. cap. 4. Valesium ad Harpocration. Valckenar. ad Eranium Philonem p. 162. et Hemsterhus. ad Lucian. vol. 1. p. 443. Contra, cum definitum numerum paulo excedit. dicimus μάλιστα aut aliquid simile. Plato in Critia: πλῆθος δὲ διαφυλάττοντες ὅτι μάλιστα ταὐτὸν ἑαυτῶν εἶναι πρὸς τὸν ἀεὶ χρόνον ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, τὸ δυνατὸν πολεμεῖν ἤδη κατὰ τὰ ἔτη, περὶ δύο μάλιστα ὄντας μυριάδας. Quae verba non recte a plurimis accipiuntur. Nam, si cum Salmasio Graeci sermonis proprietatem spectes. non *circiter* aut *admodum*. ut illi, expones. sed quod binas myriadas aliquantulum excedit. "Μάλιστα τρία τάλαντα apud Demosthenem" inquit ille de M. U. p. 156. "sunt X talenta *et quod excurrit*. Contra, si dixisset ὁμοῦ τρία τάλαντα, aliquid deesset ad summam trium talentorum." Caeterum de hoc numero civium Atheniensium magna est inter veteres concordia. Aristophanes Vesp. 705.

Εἰσίν γε πόλεις χίλιαι, αἳ νῦν τὸν φόρον ἡμῖν ἀπάγουσι.
τούτων εἴκοσιν ἄνδρας βόσκειν εἴ τις προσέταξεν ἑκάστῃ,
δύο μυριάδες τῶν δημοτικῶν ἔζων ἐν πᾶσι λαγῴοις.

ubi ait scholiastes: Ἐκ πολλοῦ φαίνεται περὶ τοσοῦτον ἀριθμὸν τῶν Ἀθηναίων πλῆθος προΐστασθαι. καὶ Δημοσθένης γάρ φησιν· Εἰσὶ δ' ὁμοῦ δισμύριοι πάντες Ἀθηναῖοι. Similiter eruo idem ex Plu-

tarcho in Vita Lycurgi Rhetoris hoc pacto: (Diphilum) ἀλῶναι ἐποίησε (Lycurgus) καὶ πεντήκοντα δραχμὰς ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἑκάστῳ τῶν πολιτῶν διένειμε, τῶν πάντων συναχθέντων ταλάντων ἑκατὸν ἑξήκοντα, ἤ, ὥς τινες, μνᾶν. Jam si talenta centum sexaginta in drachmas resolvas et unicuique civium Atheniensium viritim quinquaginta impertias, hominum capita erunt 19200, scilic. ὁμοῦ δισμύριοι. Adjungo Athenaeum 6. p. 237. Κτησικλῆς ἐν τρίτῃ Χρονικῶν τῇ δεκάτῃ πρὸς ταῖς ἑκατόν φησιν Ὀλυμπιάδι Ἀθήνησιν ἐξετασμὸν γενέσθαι ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως τῶν κατοικούντων τὴν Ἀττικὴν, καὶ εὑρεθῆναι Ἀθηναίους μὲν δισμυρίους πρὸς τοῖς χιλίοις, μετοίκους δὲ μυρίους, οἰκετῶν δὲ μυριάδας τεσσαράκοντα. Quod si aliquando contingat ut in hoc numero dissentirent auctores vetustiores, (et aperte dissidet Herodotus 5, 97., qui ante bellum Persicum atque hanc longe aetatem tres myriadas Atheniensium sive triginta millia fuisse ait.) memineris alios aliter calculum instituere: hos unamquamque aetatem et conditionem complecti, alios interea, uti hic noster caeterique, quos adduximus, eos tantum numerare, qui familiae capita erant, aut saltem qui ea essent aetate, ut remp. armis tegere possent, aut denique qui opibus ita valebant, ut in censu essent. Quod discrimen inter ὁμοῦ et μάλιστα statuit Taylorus, id nullum est. REISK. Spectat hunc locum indicio non obscuro Hesychius vol. 2. p. 756. Manifesto citant Photius s. v. ὁμοῦ et mox iterum, scholiastes ad Homeri Il. 5, 867. et scholiastes ad Platon. p. 10. Ruhnk. (p. 380. Bekk.). De numero Atheniensium alio aliis temporibus v. Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 1. p. 35. SCHAEF. Adde Clinton. Fast. Hell. vol. 1. Append. c. 22.

785, 27. τὸν βίον] Id est τὸν πάντα τοῦ βίου χρόνον. SCHAEF.

785, 29. τῇ ψυχῇ διατρίβει] *Mente et ratione versatur in*—. SCHAEF.

786, 4. ἔχις] Alii libri ὄφις, quod legit Harpocratio, quia s. v. Ἀργῆς scribit, τοὺς τοιούτους ὄφεσιν εἰκάζει ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος. Vocabulo ἔχις orator utitur infra p. 799, 29. 799, 3.

786, 7. οὐδὲ προσφοιτᾷ κ. τ. λ.] Notantur mores hominis duri, intractabilis, vitantis loca ubi frequentia est hominum confabulantium. SCHAEF.

786, 10. ἀνίδρυτος] *Vagabundus* Wolfius. Quasi *domicilium non habens*. Adnotatum reperi: Ἀνίδρυτος, ἀνέστιος οἶμαι. Harpocratio exponit ἀνεξίλαστος. Quod non intelligo. Illa superiora rectissima sunt et vim vocis optime explicant. Eodem animo morosus ille et consuetudinum amicitiarumque osor, Timo, ab Aristophane Lysistr. 810. vocatur ἀνίδρυτος sive, ut scribitur quoque, ἀΐδρυτος. TAYLOR. Est, cui nullae sunt certae fortunarum sedes. REISK. Harpocrationis interpretationem huic vocabulo perperam adscriptam, sed aptam praecedenti ἄσπειστος esse monet Dobraeus.

786, 11. ἄμικτος] Recurrit p. 788, 10. His locis est significationis activae. Rursus passivae est p. 789, 17. SCHAEF.

ὢν ἄνθρωπος μέτριος] Subaudi γιγνώσκει. SCHAEF.

786, 12. οἱ ζωγράφοι] Bekkerus: "Conf. Valcken. ad Adon. p. 374 B." Valckenarius si suspectavit has voces, non habuit justam caussam suspicionis. SCHAEF.

786, 16. εἰκός ἐστι τυχεῖν—ὠσθῆναι] Recte τυχεῖν et ὠσθῆναι. Nam si mutes in orationem rectam, hoc dicitur: ὃς οὐδὲ τῶν— θεῶν τύχοι ἂν ἵλεων, ἀλλ'—ὠσθείη—. Conf. Heindorfius ad Platon. Euthydem. p. 323. SCHAEF.

787, 3. τὴν ταφὴν ἀπέδωκεν] τὸν τὴν ταφὴν—οὐκ ἀπειληφότα p. 788, 1. *sumtus funeris.* SCHAEF.

787, 7. ὁπωσδήποτε—ἐῶ γὰρ τοῦτο] Ex orat. de corona p. 314, 4. DOBR.

ὁπωσδήποτε] Adulterio. SCHAEF.

787, 8. ἐπ' ἐξαγωγῇ] V. Polluc. 3, 125. et viros doctos ad istum locum. TAYLOR. V. p. 763, 13. SCHAEF.

787, 21. ἦν post λαμπρὸς omissum in S. abesse potest: nam λαμπρὸς de vento dicitur. SCHAEF.

787, 25. ἀλλὰ γυναίου πρᾶγμ' ἐποίει καὶ—] *Sed, ut solent mulierculae, ad*—. SCHAEF.

787, 27. τὸ πωλητήριον] Dubito quid significet, num locum, ubi venibant servi omnes, catastam, an locum, ubi inquilini venibant, qui aes neglexissent dependere, quo venia Athenis habitandi ab iis, qui cives non essent, redimebatur, an denique, quod nescio an sit verissimum, locum, ubi vectigal inquilinatus plus licentibus addicebatur. REISK. Sane hoc verum est. V. Boeckhius de Oecon. Athen. vol. 1. p. 354. et Meierus de Bon. Damnat. p. 41. SCHAEF.

τοῦ μετοικίου] Petitus Leg. Attic. l. 2. tit. 5. Harpocratio v. Μετοίκιον. Suidas v. Ἐξαγωγή. Meursius Attic. Lect. 1. 9. TAYLOR. Meierus l. c. μετοικίου, articulo deleto, cum verbo ἀπήγαγε conjungendum censet: Athenis enim unum πωλητήριον fuisse viderique hanc actionem vocatam fuisse ἀπαγωγὴν μετοικίου πρὸς τοὺς πωλητάς. Non ausim assentiri. Potuit enim τὸ πωλητήριον in tanta multitudine et varietate rerum curandarum divisum esse plura in collegia, quorum unius proprium esset τὸ πωλεῖν τὸ μετοίκιον: ut hoc speciali appellatione dictum fuerit τὸ πωλητήριον τοῦ μετοικίου. SCHAEF.

787, 28. κείμενον] Uterque interpres hujus orationis falli videtur. Acceperunt enim quasi muliercula *statim, incontinenter*, persoluta annua pensione sive τῷ μετοικίῳ, ita evasisset. Id aliter est. Abducta illa ad forum, ubi τῶν μετοίκων res agitabantur et referebantur in commentarios, apparebat ex eorum libris memorialibus, eam aes istud quotannis jam persolvisse. Thucydides 1, 129. Τῶν ἀνδρῶν, οὕς μοι πέραν θαλάσσης ἐκ Βυζαντίου διέσωσας, κείσεταί σοι εὐεργεσία ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ ἐσαεὶ ἀνάγραπτος. *in album benefactorum referri.* Infra p. 791, 6. συνθῆκαι, καθ' ἃς ἐδανείσατο, κείμεναι. Ita νόμοι dicuntur κεῖσθαι. TAYLOR. Ad κείμενον subauditur παρὰ τῷ γραφεῖ vel ἀποδέκτῃ. *ab exactore in tabulas accepti relatum.* REISK. μετοίκιον τέθεικεν p. 845, 20. τὰ τέλη κείμενα p. 887, 7. SCHAEF.

788, 1. τὴν ταφὴν] *Mercedem sepulturae.* REISK.

788, 7. ὑμεῖς δ' ἠγανακτεῖτε κ. τ. λ.] Apparet, Lycurgum ingratum animum objecisse Aristogitoni eoque crimine judices concitasse. WOLF. Subaudi: Quid igitur sentietis, ubi tam immane facinus cognoveritis? SCHAEF.

788, 9. μιαρὸν—ἄμικτον] Citat Aristides Τέχν. p. 178. REISK. Tiberius p. 44: μιαρὸν μιαρὸν το θηρίον καὶ πονηρὸν ὁ συκοφάντης. Editor: "Credo librarium hic nonnulla omisisse, sicque rescribendum esse hunc locum: 'μιαρὸν, μιαρὸν τὸ θηρίον τοῦτο,' καὶ πάλιν· 'πονηρὸν, πονηρὸν ὁ συκοφάντης.' Prius exemplum est ex orat. in Aristogiton. p. 788, 10; posterius ex Coron. p. 307, 21." SCHAEF.

788, 17. ἐμπεσόντος] Scilicet εἰς τὸ δεσμωτήριον. Sic mox v. 25. Plena locutione ἐμπεπτωκότες εἰς τὸ οἴκημα p. 789, 16. SCHAEF.

πρὸς κατεγγύην] *Quia pro alio quopiam caverat.* REISK. Quam interpretationem reprehendens Meierus de Bon. Damnat. p. 29. "Potius" inquit "explicandum est *vadimonii caussa*, i. e. quia vadem judicio sistendi caussa dare non poterat." SCHAEF.

788, 18. γραμματεῖον] *Literae cambiales, aut simile quid.* REISK. Intelligam codicillos, in quibus homo quae vellet scriberet. V. Anecd. Bekk. p. 226, 26. SCHAEF.

788, 23. νεαλὴς καὶ πρόσφατος] Harpocration, Νεαλὴς, Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος, εἰ γνήσιος. ὁ νεωστὶ ἑαλωκὼς οὕτως ἐλέγετο κατὰ μεταφορὰν τὴν ἀπὸ τῶν ἰχθύων. Sumta haec de sermone plebis Atticae, quae multos usurpabat tropos petitos e re navali et piscatoria. SCHAEF.

788, 26. περὶ τὴν γεγονυῖαν συμφορὰν γενόμενος] *Recentis mali satagens.* DOBR.

789, 3. μὴ ποτοῦ, μὴ βρωτοῦ] Citat h. l. Ammonius v. Πότος p. 118. tanquam ex Orat. in Androtionem. REISK.

789, 11. ἐκ τοῦ—στόματος] Non cohaeret τοῦ cum στόματος, sed idem est ac si dixisset: ἐκ στόματος τοῦ πεποιηκότος τὰ τοιαῦτα. *ex ore hominis, qui talia patravit.* REISK.

789, 25. ἐμοὶ] ἐμοῦ Wolfius non male.

790, 2. ἀποστασίου] Non sat graves caussas video cur ἀπροστασίου praeferamus, auctoribus Valckenario ad Ammon. p. 19. et Wesselingio ad Petiti Leges Atticas p. 263. REISK. De utraque actione v. Anecd. Bekk. p. 201. et 434. SCHAEF.

790, 10. μηδένα τούτων ὑπόλογον ποιεῖται] De hac locutione dixi ad Lysiam p. 102, 19. ed. HSt. TAYLOR. ὑπολογισμὸν dixit Josephus A. I. 15, 9, 3. μηδένα τοῦ κατὰ τὴν οἰκείαν ἡδονὴν γῆν ὑπολογισμὸν ποιούμενος. nisi hic librarii error est. Frequentior adjectivi usus est: quod Heindorfium ad Plat. Protag. p. 607. movit ut hic μηδένα in μηδέν mutaret.

790, 11. γονεῖς formam minus Atticam non dubitavi ex libris optimis restituere pro γονέας, quum eadem paullo ante legatur sine ullo librorum dissensu. Eodem modo τοὺς βασιλεῖς pro τοὺς βασιλέας plus uno in loco restitutum Isocrati ex libro Urbinate.

790, 12. πιστεύων] Subaudi αὐτὸν ἔχειν. SCHAEF.

790, 18. ἀλλ' ὅτι—ἀπεδοκιμάσατε] Citant Anecd. Bekk. p. 123, 28. SCHAEF.

790, 22. δακτυλοδεικτεῖτε—τῷ—δεικνύναι] Lego εἶναι pro δεικνύναι. Scilicet δεικν margini adscriptum ad indicandam lectionem δακτυλοΔΕΙΚΝεῖτε, quomodo habent plures MSS., voci εἶναι male agglutinatum est. DOBR. Conjectura speciosa magis quam vera.

δεικνύναι] Subaudi αὐτόν. οὐκ ἀμέμπτους μόνον ὑμᾶς αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ θαυμαστοὺς ἐδείξατε p. 300, 17. SCHAEF.

τῶν ὑπαρχόντων—μενόντων] Idem est ac si dixisset: τῶν ὑπαρχόντων νόμων μενόντων καὶ τῆς ὑπαρχούσης πολιτείας μενούσης. REISK.

790, 26. ὅταν] τί γὰρ ἄλλο ἔσται τὸ μεταποιεῖν, ἢ ὅταν— p. 640, 12. Mox ibid. v. 16. τί δ' ἄλλο τὸ συγχεῖν, ἢ ὅταν—. V. not. ad p. 586, 6. SCHAEF.

791, 4. εἰ] Adverte particulam conditionalem hac in periodo ter positam. Bis positam eadem in periodo videbis p. 1028, 5. V. ad p. 481, 3. SCHAEF.

791, 6. ὅροι] Sunt hic et in aliis forensibus saepe libelli venditionis aut debiti, indices affixi aedibus aut fundis. WOLF. V. Salmasius de M. U. p. 508. rursusque per totum caput 15. Heraldus Animadv. l. 3. c. 6. Petitus LL. Attic. p. 506. Valesius ad Harpocrat. s. v. ὅροι. TAYLOR.

791, 11. ἡ σανὶς ἡ παρὰ τῇ θεῷ] Aerariorum nomina antiquitus lignea, postmodum aenea in tabula insculpebantur in aede Minervae tantisper, donec luissent, deponenda. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 303, 23. SCHAEF.

791, 14. εἰ δ' ἔτι ἔστι καὶ ἔσται, ἕωσπερ ἂν ἐκτίσῃ, καὶ μενεῖ] Lego κείμενα pro καὶ μενεῖ, sc. ταῦτα, et malim ἐκτισθῇ. DOBR. Ferenda videtur scriptura vulgata, quanquam conjuncta καὶ ἔσται—καὶ μενεῖ etiam Reiskium offenderunt.

791, 17. ἡ κρίσις—ὁ λόγος] Istud est judicum, hoc oratorum. REISK.

791, 19. μικρὰ καὶ οὐδὲν] Frustra Wolfius μικρὰ ἢ οὐδέν. V. ad p. 260, 28. μικρὰ καὶ οὐδὲν ἀναλίσκουσι.

791, 21. ἰσχύσει τὸ ὀφείλειν κατ' αὐτῶν] Wolfius: *aere alieno erunt obstricti.* Minus exacte. τὸ ὀφείλειν *valebit contra illos: omnia mala consequentur, quae eos premere solent, qui reip. sunt obaerati. Contra autem, qui multum debet et unam atque alteram pensionem solverit,* τὸ ὀφείλειν *contra illum non valebit, verum* ἐπίτιμος *erit. Id sane iniquum est.* TAYLOR.

791, 24. ἐν ἀπογραφῇ πεποίηται] Citat h. l. Harpocration v. Ἀπογραφή. REISK. V. Anecd. Bekk. p. 198. SCHAEF.

791, 25. βουλεύσεως—ἀδίκως γάρ μ' ἐγγέγραφεν] Confundunt hujus orationis scriptor quique eum secuti sunt grammatici γραφὴν βουλεύσεως et γραφὴν ψευδεγγραφῆς, quae quomodo differant exposuit Boeckhius ad inscr. naval. p. 538. Nam actio ψευδεγγραφῆς contra eos data fuit qui inter debitores aerarii

inscripsissent nihil debentem. βουλεύσεως contra eos qui debitoris nomen, postquam debitum solvisset, delere omisissent.

792, 5. ὀφειλήσει τῷ δημοσίῳ valet i. q. ἄτιμος ἔσται: nam opponitur ἐπίτιμος ἔσται. Omninoque argumentatio oratoris fit paulo manifestior, si, quoties h. l. (v. 5—11.) verbum ὀφείλειν legitur, toties ejus in locum tacite substituas ἄτιμον εἶναι. SCHAEF.

792, 11. αὐτὸν ἀποφύγῃ] Aristo Aristogitonem.

παρὰ τοῦ—ἡ πόλις] *Quisnam civitati praestabit indemnitatem eorum—*. SCHAEF.

792, 16. ἐγκυκλίων] I. e. communium.

792, 19. οὐκ ὀρθῶς οὐδὲ πολιτικῶς] De cor. p. 229, 15. οὔτε—ὀρθῶς ἔχον οὔτε πολιτικὸν οὔτε δίκαιόν ἐστιν. DOBR.

792, 21. ἡ γῆ μὲν—τὰ δ' ἄστρα] Adverte anomalum positum particularum. Contrariam sedem habent v. 23. SCHAEF.

792, 23. μὴ ἔξεστιν] Post μὴ ἔξεστιν deesse videtur λέγειν aut δημηγορεῖν aut πολιτεύεσθαι vel talis quispiam infinitivus. REISK. Eandem canit cantilenam ad proximum ἐξῇ. Sed talia complementa non desiderat τὸ πάθος oratoris. SCHAEF. Quod Reiskius voluit alio modo assequebatur Dobraeus οἷς in ὃ mutando: quo ipso quoque non opus videtur.

793, 6. τί γὰρ ὡς ἀληθῶς κ. τ. λ.] Citat hunc locum Aristides Τέχν. REISK. Ubinam? Locum rhetoris frustra quaesivi. SCHAEF.

793, 7. ὧν—Δία] Est haec ὑποφορὰ sic explenda: ἐρεῖ νὴ Δία τι ὧν ὁ πατὴρ πεποίηκε. SCHAEF.

793, 13. εἰς τὸν ἑαυτοῦ βίον καταφεύξεται] De falsa leg. p. 403, 23. ποῖον οὖν ἐρεῖς βίον ὃν οὐ βεβίωκας etc. DOBR.

793, 26. Θεωρίδα] Harpocration: Θεωρίς. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος, εἰ γνήσιος. μάντις ἦν ἡ Θεωρὶς καὶ ἀσεβείας κριθεῖσαι ἀπέθανεν, ὡς καὶ Φιλόχορος ἐν ἕκτῃ γράφει. Plutarchus V. Demosth. c. 14: κατηγόρησε δὲ καὶ τῆς ἱερείας Θεωρίδος, ὡς ἄλλα τε ῥᾳδιουργούσης πολλὰ καὶ τοὺς δούλους ἐξαπατᾶν διδασκούσης, καὶ θανάτου τιμησάμενος ἀπέκτεινε. TAYLOR.

τὴν Λημνίαν, τὴν φαρμακίδα] Hesychius ab Jensio emendatus Ἡ Λημνία· ἡ φαρμακίς. (Codex ἠλέμνια· ἡ φαρμακός.) Qua glossa non debebat Dobraeus uti ut τὴν φαρμακίδα tanquam glossema delendum conjiceret. Nam quidni grammaticus interpretationem suam ex oratoris verbis sumserit?

794, 4. ἐπίληπτος] V. Lennepius ad Phalar. p. 342. SCHAEF.

ὁ φαρμακὸς] Vide Hermogenem p. 255. et 257. Didymum Demosthenis scholiasten apud Harpocrationem in v. Etymolog. M. p. 788, ubi scribitur mendose: οὕτως οὖν αὐτὸν ἐξαιρήσας ὁ φαρμακός. Harpocratio (cum eoque Photius et Suidas) legit ἐξαιρήσεται. TAYLOR. Item vetus Lexicon apud Montfaucon. Bibl. Coislin. p. 485.

794, 6. αὐτῷ] Verum est αὐτῷ, Aristogitoni. *qui eum ipse, cum in tale crimen vocaret, capite damnandum censuit.* Plato Leg. 2.

p. 659. HSt. *αὐτοὶ αὐτοὺς οἱ θεαταὶ παιδεύουσι.*— Citant haec verba Anecd. Bekk. p. 175, 14. SCHAEF. Scribendum *αὐτῷ.*

794, 22. *ὁ δὲ δὴ παμπόνηρος*] Sententia haec est: Homo, qui vulgo *ὁ παμπόνηρος* appellatur. modis omnibus nequam. *ὁ τρισκατάρατος*, ter diris devotus dignusque qui diris ter devoveatur, hostis vulgo sic dictus publicus, cui est animus erga omnes malevolus, acerbus, infestus, cui omnes nolunt terram neque fructus et annonas superstiti proferre neque locum sepulturae defuncto dari, qualem illum esse, hoc est, quibus moribus praeditum, vobis, Athenienses, par esse videtur, quo nomina ista tam praeclara jure mereat? Nonne vobis videtur ille haec nomina merere. qui huic moribus sit similis? REISK. Verborum *τὸ ἑξῆς* sic habet: *ποῖός τις δικαίως ἂν καλοῖτο ὁ παμπόνηρος ἄνθρωπος, ὁ τρισκατάρατος, κ. τ. λ.* Post verba appellandi articulum addi praedicato tam notum esse arbitror, ut verbo monuisse satis habeam. SCHAEF. Totus locus expressus ex orat. de cor. p. 267, 8. ut monuit Dobraeus, *ὁ δὲ παμπόνηρος ἄνθρωπος καὶ θεοῖς ἐχθρὸς καὶ βάσκανος ὄντως ποῖός τις ἂν εἴη πρὸς θεῶν; οὐχ ὁ τοιοῦτος;*

794, 27. *ἐλέων*] Rarior pluralis numeri usus, cujus exemplum est ap. Platon. Rep. 10. p. 606 C.

795, 8. *παιδία—γραῦς*] Locum similem de falsa leg. p. 432, 13. comparat Dobraeus.

795, 24. 796, 7. *οὐδὲ πολλοῦ δεῖ*] V. ad p. 100, 10.

795, 29. *ἐν τούτοις*] In hac judicium circumstante turba. Ore manuque orator eos demonstrabat haec verba pronuncians. Vel potius: inter hos nulla sua culpa, sed ex mera humanitate et benevolentia aerarios factos. REISK. Posterius verum. SCHAEF.

796, 1. *τούτοις,—τούτου τοῦτον—, τοῦτο*] V. Melet. Crit. p. 133. *τούτου τοῦτον* p. 773, 28. *τούτῳ διὰ τοῦτον* p. 797, 22. *παρὰ τούτου τούτῳ* p. 846, 28. SCHAEF.

ὡς—μισεῖν] *ὑπὲρ τούτου.* hujus sui amici aut necessarii caussa vel gratia. *τοῦτον*, hunc Aristogitonem. *ὡς* hic loci idem atque *ὅτι* significat. REISK.

796, 3. *καὶ ὀφλήματ'*] *καὶ* delet Wolfius.

796, 21. *βουλήσεις*] *τὰς βουλήσεις* Dobraeus.

796, 23. *ὅσ' ἂν πράττωσιν*] Haec qualia oporteat intelligi, indicatur v. 26. SCHAEF.

796, 28. *οὕτω ταῦθ' ὁρῶσιν ὥστε μὴ δοκεῖν ἑορακέναι*] Eurip. Hippol. 462. *πόσους δοκεῖς δὴ κάρτ' ἔχοντας εὖ φρενῶν νοσοῦνθ' ὁρῶντας λέκτρα μὴ δοκεῖν ὁρᾶν;* DOBR.

797, 13. *κώδωνας ἐξαψάμενος*] V. interpretes ad Longinum p. 357. edit. Weisk. SCHAEF.

797, 17. *οὐ πρύτανις—δύναται*] Aeschines p. 54, 15. ab Dobraeo comparatus, *τῆς δὲ τῶν ῥητόρων ἀκοσμίας οὐκέτι κρατεῖν δύνανται οὔθ' οἱ νόμοι οὔθ' οἱ πρυτάνεις οὔθ' οἱ πρόεδροι οὔθ' ἡ προεδρεύουσα φυλή.*

797, 15. τουτονὶ δὲ ταῦτα ποιεῖν] Fictitia oratio civis alicujus Atheniensis antiquis moribus indignantis, Aristogitonem ita in remp. grassari, et sic stomachantis: *Itane vero? istumne istaec designare?* Subaudi ἐάσομεν; *sinemus?* aut ἀνεκτόν ἐστι; *tolerandum est?* aut ἐξέσται; *licebit?* aut οὐκ ἀνάξιόν ἐστι; *non indignum est?* aut tale quid. Cui alius aliquis, homo paulo improbior, flagitiis Aristogitoni similis est culpa cognatus, occurrit: *Quid tu tibi vis, mi homo? Non iste et iste item aerarius est?* Quibus cum verbis una nominat hunc vel illum, inimicum sibi, studio; sed illo paulo incautiore, de amicis et necessariis bene merendi aerarium factum. REISK.

797, 25. ἐκ τῶν νόμων] Scilicet *repetitum.* REISK. Immo sensus: *cum hominem legibus ita convictum maleficii teneant, ut negare non possit.* SCHAEF.

798, 22. ὥσπερ οἱ ἰατροὶ, κ. τ. λ.] V. Hemsterhusiana in Schraderi Emendat. p. 100. repetita in editione Burmanniana Propertii p. 922. SCHAEF.

798, 23. ἄλλων ante ἀνιάτων uno auctore S. deletum nunc servari malim.

798, 25. ἀπέκαυσαν] Malim ἐπέκαυσαν. Nam de ambustione artuum, quae fit a medicis, non ἀποκαίειν usurpatur, quod meminerim, sed ἐπικαίειν. REISK. Vulgatam tuetur Garatonius ad Ciceron. Philipp. vol. 2. p. 253. citans Xenophontis Memorab. 1, 2, 54. et Plutarchi V. Cat. mai. c. 16. SCHAEF.

799, 24. ἀντιβλέψετε] Alii libri ἀντιβλέψεσθε. βλέψονται supra v. 20. omnibus libris hac in forma consentientibus. Atque ἀντιβλέψεσθε hic videtur legisse Synesius, e quo H. Stephanus Thes. citavit; τίσιν ὀφθαλμοῖς ἡμᾶς ἀντιβλέψεται; SCHAEF.

799, 25. τὸ μητρῷον] Ubi leges servabantur. V. Harpocratio s. v. Μητρῷον ex Lycurgo ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος haec citans: οὓς νόμους ἔθεντο ἀναγράψαι ἐν τῷ μητρῴῳ. SCHAEF.

800, 2. ἀδελφοῦ ex uno codice restitutum pro πατρός. Nec potuit aliter orator scribere: quippe Aristogitonis pater non erat amplius in vivis. V. p. 787, 2. SCHAEF.

800, 3. τοῦ χρηστοῦ] ὁ χρηστὸς ἀδελφὸς οὑτοσὶ p. 787, 10. SCHAEF.

800, 9. Post βουλησόμενος comma ponatur.

ἀλλ' οὐκ αὐτὸς ἕκαστος ἀποψηφίσασθαι] *Sed* (scilicet φήσετε, id quod e superioribus tacite debet repeti) *dicetis singuli quique vos, a vobis eum non esse absolutum. Unusquisque vestrum seorsim et viritim interrogatus negabit Aristogitonem a se esse absolutum.* Possit quoque varians lectio ἕκαστος φήσει e margine cod. Bavar. adsciscі. REISK. Non videtur hoc sic dici potuisse. Quamobrem pro ἀποψηφίσασθαι scribendum καταψηφίσασθαι ex F. et ed. Aldina et addendum fortasse φήσων post ἕκαστος, de qua ratione ipsa quoque Reiskius cogitavit.

XXVI.

ADVERSUS ARISTOGITONEM II.

801, 4. βλάπτεσθαι] Taylorus malit μάλιστα βλάπτεσθαι. Quod facile ferrem et reciperem etiam, si codices darent: omnino tamen necessarium non putem esse. REISK.

801, 12. Deleatur comma post ἁμαρτημάτων: genitivus enim pendet a proximo ἅ. Monuit Schaeferus.

801, 22. τοῖς μὲν—τοῖς δ'] Utrumque τοῖς intellige de injustis, quorum alios vindicta maneat serior, alii protinus puniendi sint. Dativus est quem vulgo dicunt incommodi. SCHAEF.

801, 24. περιμεῖναι] In ed. Aldina additum τὸ ἐκδικούμενον, quod B. in margine habet sine nota quo pertineat, glossema aut variam lectionem ad proximum τὸ τιμωρησόμενον esse conjicit Reiskius.

801, 27. ὑπὲρ ὑμᾶς φρονῶν] *Spiritu super vos elatus.* Xenophon Cyrop. 8, 7, 3. οὐδεπώποτε ἐπὶ ταῖς εὐτυχίαις ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐφρόνησα. Demonax in Brunckii Monostichis v. 202. Θνητοὶ γεγῶτες μὴ φρονεῖθ' ὑπὲρ θεούς. De quo versu v. Ind. ad Poët. Gnom. p. 368. SCHAEF.

802, 6. εἰς Ἄρειον πάγον] In hunc enim thesmothetae magistratu laudabiliter functi recipiebantur. V. ad p. 707, 5.

802, 16. Ἀριστείδην—κατεδέξατο] V. Herodot. 8, 81. Plutarch. V. Aristid. c. 8. et Clinton. Fasti Hellen. ad Olymp. 74, 2.

802, 18. κατεδέξατο] Proprio usu de exsulibus, qui postliminio in patriam recipiuntur. SCHAEF.

Μιλτιάδην—πεντήκοντα] Plut. V. Cimonis c. 4. Μιλτιάδης πεντήκοντα ταλάντων ὀφλὼν δίκην καὶ πρὸς τὴν ἔκτισιν εἱρχθεὶς ἐτελεύτησεν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ.

Περικλέα—τριάκοντα] De hoc videnda narratio Plutarchi V. Periclis c. 35. ex qua discimus non constitisse de mulctae summa, aliis quindecim minimum, aliis quinquaginta ad summum talentarum eam fuisse tradentibus. Medium igitur tenuit hujus orationis scriptor triginta ponens.

802, 20. ὃ καὶ δεινότατον] V. ad p. 779, 13.

802, 21. συμβαῖνον] εἰ συμβαίνοι. SCHAEF.

802, 22. δωρεᾶς] V. p. 801, 7. et 806, 17. REISK. Mox v. 27. dicitur ἐξουσία τοῦ παρανομεῖν. SCHAEF.

803, 13. ἐφ' οἷς οἱ νόμοι κ. τ. λ.] Illis in caussis, in quibus lex statuit ut ei, qui caussa ceciderit ne quintam quidem suffragiorum partem adeptus, in posterum ne liceat actione publica aliquem insectari. REISK.

803, 27. ἔγραψε] Vide notata ad initium orationis Lycurgi c. Leocratem. Hanc rogationem memorat et judicium propter eam ab Aristogitone institutum Plutarchus in Vita Hyperidis p. 849 F: κριθεὶς δ' ὑπὸ Ἀριστογείτονος παρανόμων ἐπὶ τῷ γράψαι μετὰ Χαιρώνειαν—ἀπέφυγεν. αἰτιωμένων δέ τινων αὐτὸν ὡς παριδόντα πολλοὺς νόμους ἐν τῷ ψηφίσματι, εἰ μὴ ἐπεσκότει, ἔφη, μοι τὰ Μακεδόνων ὅπλα, οὐκ ἐγὼ τὸ ψήφισμα ἔγραψα, ἡ δ' ἐν Χαιρωνείᾳ μάχη. Similiter Longinus §. 15. ὡς νὴ Δία καὶ ὁ Ὑπερίδης κατηγορούμενος, ἐπειδὴ τοὺς δούλους μετὰ τὴν ἧτταν ἐλευθέρους ἐψηφίσατο, εἶπεν, οὐχ ὁ ῥήτωρ ἔγραψεν, ἀλλ' ἡ ἐν Χαιρωνείᾳ μάχη. TAYLOR. V. Boehneck. Quaest. vol. 1. p. 545.

804, 6. ὑπὲρ abesse malim. REISK. Mihi etiam displicet ὑπὲρ damnatum ab ipsa membri oppositi concinnate. SCHAEF.

805, 6. οὕτως ἔχουσιν] Valet idem quod alibi plenius dicitur οὕτως ἔχουσι γνώμης. SCHAEF. Cf. p. 806, 28.

805, 14. αἰτιᾶται] Libri aliquot ᾐτιᾶτο. Aptius utroque videtur plusquamperfectum ᾐτίατο.

805, 21. παρὰ τὴν ὀργὴν ὑμῶν τὰ βουλήματα λαβών] *Vestras, dum ira fervetis, libidines arripiens.* SCHAEF.

τοῖς καιροῖς ἐναντιοῦται] Subaudi τοῖς τῇ πόλει συμφέρουσιν, ἑτοίμοις ὑπάρχουσιν. *praesentibus opportunitatibus bene de vobis merendi.* REISK.

805, 28. ἐλέγχει τὰ ἀπόρρητα τῆς πολιτείας] Significat *nudum reip. latus aperit, denudat ejus vulnera cogitque eam morbos clandestinos, quos illa adhucdum decenter sapienterque celaverat, prodere.* Est autem in morbis reip. vel gravissimis inconstantia decretorum. REISK.

806, 3. τὰ λεγόμενα] Quae ab aliis oratoribus dicuntur. SCHAEF.

806, 5. τὰ γιγνόμενα] τὰ recte abesse videtur a libris quibusdam. *Haec probro sunt civitati, quando in suggestu fiunt.* SCHAEF.

806. 10. ἐπιτιμᾶν] Olynth. I. p. 13, 26. τὸ μὲν οὖν ἐπιτιμᾶν ἴσως φήσαι τις ἂν ῥᾴδιον καὶ παντὸς εἶναι. DOBR.

806, 20. ὁμολογουμέναις recte praelatum deteriorum codd. et veterum editionum scripturae μελλούσαις. Quo certior enim spes olim facta erat, eo magis ab homine, qui talem spem destituit, nunc cavendum est. SCHAEF.

806, 27. θαυμάζω—ἐπιτρέπειν] Isocrates de pace p. 170 A. ab Dobraeo comparatus, προσποιούμενοι σοφώτατοι τῶν Ἑλλήνων εἶναι τοιούτοις χρώμεθα συμβούλοις ὧν οὐκ ἔστιν ὅστις οὐκ ἂν κατα-

φρονήσειεν, καὶ τοὺς αὐτοὺς τούτους κυρίους ἁπάντων τῶν κοινῶν καθίσταμεν οἷς οὐδεὶς ἂν οὐδὲν τῶν ἰδίων ἐπιτρέψειεν. ὃ δὲ πάντων σχετλιώτατον, οὓς γὰρ ὁμολογήσαιμεν ἂν πονηροτάτους εἶναι τῶν πολιτῶν, τούτους πιστοτάτους φύλακας ἡγούμεθα τῆς πολιτείας εἶναι.

807. 8. *φάσκοντας—τῷ λόγῳ*] Inter pleonasticas locutiones refert Lobeckius ad Phrynich. p. 754. Mihi videtur amplius quid indicari quam simplici *φάσκοντας*. *dictitantes inanibus verborum ampullis.* Confer *λέγειν λόγους* p. 1324. 5. Qua locutione utitur etiam Euripides Med. 322. SCHAEF.

807, 16. *ἑαυτοὺς* male excusum pro *αὐτούς*, quo restituto annotationem h sic corrige, *αὐτοὺς*] *ἑαυτοὺς* S. *αὐτοὺς* vulgo.